BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
55
11 K
20
Δ.957

X IX a 158

Camberii
Ex typ Fratrum Du-Jour
1658


SACRA
EREMVS
AVGVSTINIANA
AVTHORE
R.P. Mauritio
A Matre Dei
Augustiniano
Discalceato.
Congreg. Galliar.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITT. EMANUELE

SACRÆ EREMI AVGVSTINIANÆ LIBER PRIMVS.

De vera Origine, ac peculiari inſtitutione Congregationis Diſcalceatorum Ordinis S. Auguſtini, eorúmque felici progreſſu in Regnis Hiſpaniarum, Italiæ, Galliarum, & Germaniæ.

ROMA

PROOEMIVM.

CVM Deus ſit actus purus, ſimpliciſſimus, & ſimpliciter infinitus, ita immutabilis eſt vt ſummæ illius perfectioni omnino repugnet nouæ alicujus perfectionis acceſſu mutari, ſolius ergo Dei eſt eodem modo ſe habere, & nunquam mutari. *Ego Deus & non mutor*, inquit ipſe, *a non eſt Deus quaſi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur*, *b apud quem non eſt tranſmutatio nec viciſſitudinis obumbratio.* c Cætera verò omnia mutationibus, & alterationibus ſubjecta ſunt; *in Angelis* enim *ſuis Deus reperit prauitatem d* qui in innocentia ſua ſtabiles non permanſerunt, *nec ſeruauerunt ſuum principatum ſed dereliquerunt domicilium ſuum e.* Quis neſcit Cœlum & terram tranſmutari, & tranſire debere: *Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt, f* inquit Dominus. Quod ſi in hæc inferiora deſcendamus nihil profectò ſine alteratione & mutatione inueniemus, cum enim elementa ſui cauſa facta non eiſe certiſſimum ſit; ſed propter mixtorum generationem tanquam propter finem ſuum, præcipuè verò propter hominem, cujus generatio, nutritio, & conſeruatio, non niſi aliorum corporum detrimento, & interitu fieri conſtat; neceſſarium judicauit Deus opifex mundo à ſe condito contentionem, & diſcordiam immiſcere, vt perpetua alterationum viciſſitudine corruptibilis mixtorum corporum natura ſaltem ſecundum ſpecies conſeruetur, dum ex vita mors, & per mortem vita vires accipit. Conjunxit quippe Deus vtramque & tam arctè inter ſe colligauit vt

Solus Deus immutabilis.

a Malach. 3
b Zach. 1.
c Iacob. 1.
d Iob 4.
e Iud. 1.6
f Math. 24

Elementa omnia & mixta alterabilia & mutabilia.

vna ſine altera nunquam ſit. Ea vero cauſa eſt, cur elementa perpetuo conflictu mutuis vulneribus pugnent inter ſe, alterando, agendo, reagendo, patiendo, repatiendo; vnde ſæpe tranſmutatio vnius in alterum : ſæpe etiam juxta præcipuum naturæ finem, neutri elemento adjudicata victoria, temperata mixtione exurgit medium corpus, quod mixtum appellant Philoſophi.

Quot tranſmutationes, alterationes, & viciſſitudines in Imperiis, Regnis, Prouinciis, omnibúſque rebus humanis hactenus factæ fuerunt: Suum ſemper habuere, principium, incrementum, & finem. Tandem quid homine ipſo mutabilius, & incontinentius inueniri poteſt? Tanta ſiquidem eſt humanæ mentis imbecillitas, & inconſtantia : vt nemo diu in eodem veſtigio hærere poſſit, proinde neceſſarium eſt, vt reformatus, & renouatus ſpiritu mentis ſuæ, per ſingulos dies proficiat: ſic nos admonet Diuus Paulus: *g Nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri.* Et alibi, *h Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in juſtitia, & ſanctitate veritatis.* Diuus vero Leo *i. Semper neceſſaria eſt omnibus contra rubiginem mortalitatis quotidiana renouatio, & inter profectuum gradus nullus eſt, qui non ſemper melior eſſe debeat.* Nihil gratius Deo hac renouatione quam Dauid exigebat, *Spiritum rectum innoua in viſceribus meis k.* Hanc poſtulabat Iudas Machabeus ſingulis annis dum ſtatuit, vt dies dedicationis altaris in temporibus ſuis ab anno in annum ageretur, quæ feſta Encænia, id eſt, feſta renouationis dicebantur : vt ad memoriam templi ſemel renouati, nouis ſemper virtutibus, exculti animi renouarentur. Acceptiſſimæ erant Deo oblationes illæ, quæ nouæ fruges primitiuorum appellabantur l, ſeu vt vocat Ambroſius *m, noua nouorum*, quia non ſolum dona ipſa noua erant, ſed etiam nouis animis offerebantur. Hoc eſt enim verè ſacrificium primitiuum, quando vnuſquiſque ſe offert hoſtiam & a ſe incipit : noua igitur fides renouatorum, valida pubeſcens, incrementum virtutis acquirens, non remiſſa, non feſſa, non ſenio quondam marcida, & vigore ignauas apta ſacrificio eſt, quæ pullulet quodam virenti germine ſapientiæ, & juuenili diuinæ cognitionis feruore pubeſcat.

g Ad Rom. 12.
h Eph. 4.
i Serm. 6. quadrag.
k Pſal. 50.
l Num. 28.
m Lib. de Caim & Abel c. 6

Renouati ſunt Angeli, cum ij qui in cœlo permanſerunt iu gratia confirmati ſunt vidit D. Ioannes. *n Cœlum nouum, & terram nouam.* Elementa noua fiunt, cum vnum in aliud tranſmutatur, aut perficitur, Mixtum nouum cum vnius corruptio alterius eſt generatio, noua Imperia, & regna : cum nouæ leges, noui Reges, & Imperatores ſuccedunt. Renouatur Phœnix quæ eſt vnica Arabiæ Auis, & vſque ad annos quingentos longæua ætate procedere perhibetur : hæc enim cum ſibi finem vitæ adeſſe aduerterit, facit ſibi thecam de Thure, & Mirrha, cæteriſque odoribus, in quam impleto vitę ſuæ tempore intrat, & moritur de cujus carnis humore vermis exurgit, paulatímque adoleſcit, & proceſſu ſtatuti tẽporis induit alarum remigia, atque in ſuperioris auis ſpeciem, formámque renouatur. Aquila etiam vt aliqui Hæbrei apud Genebrardum teſtãtur ſingulis decenniis veteres pennas exuit, & nouas induit: ſicque vſque ad centeſimum ætatis annum per ſua interualla juueniliter plumeſcit : quare non ſine cauſa Pſaltes regius o dicebat *Renouabitur, vt Aquila juuentus.*

Omnia renouantur.
n Apoc. 21.
Phœnix renouatur.
Ambroſius lib. Exam.
Aquila & ſerpens renouantur.
o Pſal. 102.

juuentus mea. Mirabilis profectò ſerpentis renouatio, quæ cum ſenuerit caligant oculi ejus, & ſi voluerit fieri nouus abſtinet ſe à cibo, donec pellis relaxetur, & inde coarctat ſe, vt ſenectutem cum antiqua pelle deponat, nouámque induat. De ceruo jam ſeneſcete, & caligantibus oculis, traditur quod fugiens ſpineta penetret illæſus: ſerpentes deuoret, & in eo æſtu, & veneni ardore ad fontem pergit, merſúſque in eo caliginem, & quæque ſuperflua exuit. Stellæ poſt matutinam lucem, relucent veſpere, ſydera redeunt poſt curſum, Luna poſt amiſſam lucem redit ad priſtinum ſtatum, arbores, flores, foliis, & coloribus denuò induuntur: Tandémque ipſum hominem Deus ipſe renouauit, cum inſuflauit in diſcipulos, ſpirauerat enim Adæ ſpiraculum vitæ: id eſt gratiam quam amiſerat per peccatum, eámque reddidit per illam in diſcipulos inſufflationem: eum etiam quotidie ſalutari regenerationis lauacro & pœnitentiæ Sacramentorum renouat, & ad priſtinum gratiæ ſtatum reſtituit. *Homo renouatur.*

Certiſſimũ ergo eſt res omnes (vno ſolo Deo excepto) ſiue in naturalib. ſiue in moralibus alterari, corrumpi, & mutari: vnde renouatione aliqua, & reformatione indigent. Quare nemini mirum, & ſtupendum videri debet ſi etiam in ſacris Religionibus à ſanctis viris piè inſtitutis, renouationes, & reformationes identidem videamus: Cum enim ſuum habuerint principum incrementum, & relaxationem: temporum lapſu refrigeſcente Religioſorum ardore, & ſeſe remittente Regularis vitæ obſeruantia, vt in priſtinum refloreſcerent ſtatum, neceſſe fuit eas renouationem aliquam, & reformationem ſuſcipere: vnde præter alias, in Auguſtiniana religione antiqua, multę ſunt reformationes, inter quas Diſcalceatorum reformatio ejuſdem Ordinis, non infimum obtinet locum: Cujus originem, ac inſtitutionem in hoc libro oſtendam, fœlicémque progreſſum in Hiſpaniis, Indiarum partibus, Inſulis Philippinis, Iapponia, Italia, Galliis, & Germania: viros item pietate, & ſcientia illuſtres, Conuentuum numerum, ſicut & Monialium Diſcalceatarum ejuſdem Ordinis: & tandem quot Ordines, & Congregationes ſub Auguſtiniana regula Chriſto Domino famulentur. Sed antequam de Origine ac ſpeciali hujus Congregationis inſtitutione ſub hac denominatione Diſcalceatorum reformatorum S. Auguſtini loquar: Prius de generali eorundem Inſtitutione, capite ſequenti; agendum duxi vbi in Ordine Auguſtiniano aliquos ſemper fuiſſe diſcalceatos demonſtrabo. *Reformatio & renouatio religionum.* *Reformatio Diſcalceatorum Ordinis S. Auguſtini.*

CAPVT PRIMVM.

In Ordine Auguſtiniano, aliqui ſemper fuerunt Diſcalceati.

VT clarè ac methodicè in hac materia procedam, alia via incedere non valeo niſi ab ipſomet D. Patre Auguſtino ſeruato temporum Ordine breuem, ſed fidelem Chronologiam eorum omnium deſcribam, qui Auguſti-

nianam regulam profitentes, nudis pedibus inceſſerunt. Sed quia in rebus tam antiquis, vix haberi poſſunt probationes, quæ conuincant: præcipuè verò cum in ſummis illorum temporum calamitatibus, paulò antè, & poſt mortem D. Patris Auguſtini: adeo per totam Africam in omnes deſæuiit gens illa Gottorum, & Wandalorum omni barbarie crudelior: vt nec ſtatui, nec Ordini, nec ſexui parcentes vlli, flamma & ferro omnia delentes, ipſam Auguſtinianam religionem ferè vſque ad ipſius extinctionem profligauerint. Proptereà non mirum, ſi multa modo ignorantur: neque ſcripto aliquo authentico inueniatur qualiter vixerint, quídve egerint, antiqui Patres noſtri Auguſtinenſes, vſque ad tempora Innocentij III. Gregorij IX. Innocentij IV. & Alexandri IV. qui tandem diuerſas Eremitarum Congregationis Ordini Auguſtiniano fœliciter counıuit: ſicque, ex pluribus vni vnitis vnus Ordo Sancti Auguſtini factus eſt, & numero copioſior, & dignitate præſtantior. Dicam tamen quæ dici poſſunt, & primo oſtendam aliquos ſemper fuiſſe Diſcalceatos, non ſolum ante, & poſt illam generalem vnionem, ſed etiam viuente ipſo Auguſtino: vt ſequenti paragrapho oſtendetur.

§. I.

Quinam fuerint Diſcalceati, adhuc viuente Diuo Patre Auguſtino.

EOdem anno infamem hæreſiarcham produxit Anglia, quo nobis Africa glorioſum, & fortem hęreticorum malleum parturiit Auguſtinum. Naſcitur ſiquidè S. Doctor Tagaſte in Numidiæ Prouincia, de numero Curialium honeſtis ac Nobilibus parētibus, Idibus Nouembris anno Domini 354. Fuitq; alitus, & nutritus eorum Cura, ac diligentia, impenſíſque, ſæcularibus litteris eruditus apprimè: omnibus videlicet diſciplinis imbutus, quas liberales vocant. Æquales ſuos, ingenij ſubtilitate longè ſuperans, breui omnes doctrina antecelluit: nam & Grammaticam prius in ſua Ciuitate & Rhetoricam in Africæ capite Carthagine, poſtea docuit, conſequenti etiam tempore transmare, in Vrbe Roma, & apud Mediolanum: in qua Vrbe tunc Epiſcopatum adminiſtrabat acceptiſſimus Deo, & in optimis viris præclariſſimus Sacerdos Ambroſius: cujus ſtudio, ac doctrina, ſanctíque Viri ſimpliciani, frequenti Colloquio, diuina cooperante gratia: tandem placuit Altiſſimo poſt multos circuitus errorum, de tenebris gentium, ac Manichæorum ſuperſtitionibus, lumen Eccleſiæ ſuæ vocare Auguſtinum, cœleſtis enim admonitu, totus ad Deum conuerſus, relictis ſcolis, & Curis ſæcularibus: ſtatim ad ſolitudinem ab hominum frequentia remotam, aſpirat, reúmque ſe facit, quod jam pleno corde militia Chriſti paſſus ſe fuerit, vel vna hora ſedere in Cathedra mendacij. *a* Cum ergo reliquiſſet: vel quę adeptus fuerat in cupiditatibus hujus mundi: vel quę adipiſci volebat, ſe ad Chriſtianę vitę otium cōtulit nondum baptizatus *b*, & ſoli Deo cum ſuis ſeruire ſtatuit, in illo, & ex ill pusillo, grege

Natiuitas S. Aug. — *Poſſidius.* — *Rhetoricam docet.* — *Conuerſio Auguſtini.*

a Confeſſ. l. 9. c. 2.
b lib. 7. retract. lib. 1.

grege eſſe ſtudens, quem Dominus alloquitur dicens: *Vendite quæ poſſidetis*, & illud facere cupiens, *Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes*: quibus verbis Religionum omnium fundamenta nituntur, quorum extrema Monachum fecerunt Antonium *c*. *c* Confeſſ. l.8. c.12.

Tum verò rus verecundi Caſſiſiacū incoluit *d*, vbi ab ęſtu ſæculi requieuit in Deo, tanta cum vitę aſperitate, & rerum cœleſtium deſiderio; vt Alipius cum eo profectus ad Baptiſmum poſtulandum, *Iam indutus eſſet humilitate Sacramentis congrua & fortiſſimus Domitor corporis vſque ad Italicum ſolum glaciale nudo pede obterendum inſolito auſu e*. Erant hęc futuri Monachatus tyrocinia, & ſi jam S. Alippius nondum baptizatus, inueniatur ſuper glaciale ſolum nudis pedibus abſque vllo calceamentorum genere incedens: quod ſane inſolitum eſt, quid non poſtea fecit, ſacro Baptiſmatis lauacro regeneratus, & in Africa inter Auguſtinianos Eremitas conſtitutus? Iam ergo ab ipſo naſcentis Auguſtinianæ Religionis exordio, Alippium habemus Diſcalceatum, quem nobis ſufficit ſemel Diſcalceatum probaſſe, cum ſolitum verificetur etiam vna vice *f*. *d* Ibid. l.9. cap.3. *e* Ibid. c.6. *S. Alippius Diſcalceatus.* *f* Cramer. conſ.899. n.6. Cephal. conſ. 28. n.31. vol.1. Curtius junior conſ. 19. n.4.

Inde vbi tempus aduenit, quo Auguſtinum nomen dare oportuit: relicto rure Mediolanum remeauit *g*, ibíque libros compoſuit de immortalitate animę, alióſque diſciplinarum inchoauit. Nec mora cum ſolemnes Paſcatis dies affulſiſſent ad Ambroſium Epiſcopum accedens, incredibili Eccleſię gaudio, vna cum Adeodato filio, atque amico Alippio, multiſque aliis, quaſi quadraginta duobus *h*, Catholico ritu baptizatus eſt, die quinta Maij, anno Domini 387. Ætatis vero ſuę 33. Non quidem perfecto, ſed inchoato: contra quorundam opinionem qui de anno, quo pręciſè baptizatus fuit S. Auguſtinus, non cōueniunt: quidam enim 30. Ætatis ſuę anno baptizatum volunt *i*: alij anno 33. *k* & nonnulli 34. ſic Baronius in annotationibus ad Martyrologium Romanum, die quinta Maij. Poſſidius verò qui ejus ſcripſit vitam dicit, tunc Auguſtinum fuiſſe annis 30. majorem: & ita nihil determinauit. Vt breuiter hanc litem dirimam: Notandum eſt cum Reuerendo Patre Thoma de Herrera, in ſua reſponſione pacifica: annum diuidi, in annum perfectum, & inchoatum: Item emergentem, & vſualem: Perfectus ille dicitur, qui ex duodecim menſibus completis conſiſtit: & inchoatus qui aliquot tantum dies, aut menſes habet: emergens verò appellatur, qui ab ea die ſumitur, in qua res aliqua accidit, verbi gratia, alicujus natiuitas, vſque ad eandem diem anni ſequentis; & vſualis qui à Ianuario in Ianuarium protenditur. Ex hac autem diuerſa annorum computatione facilè potuerunt chronologiſtæ annum perfectum pro inchoato, & inchoatum pro completo vſurpare: ſicut & emergengentem pro vſuali, & iſtum pro alio ſumere: quare non mirum ſi in diuerſas abierunt ſententias. Quidquid ſit, Imprimis verum non eſt anno trigeſimo baptizatum fuiſſe S. Auguſtinum, cum expreſſè Poſſidius dicat fuiſſe tunc 30. annis majorem: & ipſe S. Pater Auguſtinus fateatur ſe feciſſe libros contra Academicos nondum baptizatus, in quibus *l* dicit ſe trigeſimum & tertium annum agere: & ideo cum fuit baptizatus, plures quam 30. annos habuit, aut 32. imo 33, ſecundùm Baronium ſuprà citatum, qui voluit ante 34. non fuiſſe *g* Confeſſ. l.9. c.6. *h* Sigebert. epiſt. ad Macedon. *Quo ætatis ſuæ anno baptizatus fuerit ſanctus Auguſtinus.* *i* Relatio Calixti, Sigebertus epiſt. ad Macedonium. *k* Marques d'origine, &c. c.4. Et in Breuiario Roman. in Feſto S. Aug. lect.4. *l* lib.3.c.20.

A 3 bapti

baptizatum. Ratio illius fundatur, in eo quod conſtet ex Scriptis S. Auguſtini, adhuc cathecumenum ſcripſiſſe libros contra Academicos,& ſoliloquiorũ libros duos, in quibus ait *m* etiam ſe 33. annum agere: at non eo anno quo ea ſcribebat cathecumenus, eſt baptizatus, ſed ſequenti: nam libros contra Academicos ipſum ſcripſiſſe conſtat,ante menſem Nouembrem: quod ex eo facilè demonſtratur, dum ipso libro primo retractationum cap. 2. teſtatur ſe ſcripſiſſe librum de beata vita eo anno dum ruri eſſet, porrò librum de beata vita ſcripſiſſe ait, tempore natalis ſui, qui erat vt ibidem ait, Idibus Nouembris, qua ratione neceſſario dicendum eſt, ipſum non ante ætatis ſuæ annum 34.eſſe baptizatum. Hæc Baronius, ſed male, dicendum enim eſt,vt ſuprà D. Patrem Auguſtinum anno ætatis ſuę 33.non tamen completo fuiſſe baptizatum. Quod confirmo ex eo quod ſcripſerit quidem S.Doctor nondum baptizatus, in illo rure Caſſiſiaco libros contra Academicos annum agens 33.non tamen compleuit hos libros ante menſem Nouembrem, vt præſupponit Baronius: quod ex eo facilè probatur, quod D.Pater Auguſtinus fateatur *n* ſe librum de Beata vita, non poſt libros de Academicis, ſed inter illos ſcripſiſſe, ex occaſione dies natiuitatis ſuæ videlicet Idibus Nouembris, qui tridui diſputatione completus fuit: quo completo libros contra Academicos perfecit,dicitur autem libro tertio cap.20. ſe trigeſimum & tertium ætatis annum agere: non quidem completum ſed inchoatum: alios etiam ibi compoſuit libros duos ſcilicet de Ordine *o*, & alios duos ſoliloquiorum *p* in quibus libro primo cap.10. dicit ſe etiam 33. annos agere. Falſum autem eſt eo anno quo ea ſcribebat cathec humenus, non fuiſſe baptizatum,ſed ſequenti: id quidem concedo de anno vſuali,ſed non de emergente.In libro enim 3.contra Academicos cap.vltimo,poſt librum completum de beata vita,& conſequenter poſt Idus Nouembris,diem videlicet natiuitatis ſuæ fatetur Auguſtinus ſe trigeſimum tertium annum agere inchoatum ſcilicet & non completum, eodem vero anno emergente ætatis ſuæ 33. Fuit baptizatus videlicet ab Idibus Nouembris, ad diem quintam Maij anni ſequentis vſualis, quæ fuit dies celebris regenerationis ſuæ ſpiritualis. Et hoc modo verificatur illud quod dicit Diuus Pater Auguſtinus in ſuis Confeſſionibus. *q* Mortuam fuiſſe Matrem ſuam Monicam cum annum ipſe ageret trigeſimum tertium. Completo enim anno emergente à ſuo Baptiſmate, apud oſtia tyberina defuncta eſt,cum annũ ageret Auguſtinus trigeſimum tertiũ completum & perfectum, ſuperadditis aliquot menſibus. Neque vllo modo dici poteſt cum Baronio baptizatum fuiſſe D.Patrem Auguſtinum ætatis ſuæ anno 34. & matrem ejus defunctam,dum ipſe ageret annum 35. Primò,quia contrarium legimus in libris Confeſſionum loco citato: vbi ſcribit S. Doctor, ſe tunc temporis habuiſſe ætatis ſuæ annum 33. Deinde quia hoc ſtare non poteſt facta computatione annorum totius vitæ S. Auguſtini, ſecundùm enim omnium Chronologorum ſententiam, mortuus eſt S. Pater ætatis ſuæ anno 76. Domini verò 430. Si autem vt vult Baronius, dum eſſet apud oſtia tyberina,tempore obitus matris, cum reuerſus eſt in Africam,annum agebat 35.cum poſtea conſtet apud ſuos Eremitas vixiſſe fermè triennio, & in Clericatu ſiue Epiſcopatu, annis

m Solil.l.1. cap.10.

n Lib.1. retract.c.2.

o Lib.1. retract. c.3.

p Ibid. c.4.

q Lib.9. ca. 11.

annis fermè quadraginta: mortuus eſſet ætatis ſuæ anno 78. ſaltem inchoato, quod falſum eſt, melius ergo, & verius ſic dicendum eſt, anno Domini circiter 387. inchoato baptizatus fuit S. Auguſtinus: perfecto vero, & completo cum aliquot menſib. puta circiter ſex, mater ejus mortua eſt: Anno igitur Domini 387. Similiter completo, & ſuperadditis ſex menſibus, reuerſus in Africam, apud ſuos conſtitutus eſt fermè triennio: putà duobus annis integris cum nouem menſibus. In preſbyteratu vero, & Epiſcopali dignitate fermè quadraginta annis vixit, videlicet triginta nouem, ſuperadditis nouem menſibus, quæ omnia, ſi in vnum redigantur, ætatis S. Auguſtini 76. annorum numerum conflabunt: Domini vero 430. quo tempore mortuus eſt.

Poſſidius in eius vita.

Baptizato ergo S. Auguſtino, non ſine maxima totius Eccleſiæ triumphantis, & militantis lætitia, in tantæ conuerſionis gratiarum actionem: D. Ambroſius admirabilem illum hymnũ, *Te Deum laudamus*, ſimul cũ eo cantauit, & compoſuit: cui reſpondente Auguſtino Neophito, *Te Deum confitemur*, eorum alternis reſpõſionibus, ad finem vſque ſacer ille hymnus contextus eſt: & ſuaui concentu deinceps, quotidianis in ſacris vbique terrarum Chriſtiana templa perſonare non deſtiterunt. Ex tunc cœpit Auguſtinus eſſe Religioſus: Habitu enim Monachali à Diuo Ambroſio, & ſimpliciano indutus eſt. *Nouum Chriſtianum nouis veſtimentis, Cuculla nigra induimus, Cingulo ex Corio nos ipſi præcinximus: quod Simplicianus noſter ingenti lætitiæ donauit* r. Et vt ait Poſſidius s *Mox ex intimis cordis medullis, ad Deum conuerſus, ſpem omnem quam habebat in ſæculo dereliquit, jam non vxorem, non filios carnis, non diuitias ſæculi quærens: ſed ſoli Deo cum ſuis ſeruire ſtatuit, in illo puſillo grege eſſe ſtudens, quem Dominus alloquitur dicens, Nolite timere puſillus grex, quoniam complacuit Patri veſtro dare vobis regnum: vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſinam, facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt, theſauros non deficientes in cœlis, & illud quod iterum dicit Dominus, idem vir ſanctus facere cupiens, Si vis eſſe perfectus, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælis, & veni, & ſequere me, & ſuper fidei fundamentum ædificare deſiderans: non ligna, fœnum, ſtipulam, ſed aurum, argentum, & lapides pretioſos: & erat tunc annis major 30. ſola ſuperſtite Matre nomine Monica, ſibiq́ adhærente, & de ſuſcepto eius propoſito amplius quam de carnis nepotibus exultante: nam ejus Pater Patricius antea defunctus erat.* Quare Auguſtini Monachatum ſtatim à Baptiſmo inchoatum credere non vereor: præcipuè verò cum in eo legam t *Qui habitare facis vnanimes in domo* quòd maximè de Monachis intelligẽdum, admonet explicatio Pſalmi 132. *Conſociaſti nobis, & Euodium juuenem ex noſtro municipio, qui cum agens in rebus militaret prior nobis ad te conuerſus eſt, & baptizatus, & relicta militia ſæculi accinctus eſt in tua. Simul eramus, ſimul habitaturi in placito ſancto. Quærebamus, quiſnam locus, nos vtilius haberet ſeruientes tibi. Pariter remeabamus in Africam, & cum apud oſtia tyberina eſſemus mater defuncta eſt.*

Cantatur Te Deum laudamus *in baptiſmo S. Auguſtini*

Auguſtinus Religioſus.

r D. Ambr. ſerm. de baptiſ. Aug.

s In ejus vita. c.4.

t Lib. 9. Cõfeſſ. c. 8.

Licèt hic Monaſterium appareat nullum, ſæculi tamen contemptus, vita ſtrictior, ſociorum ejuſdem conſilij conuictus apertè ſe produnt: miniſtrabat eis ſanctiſſima Monica, & quaſi naſcentis Monaſterij cellaria, aut præpoſita

rem curabat domeſticam. *Nobis Domine omnibus, qui ex muneris dono ſineris loqui, ſeruis tuis, qui ante dormitionem eius in te jam conſociati viuebamus, percepta gratia Baptiſmi tui, ita Curam geſſit, quaſi omnes genuiſſet: ita ſeruiuit quaſi ab omnibus genita fuiſſet u.* Quæ tam illuſtrem vitæ ſanctitatis conditionem, filio gratulata dicebat, *Vnum erat propter quod in vita aliquantulum immorari cupiebam: vt te Chriſtianum Catholicum viderem, antequam morerer x: Cumulatius hoc mihi Deus præſtitit: vt te contempta felicitate terrena, ſeruum eius videam. Quid hic facio?* Quia nimirum relicto vitæ ſæcularis ſtatu, excellentiorem religioſæ vitæ ſtatum elegerat, in quo diuinæ adſcitus militiæ Deo ſoli militabat. Quis ergo ille tam obcæcatæ mentis, vt hic non videat religioſam in Neophito laïco vitam? Sed clarius de ſeipſo loquitur z. *Sed tu Domine miſerationis non immemor, tuliſti me de domo patris mei carnalis, & de Tabernaculis peccatorum, & inſpiraſti mihi vt ſequerer te, cum generatione quærentium faciem tuam, ambulantium ſemitam rectam, commorantium inter lilia caſtitatis, & tecum diſcumbentium, in cœnaculo altiſſimæ paupertatis, Et ego tot beneficiis ingratus, poſt religionis ingreſſum multa commiſi illicita.* Quibus verbis claré oſtendit vocationem ſuam ad vitam Euangelicam cum viuentibus in obedientia, caſtitate, & paupertate: & ideò tam ardenti diuini amoris flamma accenſus erat, ac feruenti religioſæ vitæ deſiderio æſtuabat: vt ſtatim ad S. ſimplicianum perrexerit, cujus nomen apud fideles celeberrimum erat: & in domicilio ſemoto, & à gentibus ſeparato, cum multis aliis probatæ vitæ habitabat, qui cum eo in illa ſolitudine morabantur: & quoniam erant quaſi in libertate viuentes, licet probatiſſimi viri eſſent, atque perfecti: ex præcepto ſancti Patris Simpliciani, Auguſtinus inter eos inſtituit, vt vitam Apoſtolicam pariter tenerent, & nihil inter eos proprium diceretur: prout continetur in prima regula, quæ Auguſtino attribuitur: & ſic omnes Apoſtolicam vitam agere cœperunt, & ſimul cum multis erant, habitantes in placito ſancto. Per aliquot tempus, cum his ſanctis viris remanſit S. Auguſtinus, & forſan diutiùs remanſiſſet niſi ad inſtantiam matris Monicæ ad patrios, lares remeare, non fuiſſet impulſus. Quare obtentis à ſancto Simpliciano duodecim Religioſis, Anaſtaſio, Fabiano, Seuero, Nicolao, Dorotheo, Iſaac, Nicoſtrato, Paulo, Cyrillo, Stephano, Iacobo, & vitale, cum quibus, tanquam altero Collegio Apoſtolico ſimul cum amicis ſuis chariſſimis Adeodato, Nauigio, Euodio, Alippio, Pontiano, & matre Monica, in Africam rediturus: in via ſanctos Etruriæ, & Piſani montis Eremitas viſitat: ſicut alios etiam, apud centum cellas conſtitutos a, quibus (ſecundm aliquos) dedit regulam ſecundam, adjungens primæ modum recitandi diuinum officium b, erant autem homines ſimplices qui ab ingenti ciuitatum tumultu ſemoti, ſoli Deo, & rerum cœleſtium contemplationi vacantes, in Eremo habitabant. Vnde Baptiſta Mantuanus c.

Viuendi formam inſtituit memoratur Eremus.
Incoluiſſe maris Thuſci, prope littora centum,
Cellarum, qua vicus erat tyberina petiuit,
Oſtia, &c.

u Ibid. c.9.

x Ibid. c.10

z In medit. c.39. *Tria vota Religionis.*

Sigebert. epiſt. ad Macedonium Relatio Caliſti.

Serm. 21. ad fratres in Eremo.

a Petrarcha, Henricus de vrim. Iord. de Saxon. S. Antoninus Bergō. Bartolom de Vrbino, Volateran. Petrus de Natal. Martinus Papa V. in ſerm. ad fratres Erem. de tranſlat. corporis S. Monicæ & alij.

b Villegas in vita S. Auguſtini.

c Lib. 8. de ſacris dieb.

Ibi fama eſt mirabiles illos compoſuiſſe libros de Trinitate, quos tamen non perfecit: vt ex illo Epitaphio conſtat, quod ſupra januam vnius antiquiſſimi Eremitorij legitur, in quo ex omni memoria vixit, & adhuc viuit Eremita quidam Auguſtinianus. *Siue Viator es, ſiue inquilinus, Eremiticam venerare domum, venerare ſacellum, vbi præfulgidiſſimum illud Eccleſiæ Chriſti lumen Auguſtinus egregium de Trinitate opus inchoauit, quod mirifico cœleſtis pueri juxta Bertoldi littus ſibi apparentis poculo intermiſſum, in Africa tandem jam ſenex abſoluit.* Neque diù cum his ſanctis Eremitis permanſit, ſuum enim in Africam reditum, omni feſtinatione properabat: priùs tamen Romam ſe contulit, ſacra limina Apoſtolorum Petri & Pauli, viſitaturus & ſancta loca, ſanctorúmque reliquias veneraturus. Ibi idoneum nauigationis tempus expectans: libros de moribus Eccleſiæ, & moribus Manichæorum, de quantitate animæ, & de libero arbitrio libros tres compoſuit: quorum vnum tantũ abſoluit. Hinc anno à ſuo baptiſmate, completo, cum tota ſua religioſiſſima familia, Africam verſus iter aggreditur: Et cum eſſet apud oſtia tyberina, in illo ſuaui prorſus, ac cœleſti colloquio quod habuit cum matre ſua Monica: volunt multi ipſum vidiſſe eſſentiam diuinam tranſitoriè tamen, ſicut in cœlis vident beati permanenter.

Faſſolus ſocietatis Ieſu in 1. p. Diui Thomæ, & Vaſquez ibidem. Ægidius à preſent. in primate Auguſtin.

Cum autem in patriam nauigare paratus eſſet, pia mater ejus Monica defuncta eſt, ætatis ſuæ 56. Auguſtini verò 33. completo, provt ſuprà diximus, qua ſepulta finitiſque exequijs, conſcendit in nauim, tandémque nobiliſſimam ciuitatem carthagineuſem fœliciter appulit, vbi ab Innocentio Exaduocato, benigne ſuſceptus eſt. *Venientes enim de tranſmarinis me, & fratrem meum Alippium nondum quidem clericos ſed jam Deo ſeruientes* (id eſt Religioſos) *vt erat cum tota domo ſua Religioſiſſimus ipſe ſuſceperat, & apud eum tunc habitabamus* d. Deinde verò in propriam domum, agróſque reuerſus: patrimonium ſuum vendidit, & pauperibus partem vnam diſtribuit, aliámque in conſtructione Monaſterij conſumpſit, in Eremo & vaſta ſolitudine à ciuitate Tagaſtenſi remota: vbi cum ſociis, & amicis ſuis jejuniis, & orationibus vacabat. Cum vero importunitatem ciuium quotidie accedentium, ferre non poſſet: locum mutare, ac quendam montem aditu difficiliorem, duobus ferè milliaribus à prædicto Monaſterio petere coactus eſt: vbi Tugurium inter ſaxa viliſſimum, & à cæteris ſeparatum, ſibi conſtruxit: reliqui vero ſocij, cum jactu fundæ remoti, circumſiſtebant, qui inter ſaxa, & fiſſuras montium receptacula ſibi pariter fecerant: erant autem cum eo fermè centum viginti duo viri in deſpecto, ac vili habitu coloris naturalis ipſius lanæ, qui omnes vnanimiter vitam Apoſtolicam, cum maxima auſteritate tranſigebant: vnde Poſſidius in ejus vita c. 3. de illius loquens in patriam reditu, ſic ait, *à ſe jam alienatis Curis ſæcularibus, cum ijs qui eidem adhærebant Deo viuebat jejuniis, orationibus, boniſque operibus: in lege Domini meditans die ac nocte.*

Reditus Auguſtini in Africam.

d De Ciuit. Dei lib. 22. cap. 8. ſerm. 5. & 21. ad fratres in Eremo.

Sigebertus epiſtol. ad Matedom.

In hac ſolitudine Tagaſtenſi, Ordo Sacer Eremitanus à D. Auguſtino laico inſtitutus eſt, qui inter alia charitatis officia eam hoſpitibus charitatem obſeruauit, vt quot poterat in proprium ſuſciperet domicilium, & tanquã Chriſti perſonam coleret: cúmque ex multa pauperum frequentiá, vice quadam pe-

e Ambroſ. Caranus in vita S.Aug. *e* Ioannes Maburnus in Roſet. Alph.20. tit.41. *Ferdin.de Hiſpania, & alij.* *f* lib.2.ſect. 8.paragrapho 7.de Sandaliis.

regrini cujuſdam lauiſſet & oſcularetur pedes : ab eo audire meruit *e*, *Magne Pater Auguſtine filium Dei hodie in carne videre meruiſti.* Hic fermè per tres annos, cum ſuis Eremitis vitam agit Apoſtolicam, in deſpecto ac vili habitu, & nudis pedibus aut Sandaliis calceatus : ſic enim, vt infrà dicemus, *f* ex Patre Ludouico de Angelis ſic pedibus ambulauit Auguſtinus, vt ſuos informauit Africanos Monachos, qui ſi officio fungerētur Clericali, calceamēta Corij : ſi laici eſſent caligas geſtabant, quæ ſunt ſandalia pedibus immiſſa : vel ſi valetudo permitteret, nudos pedes, quare D. Auguſtinus adhuc laïcus ſaltem hoc triennio ſandaliis calceatus inceſſit, quemadmodum alij fratres Eremitæ, vt infrà dicemus libro 2. cum de ſandaliis expreſſe tractabimus.

S.Auguſtinus diſcalceatus. *g* Serm.1. de comm. vita Clericorum.

Tranſacto verò hoc triennio ex illa ſolitudine Tagaſtenſi recedens, Hypponem venit, quendam ſuum amicum quærens: quem putabat ſe poſſe Deo lucrari, vt cum illo eſſet in Monaſterio. Totum hunc proceſſum deſcribit S.Pater *g*. *Ego quem Deo propitio videtis Epiſcopum veſtrum, juuenis veni ad iſtam ciuitatem, vt multi veſtrum nouerunt, & quærebam vbi conſtruerem Monaſterium, & viuerem cum fratribus meis.* Aliud enim Monaſterium à Tagaſtenſi ædificare ſtatuerat: vel ob nimiam conciuium ſuorum frequentiam, qui ſolitam ſolitudinis ſuæ quietem, rerúmque cœleſtium contemplationem, in illo Monaſterio impediebant; vel etiam ob copioſum nimis Religioſorum numerum, qui ſimul habitare non poterant. *Veni ad iſtam ciuitatem propter videndum amicum quem putabam me poſſe lucrari Deo, vt nobiſcum eſſet in Monaſterio: quaſi ſecurus perueni, quia locus habebat Epiſcopum* (ab eis enim Eccleſiis quæ non habebant Epiſcopos ſuam abſtinebat præſentiam *h*, *apprehenſus, & Presbyter factus*, quamuis inuitus acclamante tamen populo propter viri ſanctitatem, vt ipſemet narrat in Epiſtola 225. ad albinam *in me dilexerant, quod audierant paucis agellulis paternis contemptis, ad Dei liberam ſeruitutem me fuiſſe conuerſum ; neque in hoc inuiderant Eccleſiæ Tagaſtenſi, quæ carnalis patria, mea eſt per hunc gradum* proſequitur S. Pater *perueni ad Epiſcopatum, non attuli aliquid, nec veni ad hanc Eccleſiam, niſi cum his indumentis, quibus illo tempore veſtiebar : & quia hic diſponebam eſſe in Monaſterio cum fratribus*, Ne Monaſticam vitam deſerere cogeretur ob Preſbyteri profeſſionem, Monaſterium voluit ponere non longè à ciuitate : vbi & operam ſuam populo, & otium priuatum Monachis daret. *Cognito inſtituto Beatæ memoriæ ſenex Valerius, dedit mihi hortum illum, in quo nunc eſt Monaſterium* Monachorum, *Cœpi boni propoſiti fratres colligere* quos partim è Monaſterio Tagaſtenſi Aduocauit, & alibi partim elegit, *Compares meos*, non in Presbyteri Ordine : ſed in vitæ profeſſione : & ideo ſubjungit, *Nihil habentes, ſicut nihil habebam, & imitantes me, vt quomodo ego tenuem paupertatem meam vendidi, & pauperibus erogaui : ſic facerent & illi qui mecum eſſe voluiſſent, vt de communi viueremus : commune autem nobis erat, magnum, & vberrimum prædium ipſe Deus.* De hoc Monaſterio ſic habet Breuiarium Romanum in Officio S. Patris Auguſtini lectione 4. *Reuerſus in Africam cum religione vitæ ſanctimoniam conjungens, à Valerio notæ ſanctitatis Epiſcopo Hipponenſi, Presbyter factus eſt. Quo tempore familiam inſtituit Religioſorum*, non dicit Clericorum,

h Poſſidius in ejus vita c.4.

Monaſterium Hipponenſe S. Auguſt.

quibus

Quibus cum victu communi eodémque cultu vtens, eos ad Apoſtolicæ vitæ, doctrinæque diſciplinam diligentiſſimè erudiebat. Poſſidius in ejus vita cap.5. *Factus ergo Presbyter Monaſterium intra Eccleſiam mox inſtituit: & cum Dei ſeruis viuere cœpit, ſecundùm modum, & regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam: maxime vt nemo quidquam proprium in illa ſocietate haberet: ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur vnicuique, prout cuique opus erat: quod iam ipſe prior fecerat, dum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet.* Ex quibus conſtat Monaſterium hoc, intra Eccleſiam conſtructum fuiſſe, non quod fuerit juxta Eccleſiam in ciuitate: ſed extra ciuitatem *i*, in bonis Eccleſiæ, & in horto quem poſſidebat Eccleſia: dedítque Auguſtino B. Valerius: vel quia S. Pater Preſbyter à B. Valerio obtinuit, vt fratres Eremitæ qui antea omnes erant laïci nec ſacris ordinibus initiabātur *k*, deinceps ordinarentur: & ad dignitates Eccleſiaſticas aſſumerentur. Vnde Poſſidius in ejus vita cap. 11. *Sub tanto, & cum ſancto Auguſtino, in Monaſterio Deo ſeruientes, Eccleſiæ Hipponenſi Clerici ordinari cæperunt.* Et D. Pater Auguſtinus ad Fratres in Eremo ſermone 14. *Et licet Fratres noſtri, qui collocati ſunt in horto S. Epiſcopi. Valerij, ſatis diſtent ab Vrbe, quia tamen fama diuinitus diuulgata eſt: ordinaui vt verbum Dei populo prædicarent*, & ſic ex vita laïcali Eremitica, intra Eccleſiam collocati ſunt. Et hoc eſt quod voluit Poſſidius cum dixit Auguſtinum Preſbyterum Monaſterium intra Eccleſiam mox inſtituiſſe, in quo cum fratribus ſuis ſecundum regulam Apoſtolicam viuere cœpit, non quod abſolutè hic ſimilem vitam agere incœperit, *Iam enim prior ipſe fecerat dum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet*, In Italia nempe apud Piſanos, & centumcellanos Eremitas: ſicut etiam in Africa in Monaſterio Tagaſtenſi: ſed quia in hoc Monaſterio Hortenſi S. Valerij cum Patribus ſuis viuere cœpit, non ſolum in ſtatu laïcali Eremitico: ſed etiam Clericali, quibus, in ſcriptis hanc tertiam dedit regulam, quæ modo ab vniuerſo ordine Auguſtiniano religioſiſſimè obſeruatur. Monachorum ergo ſimul, & Clericorum erat Monaſterium, & regula data Monachis ſimul, & Clericis dici poteſt: prius tamen Monachis, qui ex tunc vitam Apoſtolicam in omnibus ſequi cœperunt, diuina officia decantantes, ſacroſancta Eccleſiæ Sacramenta adminiſtrantes, verbum Dei in Eccleſia Prædicantes: & ſimilia Eccleſiaſtica munera obeuntes, quæ ſolis Clericis conueniebant, & quæ antea in ſolo ſtatu laïcali Eremitico conſtituti, exercere non valebant.

i Ad Fratres in Eremo.

k cap. à ſubdiac. ca. generaliter 26. q. 1.

Villegas in vita S. Aug. B. Iordanus lib. 1. c. 17. S. Anton. Ferrand. Hiſpanus Rich. Cœnom. Steph. Garibay, & alij apud Marquem. monaſteriũ Monachorum.

In hoc Monaſterio fratres Eremitæ in ſumma paupertate, vitam tranſigebant nihil habentes, ſicut nihil habebat Auguſtinus: ſiue in particulari, ſiue in communi. *Sic & in illa vita communi Fratrum quæ eſt in Monaſterio magni viri ſancti, in hymnis & orationibus, in laudibus Dei inde viuunt: Cum lectione illis res eſt, laborant manibus ſuis: inde ſe tranſigunt, non auare aliquid petunt, quidquid eis infertur à pijs fidelibus, cum ſufficientia & charitate vtuntur: elegerunt vitam quietam remoti à ſtrepitu populari, à turbis inquietis, à magnis fluentibus, tanquam in portu ſunt.* Cum his vixit S. Doctor quatuor circiter annos donec mortuo B. Valerio Epiſcopo, cum incredibili totius populi ſatisfactione in locum illius ſucceſſit: jam enim viuente Valerio conſecratus,

Auguſt. in Pſal. 99.

illiúſque factus fuerat in Epiſcopatu Coadjutor: & ſic per aliquot tempus jam Epiſcopus in præfato Monaſterio habitauit. Poſtea tamen ob nimiam negotiorum multitudinem, non ſine ſumma fratrum Eremitarum triſtitia, totiúſque Cleri ingenti lætitia: de illo exire, ac domum Epiſcopalem adire coactus eſt, in qua tamen Monaſterium Clericorum habere voluit, qui vitam communem Apoſtolicam, pariter cum illo facerent. *Perueni*, inquit, *ad Epiſcopatum vidi neceſſe habere Epiſcopum exhibere humanitatem aſſiduam quibuſcunque venientibus, ſiue tranſeuntibus: quod ſi non feciſſem Epiſcopus inhumanus dicerer: ſi autem conſuetudo iſta in Monaſterio* jam antea fundato, *permiſſa eſſet, indecens eſſet* Monachorum quiete, Peregrinantium tumultu, frequentáque turbata: *& ideo volui habere in iſta domo Epiſcopi mecum Monaſterium Clericorum*, alterum ſcilicet à priori, vt & ego cum religioſis viuerem Religioſus, & hoſpites humanitate recrearem vt Epiſcopus, hoc in Monaſterio, quod in alio fieri non decebat nempe Monachorum.

De communi vita Clericorum.

Monaſteriũ Clericorũ.

Canonici regulares.

Hinc ſuam ducunt Originem Canonici Regulares: ſiue vt alij volunt reſtaurationem illius ſacri Ordinis, à S. Marco Euangeliſta inſtituti, anno videlicet ſeptimo à fundatione fratrum Eremitarum. Duplicem ergo habemus ordinem à D. Auguſtino inſtitutum, vnum Eremitarum in Eremo, & deſertis habitantium: alterum verò Canonicorum regularium in ciuitatibus degentium. Sic Onufrius Panuinus anno Chriſti 430. *Diuus Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus à quo ordines Eremitarum, & Canonicorum regularium fluxerunt, diem obiit*, ſic Baronius, *vt ex his videas duo ab eo erecta fuiſſe Hyppone Monaſteria, alterum cum adhuc Presbyter eſſet in horto, alterum vero cum factus eſt Epiſcopus in ipſa Epiſcopali domo, quæ inhærens eſſe ſoleret Eccleſiæ. Ex hac quidem Auguſtini plantatione accepti palmites, longè latéque diffuſi, tum in Africa, tum etiam in alijs pleriſque Eccleſiis occidentis, fructu vberrimo locupletarunt Eccleſiam.* Sic etiam Bergomenſis *l*, Caſſaneus *m*, Paulus Morigius *n* & alij quamuis Bellarminus *o*, magis ad Poſſidij litteram adhæreſcens vnum tantum agnoſcat: ſic tamen vt ex eo intelligat, Monachum quidem fuiſſe ſanctum Auguſtinum: ſed non in ſolitudine cum Eremitis, ſed in ciuitate & Epiſcopali domo cum clericis ſuis Monaſticam vitam duxiſſe. Malè tamen cum clarè conſtet ex ſuprà dictis, & ipſiſmet verbis poſſidij ſuprà citati, ipſum in Monaſterio horti S. Valerij cum fratribus ſuis Eremiticam vitam egiſſe, cum ait *ſub Sancto, & cum S. Auguſtino in Monaſterio Deo ſeruientes Eccleſiæ Hypponenſi Clerici ordinari cœperunt*, id eſt, ſerui Dei Eremitæ in Monaſterio conſtituti, ſub Auguſtini obedientia, & cum ipſo etiam Eremita, & Monacho commorantes cœperunt ordinari clerici, vt Eccleſiæ Hypponenſi deſeruirent: ergo Monaſterium illud non potuit eſſe Clericorum qui jam ordinari erant, ſed Monachorum Monaſterium qui Clerici ordinari cœperunt, & ad ſecundum transferebantur quod proinde Clericorum Monaſterium appellabatur in quo nullus alius recipiebatur Clericus qui vitam communem Apoſtolicam cum D. Auguſtino profiteri recuſabat *p* & ideo eandem illis dedit regulam quam, priùs Eremitis præſcripſerat. Ex his facilè ſoluentur ea quæ contra nos affert Ioannes Baptiſta Melegarus Cano

Tom. 4. an. 391.

l Lib. 2. an. 398.
m In ſuo Catal.
n Lib. 1. c. 22.
o Lib. de ſcript. Eccle in Aug.
p Serm. 1. & 2. De communi vita Clericorũ

Canonicus Regularis Lateranenſis dicens S. P. Auguſtinum non fuiſſe Religioſum Eremitam, nec vnquam inſtituiſſe Monaſterium Monachorum, ſiue Tāgaſte in horto Valerij: ſed tātum Clericorū: neq; etiam facultates ſuas vendidiſſe, & pauperibus erogaſſe apud agros proprios, ad erigendas tunc tēporis Eremitis cellulas. Certum enim eſt D. Patrem Auguſtinum cum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet, in agris propriis, cum fratribus ſuis ſecūdum regulam Apoſtolicam vixiſſe, maximè vt nemo quidquam proprium in illa ſocietate haberet: ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur vnicuique, provt cuique opus erat. Hoc expreſſè dicit Poſſidius ſupra citatus, cum ait, hæc omnia feciſſe S. Auguſtinum Sacerdotali dignitate inſignitum, & ſtatim addit quod jam ipſe fecerat. Dum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet, vnde ſequitur tunc temporis facultates ſuas vendidiſſe, aliter enim minime obſeruaſſet regulam ſub SS. Apoſtolis conſtitutam. Et de hoc tempore intelligendus eſt Poſſeuinus in ſuo Apparatu ſacro, cum dixit *S. Patrem omnibus ſuis vēditis renuntiaſſe mundo, ipſiuſq; pōpis, vēditis omnibus valedixiſſe paupertatem, & caſtitatem coluiſſe, Monaſterium inſtituiſſe, in quo cum ſociis perfectioni operā dedit.* Clarè hoc indicat ipſemet Auguſtinus cum ſcribens ad Albinā epiſt. 125. dicit ſe ſtatim, à ſua conuerſione ad liberam Dei ſeruitutem, paucos agellulos paternos contempſiſſe: cúmque propterea Hypponenſes ſummo ſemper amore fuiſſe proſecutos, *in me dilexerant quod audierant*, non dicit viderant *paucis agellulis paternis contemptis, ad Dei liberam ſeruitutem me fuiſſe conuerſum: neque in hoc inuiderant Eccleſiæ Tagaſtenſi, quæ carnalis patria mea eſt.* Ergo Tagaſte, & non alibi facultates ſuas vendidit, & pauperibus erogauit. Nec obſtat quod Poſſidius nullam de hoc Monaſterio mentionem fecerit: neque enim omnia ſcripſit, quæ S. Auguſtinus fecit, aut dixit: refert enim tantū Preſbyterum factum Monaſterium intra Eccleſiam inſtituiſſe, vt ſuprà explicauimus: & reticuit, vt ipſemet dixit Auguſtinus in ſerm. 1. de communi vita Clericorum, & ſuprà abundè diſſeruimus, videlicet quod ex Eremo, & ſolitudine Tagaſtenſi S. Doctor Hypponem venerit, quærens vbi conſtrueret Monaſterium, & ad videndum amicum, quem putabat ſe lucrari poſſe Deo: & cum illo, & cæteris fratribus eſſet in Monaſterio: non Clericorum: quia nullum tunc inſtitutum fuerat: nec ipſe Clericus erat: neque vllum fuit niſi ab Auguſtino jam facto Epiſcopo inſtitutum, ergo Monachorum, quod ibi conſtruere volebat. Apprehenſus poſtea Preſbyter factus eſt: & quia hìc diſponebat eſſe in Monaſterio cum fratribus ſuis, cognito inſtituto, & voluntate ſua B. Valerius dedit illi hortum, in quo Monaſterium Monachorum extructum eſt, qui vitam Apoſtolicam cum illo profiterentur, nihil habentes ſicut ipſe nihil habebat, qui jam tenuem paupertatem ſuam vendiderat, & pauperibus erogauerat: ſicque omnes de communi viuebant. Statim ac peruenit ad Epiſcopatum vidit neceſſe habere Epiſcopum exhibere humanitatem aſſiduam quibuſcunque venientibus, ſiue tranſeuntibus: quod ſi non feciſſet Epiſcopus inhumanus diceretur, ſi autem conſuetudo iſta in Monaſterio Monachorum permiſſa eſſet, indecens eſſet. & ideo voluit habere ſecum in domo Epiſcopali Monaſterium Clericorum: ecce jam duo Monaſteria, quamuis Poſſidius vnius tan-

Refutatur Melegarus.

B 2 tum

tum mentionem fecerit, quod voluit eſſe intra Eccleſiam, id eſt in horto Valerij, & fundo Eccleſiæ Hypponenſis: vbi in ſtrictiſſima paupertate, & manuum labore viuebant Monachi. Ex quibus primum habemus, in horto Valerij Monachorum Monaſterium, & ſecundùm in domo Epiſcopali, Clericorum: diuiſóſq; fuiſſe Clericos ſeu Canonicos, à fratribus ſiue Monachis: vt ſic melius quieti, & ſolitudini fratrum conſuleretur. Quare in epiſt. 124. de vtriſque ſic ait Auguſtinus, *Clericos noſtros, vel fratres in Monaſterio conſtitutos fuiſſe participes*, &c.

S. Auguſtin. Monachus, contra Melegarum.

Objicit Melegarus illud Confeſſionum 10. *Conterritus peccatis meis, & mole peccatorum, & miſeria mea agitaueram in corde, meditatuſq; fueram, fugam in ſolitudinem. Sed prohibuiſti me, & confortaſti me dicens, ideo pro omnibus Chriſtus mortuus eſt, vt qui viuunt jam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, &c.* Vnde concludit ergo Sanctus Auguſtinus non fuit Eremita, nec ordinem Eremitanum in ſolitudine inſtituit. Reſpondeo cum Reuerendo Patre Ægidio à preſentatione, in ſuo primate Auguſtinianeo libro 2. cap. 7. Auguſtinum ſub initium conuerſionis ſuæ, cogitaſſe de fuga in ſolitudinem accipienda, vt tanquam anachoreta ſolus ſine ſociis viueret, à quo viuendi genere diuina fuit prouidentia, & Spiritus ſancti inſtigatione prohibitus: vt non ſoli ſibi, ſed aliis viueret, & hæc eſt germana, ac vera explicatio loci illius quidquid dicat in contrarium Melegarus ſic enim ad Chriſti exemplum, inter homines manens, pro omnibus, & fratribus ſuis, & ſæcularibus verbo, exemplo, & doctrina laborauit. Id clarè oſtendit cum è Tagaſtenſi Monaſterio Hypponem venit ad lucrandum quendam amicum, vt cum illo eſſet in Monaſterio. Quod ſi hæc non placeat reſponſio, accipe alteram. Prohibitus eſt Sanctus Pater à ſolitudine de facto enim ſtatuerat toto vitæ tempore vitam Monaſticam, & ſolitariam ducere, ſed prohibitus eſt dum inuitus factus eſt Presbyter, & tandem Epiſcopus; quod ſanè indicat voluiſſe priùs Monaſticam vitam ſemper agere, vnde nolens, flens, & inuitus factus eſt Presbyter, inuitus ergo Sacerdos & volens Monachus vtrumque poſtea ſanctiſſimè conjunxit: vt ſimul omnes vniret, eſſétque inter eos anima vna, & cor vnum in Deo, quare vanæ ſunt, & futiles altercationes illæ quinam priùs inſtituti fuerint, & regulam ab Auguſtino ſuſceperint, Eremitæ an Canonici regulares? Solùm enim inquirendum eſt quinam meliùs eam obſeruent? Vt veri filij S. Auguſtini cenſeantur?

Opponit iterum Melegarus Patres Eremitas, non fuiſſe inſtitutos ab Auguſtino: ex eo quod non præcedant cujuſcumque ordinis Monachos, quos tamen præcedere deberent ſi à S. Doctore eſſent inſtituti, maximè verò fratres Prædicatores, & minores, qui illos etiam præcedunt: quod confirmatur ex decreto Pontificio Clementis VIII. expreſsè declarantis fratres Prædicatores primum, digniorem, & honorabiliorem locum inter cæteros quoſcunque aliorum Ordinum mendicantium Religioſos tenere. Reſpondeo ex prioritate inſtitutionis alicujus ordinis non neceſſariâ exurgere præcedentiam: vnde Gregorius XIII. anno 1583. eos in proceſſionibus præcedere decernit, qui ſunt in poſſeſſione præcedendi: & vbi de hujuſmodi poſſeſſione non conſtat, fra-

tres mendicantes in loco antiquiores: præſeruando tamen prærogatiuas ordinum, circa præcedentias in aliis actibus. Ad decretum verò Clementis VIII. Dico Summum Pontificem hanc illis præcedentiam concedere in regnis Aragoniæ, Valentiæ & Cataloniæ, quam antea Pius V. tali ordini vbique conceſſerat: non quia priùs inſtituti fuiſſent, ſed quia à Sede Apoſtolica ante alios mendicantes Ordines approbati eſſent. Nunc autem tempus approbationis ad præcedentiæ articulum attenditur. Quare non ex prioritate inſtitutionis, ſequitur præcedentia: ſed ſolum prioritate approbationis Apoſtolicæ per bullas autheuticas, quæ approbatio Pontificia, ante factam Concilij Lateranenſis prohibitionem, neceſſaria non erat: ſed Epiſcopi poterant, quiſque in ſua Diœceſi nouos ordines inſtitutos approbare *q*, Quare quamuis non appareat Bulla autentica, & expreſſa approbationis ordinis Eremitani à Sede Apoſtolica conceſſa, quæ aliorum ordinum approbationibus prior fuerit: hoc tamen non obſtat, quin fuerit ante alios inſtitutus & approbatus, non ſolum ab Epiſcopis, ſed à diuerſis etiam Summis Pontificibus, qui tot illi gratias, priuilegia, & indulgentias conceſſerunt: quod fieri non ſolet, niſi religioni jam approbatæ. Imo Innocentius III. ante Concilium Lateranenſe, aliorúmque Ordinum approbationem anno 1199. Declarauit pro voto ſolemni, illud quod quædam mulier in manibus cujuſdam de Patribus ſancti Auguſtini, & in ejuſdem Ordinis habitu permanſerat: quod non feciſſet ſummus Pontifex, ſi tunc temporis Auguſtiniana religio à Sede Apoſtolica, approbata non fuiſſet: non enim fuiſſet votum ſolemne, ſed ſimplex non dirimens matrimonium, quod ipſa contraxerat: vnde ad ſtatum religionis redire, & à viro ſeparari coacta eſt. Sed quidquid ſit de his præcedentiis conſuetudini locorum multum deferre debemus, ex doctrina Baldi in cap. cum olim 6. de conſuet. n. 1. Zabar. conſ. 82. n. 1. Medices Marchiæ deciſ. 21. Seraph. deciſ. 335. & 663. Imò etiamſi talis conſuetudo juris communi diſpoſitioni repugnaret: quare nunc in praxi videmus priores in loco, alios præcedere ſed ad rem redeamus.

q Text. in Caput quidem monach. 18. q. 2. Cōceſſ. Calced. ſeſ. 15. c. 4. cap. cellula 18. q. 2.

Ab eo tempore vinea hæc Auguſtiniana de Ægypto tranſlata plantatis radicibus impleuit terram, & vtriuſque Monaſterij palmites, & propagines per vniuerſum orbem longè latéque extendit: conſtat enim viuente S. Patre Auguſtino, non ſolum per Africam, verum etiam totam Europam, hanc ſacram religionem fuiſſe propagatam: vt affirmat Poſſidius in vita S. Auguſt. c. 11. ex ſolo Conuentu Hypponenſi Eremitano, viuente adhuc Auguſtino, quamplures viros Apoſtolicos, egreſſos fuiſſe: qui Monaſticam vitam maximè ampliarunt Monaſteria multa ædificantes, Verbum Dei feruentiſſimo animarum zelo annuntiantes, fidémque Catholicam non ſolum in Africa, verum etiam in longinquis tranſmarinis partibus docentes: ex quibus decem quos ipſe cognouit Poſſidius tantæ fuerunt pietatis, & doctrinæ, quòd quamplures Eccleſiæ inſtanter à D. Auguſtino, ſuos poſtulauerint ſibi Epiſcopos. *Ac deinde innoteſcente, & clareſcente de die in diem Eccleſia Catholicæ prædicationis veritate, ſanctorúmque ſeruorum Dei propoſito, continentia, & paupertate profunda, ex Monaſterio quod per illum venerabilem virum, & eſſe, & creſcere cœperat: magno* *P. Celotus,*

deſiderio poſcere, atque accipere Epiſcopos, & Clericos pax Eccleſiæ, atque vnitas, & cœpit primo, & poſtea conſecuta eſt. Nam fermè decem quos ipſe noui, ſanctos, ac venerabiles viros, continentes, & doctiſſimos B. Auguſtinus diuerſis Eccleſiis, nonnulliſque Eminentioribus rogatus dedit: ſimiliterque, & ipſi ex illorum ſanctorum propoſito venientes, Domini Eccleſiis propagatis, & Monaſteria inſtituerunt, & ſtudio creſcente ædificationis verbi Dei, cæteris Eccleſiis promotos fratres, ad ſuſcipiendam Sacerdotium præſtiterunt. Vnde per multos, & in multis ſalubris fidei, ſpeî, & charitatis Eccleſiæ innoteſcente doctrina, non ſolum per omnes Africanas partes: verum etiam in tranſmarinis, & per libros editos, atque in ſermonem græcum tranſlatos, ab illo vno homine, & per illum multis, fauente Deo, multa innoteſcere meruerunt. Nec mirũ ſi Poſſidius decẽ hos cognouerit viros, ipſe enim cum D. Auguſtino, vt fatetur annis fermè quadraginta, dono Dei abſque amara vlla diſſentione, familiariter, ac dulciter vixit: & ideò nõ ſolùm in Monaſterio horti Hipponenſis imo, & in Conuentu Tagaſtenſi cum Auguſtino adhuc laïco, & non Sacerdote commoratus eſt, vt expreſsè fatetur in Prologo vitæ S. Auguſtini, *Memor propoſiti mei quo per gratia Saluatoris Omnipotenti ac diuinæ Trinitati per fidem ſeruire decreui, & antea in vita laicorum, & nunc in Officio Epiſcoporum.* Vita autem laïcorum vita erat fratrum Eremitarum in primo Monaſterio, quia vt ait idem Poſſidius, vita erat propoſiti regularis, & ſeruorum Sanctiſſimæ Trinitatis (qui titulus erat fratrum illorum temporum.) Porrò laici nuncupabantur? quia ad ſacros ordines non aſſumebantur, ſed vitam laïcalem agebant, qualem Poſſidius in primo Monaſterio profeſſus eſt cum D. Auguſtino, qui hanc initio ſolam ducere ſtatuerat, poſtea tamen Deo ſic volente quamuis inuitus Preſbyter factus, tandem Epiſcopus conſecratus eſt. Et hinc factum quod multi poſtea ſanctiviri ejuſdem propoſiti, ad prædicandum, & ad alia Eccleſiaſtica munera obeunda habiles, & idonei, Clerici, Presbyteri, & quamplures etiam viuente S. Auguſtino Epiſcopi facti ſunt.

Monaſteria inſtituunt fratres Eremitæ ad Ordines ſacros promouētur diuerſiſque Eccleſiis præficiuntur. Cap. vltimo in vita S. Auguſtini.

Ex his præcipuos ſeligo, & in primis S. Alippium Epiſcopum Tagaſtenſem B. Auguſtini olim diſcipulum: poſtea in conuerſione ſocium, in munere paſtorali collegam, & in certaminibus aduerſus hæreticos commilitonem ſtrenuum, ac demum in cæleſti gloria conſortem. S. Item Poſſidium ſiue Poſſidonium Epiſcopum calaminenſem S. Auguſtini diſcipulum, qui cum illo annis fermè quadraginta dulciter vixit, ejúſque vitam ſcriptis ſuis nobis reliquit Sequitur magnus ille noſter Hilarius Arelatenſis Archiepiſcopus vir in Scripturis diuinis eruditus, cujus merita ſanctitatis, Catholica perſonat Eccleſia tantæ pietatis extitit in pauperes, vt omnibus ſuis in eorum vſus hilariter diſperſis, Pater pauperum deinceps vocaretur, & eſſet: hic cum per aliquot tempus cum Auguſtino in Africa, Eremita vixiſſet, ad inſtantiam cujuſdam amici ſui venit in Galliam, & in tantum profecit vt ipſe cum vxore ſua vitam ageret continentem, votúmque fecerit perpetuæ caſtitatis, de quo ſtatim magiſtrum ſuum Auguſtinum certiorem reddidit, in epiſt. ante librum de prædeſtinatione Sanctorum, *Sciat ſanctitas tua fratrem meum, cujus maximè cauſa hinc diſceſſimus, cum matrona ſua, ex conſenſu perfectam Deo continentiam denouiſſe, vnde rogamus ſancti*

S. Poſſidius. Marq. c. 10. paragrapho 5. Baron. to. 5. an. 426.

ſanctitatem tuam, vt orare digneris quo hoc ipſum in eis dominus confirmare, & cuſtodire dignetur. Sororem prætereа habuit pimeniolam, ad cujus perſuaſionem vt creditur, ipſa Monaſterium ingreſſa eſt, ſuo conſentiente marito S. Lupo,qui poſtea Tricaſtinenſis Epiſcopus fuit: priùs tamen Eremita factus in Eremitorio ſiue Monaſterio Lirinenſi vbi tunc regula S.Auguſtini exactiſſimè obſeruabatur: ibique vitam Monaſticā egit ſub diſciplina S.Honorati,vt acta referunt S. Lupi apud Surium die 29. Iulij. Ibi etiam vixit S. Hilarius cum eodem S.Honorato qui hoc fundarunt Monaſterium, fuitque S.Hilarius primus, S.Honorati ſocius, & in Eccleſia Arelatēſi meritiſſimus ſucceſſor:quam cum per aliquot annos digniſſimè rexiſſet, iterum ad deſerta Lirinenſis Eremi rediit, in qua vitam Eremiticam cum glorioſa morte clarus miraculis commutauit. Quod autem fuerit cum D. Auguſtino in Monaſterio Hortenſi ipſemet fatetur loco ſuprà citato. *Nolo autem ſanctitas tua ſic me arbitretur ſcribere quaſi de his quæ nunc edidiſti arbitretur hæc ſcribere, quaſi de his dubitem, ſufficiat mihi pœna mea quòd à præſentia tuæ delicijs exulatus, vbi ſalutaribus tuis vberibus nutriebar: non ſolum abſentia tua crucior, verum etiam peruicatia quorundam, qui non tantum manifeſta reſpuunt, ſed etiam non intellecta reprehendunt.* Fuiſſe Monachum teſtantur ſanctus Proſper Aquitanicus cœtaneus, & S.Auguſtini condiſcipulus lib.2.de vita contemplatiua c.9. Et S.Eucherius Lugdunenſis. De laude Eremi, ad Hilarium qui ad Eremum Lirinenſem redierat, & in Epiſtola quam ſcribit ad Valerianum loquens de Petronio Bononienſi Epiſcopo, qui eodem anno conſecratus eſt quo Hilarius factus eſt Monachus, *Hilarius nuper, & de Italia nunc antiſtes Petronius ambo ab illa pleniſſima* (vt aiunt) *Mundanæ poteſtatis ſede, vnus in religionis, alius in Sacerdotij nomen aſcendit,* quibus addit Baronius, *Hæc Eucherius cum creatus eſt Petronius Epiſcopus Bononienſis perſeuerante Hilario in vita Monaſtica.*

Ludouicus de Ang elu lib.4.c.18.

Tom.5. an. 426.

Fuiſſe autem diſcalceatum, & nudis pedibus inceſſiſſe nullus eſt qui id neget, ſi legerit ejus vitam à Vincentio Barrali Salerno compoſitam,in hiſtoria inſulæ Lirinenſis ex veteri manuſcripto Monaſterij Lirinenſis fol.3. vbi dicitur. *Nec hyemis quidem rigore quo ſolent torrentia flumina glaciali algore conſtringi pedes indumento adjecto texit.* Et in antiquo Eccleſiæ Arelatenſis Breuiario expreſsè dicitur quod nudis pedibus ambulabat, cum ergo fuerit hic ſanctus S.Auguſtini diſcipulus,& Monachus diſcalceatus,certiſſimū eſt etiam viuente S.Auguſtino multa per Gallias ſui inſtituti, fundaſſe Monaſteria,quæ plures poſtea ſanctos, & Epiſcopos S.R.E. ſubminiſtrauit inter quos fuere S. Germanus Antiſiodorēſis Epiſcopus, qui habitum ordinis à S.Amatore etiam Epiſcopo Antiſiodorenſi ſuſcepit: S.Cæſareus Arelatenſis Archiepiſcopus,& Monachus Lirinenſis: S. Martinus Gallus, Abbas Monaſterij Sanctonenſis, quod poſteà Benedictini occupauerunt: S.Germanus Pariſienſis Epiſcopus,& alij. E ſacris verò Virginibus S. Genouefa Pariſinorum Patrona, & S. Aurea quæ Pariſiis trecentarum Virginum ſanctimonialium Monaſterium conſtruxit,illorúmque Abbatiſſa extitit. Cæteras prætermitto cū mei non ſit inſtituti ſanctos omnes, & ſanctas ordinis Auguſtiniani recenſere,ſed eos tantum qui ad propoſitum meum & rectam hiſtoriæ ſeriem aliquid conducere poſſunt.

S. Hilarius Arelatenſis, Archiep. & Eremita Auguſt. in Eremo Lirinen diſcalceatis pedibus ambulabat.

Presbyter Africa, venit in Hiſpaniam,& ob egregias virtutes,& mentis ſanctitatem ſuccedit Paterno in ſede Bracharenſi. Quod verò fuerit Eremita S. Auguſtini clariſſimè conſtat ex ejus epiſtola 10. in qua ſcribit Auguſtinus ante quam Epiſcopus eſſet,& conſequenter Canonicos regulares inſtituiſſet ſe jam præparaſſe litteras ad S Hyeronymum, per quendam fratrem ſuum mittendas nomine profuturum, qui factus Epiſcopus paulò poſt mortuus eſt. *Quas ad te adhuc Presbyter litteras praparaueram mittere, per quēdam fratrem noſtrum profuturum: qui poſtea nobis collega factus eſt: & jam ex hac vita migrauit duro proficiſci diſponit Epiſcopatus ſarcina detentus, ac deinde in breui defunctus eſt.*

Paulus Oroſius.

Idem ſanè dicendum de Paulo Oroſio Hiſpano Tarraconenſi viro in diuinis Scripturis erudito, & in ſecularibus litteris perititiſſimo. Hic vita,& conuerſatione clariſſimus fuit, quem Magiſter Canus inter ſanctos connumerat: Ad inſtantiam S. Auguſtini Ormeſtam, id eſt mundi Cronicon compoſuit,& hortatu profuturi Eccleſiæ Bracharenſis Archiepiſcopi, iuit in Africam ad Patrem Auguſtinum,cujus diſcipulus fuit,& Eremita; & cum illo per aliquot annos vixit, quem poſtea mortuo profuturo contra errorem Priſcillianorum ad S. Hyeronimum miſit vt eum de vera animæ origine conſuleret. *Hic eſt Oroſius,*inquit Gennadius x. *Qui ab Auguſtino pro diſcenda anima ratione ad Hyeronimum miſſus, rediens reliquias B. Stephani protomartyris nuper inuentas intulit occidenti.* Fuiſſe autem diſcipulum S.Auguſtini, & Eremitam ejuſdem inſtituti ac profeſſionis teſtantur Martinus Polacus z, Vaſeus & Bellarminus a, Sabellicus b, Bergomenſis c, Illeſcas d, Templum Eremitanum in vita illius. Probabile eſt hunc ſanctum Dei ſeruum,in ſuo ex Africa in Hiſpaniam reditu inſtituti ſui fundaſſe Monaſteria vt enim ait Poſſidius,non ſolum illi decem Epiſcopi extra Africam in partibus tranſmarinis Monaſteria conſtruxerunt,ſed multi etiam alij S.Auguſtini diſcipuli,inter quos minimus,minimè fuit Paulus noſter Oroſius.

x De viris illuſtribus.

z in Ciricio Papa, & anno 398.

a de ſcripto Eccleſiaſt. patagrapho 425.

b Æneiad. 7.l.9.

c Libro 9 ſuppl. ann. 440.

d lib.2.hiſt. Pont.c.9. & li.5.c.23.

Leporius.

Certiſſimum etiam eſt leporium natione Gallum,Epiſcopum Carthaginenſem,& in omni genere ſcientiarum,doctiſſimum,diſcipulum fuiſſe,& Eremitam S Auguſtini:de quo mentionem facit ſermone 5. de diuerſis *Presbyterum Leporium quamuis ſeculi natalibus clarum,& apud ſuos honeſtiſſimo loco natum, tamen jam Deo ſeruientem, cunctis quæ habebat relictis inopem ſuſcepi.* Hoc eſt jam Monachum. *Non quia nihil habuit, ſed quia jam fecerat. Quod lectio ipſa perſuadet hic non fecit ſed nos ſcimus vbi fecit &c.* Vt autem perfectus fieret Monachus,& S.Auguſtini diſcipulus juſſit illi,vt quas jam reliquerat diuitias,in opera pia diſtribueret,quod & fecit,aliúdque pro fratribus Eremitis, Monaſterium, Zenodochium, & Eccleſiam ædificauit: quæ omnia in ſermone citato diffuſè deſcribuntur. Fuit & alius leporius Vticenſis Epiſcopus in Bethica, qui fuit etiam S. Auguſtini Eremitanus diſcipulus: & cum in errorem Pelagij incidiſſet, mox per S.Auguſtinum magiſtrum ſuum correptus ceſſit errori:& quam prius prædicabat hæreſim,acriter poſtmodùm impugnauit. Sic Flauius dexter in hiſtoria Hiſpaniæ anno ab vrbe condita 1157. à Chriſto vero anno 406. *Leporius Epiſcopus Vticenſis in Bethica prius Monachus ex familia S. Auguſtini, mutat ſuam perditam priorem ſententiam; admoni-*

tus à S. Auguſtino preceptore ſuo. Iſte author antiquiſſimus eſt, & S. Auguſtini contemporaneus, Cronicam enim ſuam primum S. Hyeronimò, tum Paulò Orofio dedicauit, quæ rerum omnium continet relationem ab initio mundi vſque ad annum 433. quo tempore viuebat ipſe Flauius dexter, & hoc anno mortuus eſt D. Pater Auguſtinus.

Neque omittendus eſt S. Eutropius, natione Africanus, & Arauſicanus Epiſcopus: fuit enim vir religioſiſſimæ conuerſationis, in diuinis Scripturis valdè ſtudioſus, & eruditus: atque in ſæcularibus litteris ad plenũ inſtructus. Fuiſſe S. Auguſtini diſcipulum, & Monachum teſtantur Gennadius, Trithemius, Volaterranus, & Bergonenſis: vixit in Africa cum D. Auguſtino, in Monaſterio Valerij, nec ipſum dum viueret deſeruit, quo mortuo Cæleſtini primi, Pontificis tẽporibus, venit in Italiam, & ob eminentiſſimas animi dotes, eximiámque vitæ ſuæ ſanctitatem vbique notus, factus eſt in Gallia Epiſcopus Arauſicanus: & juxta domum Epiſcopalem, pro duabus ſuis ſororibus Lucia, & Pontia, jam Deo conſecratis Monaſterium ædificari mandauit: quibus eandem regulam, & Normam viuendi præſcripſit, quam Moniales Africanæ, à D. Auguſtino inſtitutæ obſeruabant: fuitque primum Monialium Monaſterium, quod fuit in Gallia inſtitutum, vt refert Alouiſianus de viris illuſtribus ordinis Eremitarũ, claruit ſub imperio Valentiniani, & Theodoſij circa annũ 430.

S. Eutropius

Tandem nobis occurrit S. Paulinus Nolenſis Epiſcopus, natione Burdegalenſis, vir in Scripturis ſanctis eruditiſſimus, & in ſecularibus litteris, nullis ſuo tempore ſecundus: non minus ſanctitate quam doctrina clarus, effulſit ſub honorio, & Valentiniano Principibus anno Domini 420. hic fuit diſcipulus *e*, & Eremita S. Patris Auguſtini: primus omnium in Hiſpania, circa annũ 400. Monaſteria fundauit: vt docent Baptiſta Aloüiſianus *f*, Hyeronimus Romanus *g*, & Ludouicus de Angelis *h*, certum enim eſt ipſum in Italia venditis omnibus, quæ poſſidebat, cum vxore ſua Teraſia mundo valedixiſſe, & Monachum factum fuiſſe *ſub Arcadio, & Honorio,* inquit Cronicon proſperi Tiron, *Paulinus Naulanus, poſtmodum Epiſcopus, admirabili exemplo venditis omnibus: cum eſſet Dominus innumerabilium prædiorum, religionem expeditus elegit.* S. Hyeronimus epiſt. 13. ad Paulinum, *quid tibi neceſſe eſt ea videre crebrius, quorum contemptu Monachus eſſe cœpiſti.* Fuiſſe autem Monachum Auguſtinianum ex eo conſtat quod S. Auguſtini ab Alippio notitiam habuerit, & ad ſe inuicem quamplures ſcriptæ, & Miſſæ fuerint Epiſtolæ, vnde in Africam profectus eſt: ibíque per aliquot tempus, in Monaſterio horti cum Diuo Auguſtino permanſit, vitámque Eremiticam, quam jam inceperat ſub tanto magiſtro, & doctore perfectiorem reddidit. Iuſſu poſtea S. Auguſtini in Hiſpaniam venit, & Barcinonæ quamuis inuitus Presbyter ordinatus eſt, vlteriúſque progreſſus, in Aragoniæ & Cathaloniæ deſertis Monaſteria multa conſtruxit, vt ex epiſtola ejuſdem Paulini ad Auſonium colligitur, & 24. & 25. Auſonij ad Paulinum: alia ſimiliter in merida ciuitate antiquiſſima, & principali Luſitanię fundauit: vt affirmat Auſonius Burdegalenſis Epiſcopus, & inſignis Poëta, qui illius fuit Magiſter. Tandem cum omnia ſua in pauperum vſus, & captiuorum liberationem expendiſſet: nihilque amplius habens, in Africam.

S. Paulinus.

e Tritem. de ſcript. Eccleſiaſt.
f De viris illuſtr. ordi. Eremit.
g In Cron. ord. lib. 3.
h De vita & laud. S. Auguſt. c. 20.

Africam redijt: & ſeipſum pro cuiuſdam viduæ filio in ſeruitutem tradidit. Cúmque à Domino ſuo Regis Wandalorum Genero interrogaretur, quam artem profiteretur, ſtatim reſpondit ſe hortulanum eſſe, & in hoc exercitio per aliquot tempus fideliter inſeruiit. (Memor forſitan priſtini ſui propoſiti in Monaſterio horti cum D. Patre Auguſtino) donec ab hac laudabili, & voluntaria ſeruitute cum multis captiuis, ob vitæ meritum ſummo cum honore dimiſſus fuit.

Paulò poſt aduentum S. Paulini in Hiſpaniam, anno videlicet 424. ſex annis ante obitum S. Patris Auguſtini: narrat Flauius dexter, in Hiſpania multa fuiſſe Ordinis Sancti Auguſtini Monaſteria, eodémque anno ædificatum fuiſſe Toleti Monaſterium Siſlæ, quod per multos annos ab Auguſtinianis legitimè poſſeſſum fuit. *Anno ab vrbe condita 1176. id eſt à Chriſto nato 444. Sigibultus ad Africam contra Bonifacium ſe praparat, in Galliis Exuperantius prafectus à militibus occiditur, muro carthago circumdatur, quæ ex tempore Romanorum, ne rebellioni eſſet munimēto, murorū nō eſt permiſſa vallari. Aetius Gaudētij Comitis à militibus in Gallia occiſi filius, cū Hunnis Ioanni opem laturus Italiā ingreditur Toleti fit Monaſterium Monachorum S. Auguſtini.* In margine verò adjungitur, *hoc eſt Monaſterium Sisla ex Cronico S. Auguſtini.* Idem dexter loquens de Eccleſia Tarraconenſi anno ab vrbe condita 1181. id eſt à Chriſto nato 429. *Paulò Tarraconenſi Epiſcopo, Bonifacius etiam Caldequenſis, ex Monachatu & ordine Auguſtiniano ſuccedit* in hoc Monaſterio Siſlæ, quod poſtea reedificatum eſt ab Athanalgido Rege Vicegothorum anno à Chriſto nato 562. Æra verò 600. vt vult Sanctus maximus in ſua Cronica, floruerunt poſtea viri ſancti, inter quos *Aera 622. à Chriſto verò 584. Arthuagus Gothus ex ordine S. Auguſtini Monachus.* Quod & confirmat Eutrandus Diaconus Toletanus: *Et Aera 845. id eſt anno Chriſti 816. Ertbinoldus Monachus Gothus Auguſtinianus, in Siſla Toletana, Monaſterio ſui ordinis, vt Martyr in pretio habetur.*

Multa Monaſteria in Hiſpania ordinis S. Auguſtini ante mortē eius.

Plures hic alios addere poſſem, maximè verò S. Pinianum qui cum D. Auguſtino vixit hypponéque duo fundauit Monaſteria vnum 80. Monachorum, & aliud 130. Monialium: vt affirmat Metaphraſtes die 31. Ianuarij: ſed iſti ſatis ſupérque ſufficiunt, vt vnuſquiſque videre poſſit, ipſo viuente S. Auguſtino, multos habuiſſe diſcipulos: ſuique inſtituti, ac propoſiti fratres, quos licet omnes non inueniamus expreſsè diſcalceatos, ſic eos tamen inceſſiſſe maximè cum Eremitæ eſſent probabile eſt, multáque fuiſſe conſtructa Monaſteria, non ſolum per vniuerſam Africam, ſed etiam Europam, in Galliis, Hiſpaniis, Italia, & Hybernia, in quibus fratres maxima auſteritate, animíque tranquillitate vitam agebant Eremiticam: ſed præſertim in Africa ſub tanto duce, & cum tanto Patre & fundatore Auguſtino vſque ad crudeliſſimam illam Gothorum, Alanorum, & Wandalorum per vniuerſam Africam perſecutionem: contra omnes Chriſtianos, & maximè religioſos, ſub impio rege Genſerico, Deo ſic permittente, in juſtam tot criminū punitionē, quæ tunc petulanter, & inuerecundè, præcipuè in contemptū, & deriſionem Monachorū committebantur: vt optimè deſcribit Saluianus Maſſilienſis Epiſcopus, & S. Augu-

S. Pinianus.

C 3 ſtini

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſtini contemporaneus, i *Ita igitur in Monachis, id eſt Sanctis Dei. Affrorum probabatur odium, quia irridebant, ſcilicet, quia maledicebant, quia inſectabantur, quia deteſtabantur, quia omnia penè in illos fecerunt, quæ in Saluatorem noſtrum, Iudæorum impietas fecit, antequam ad effuſionem ipſam diuini ſanguinis peruenirent: an occiderint neſcio, non affirmo:* Quam ſtragem non fecit gens illa barbara, quam crudelitatem non exercuit effera & impia prorſus illa natio deuaſtatis omnibus *Africæ* regionibus, quas cædes & incredibilia damna cum æquo animo ſuſtinere non poſſet D. *Auguſtinus*, tot animarum jacturas inauditas Eccleſiarum profanationes, Sacerdotum, ac Miniſtrorum deſtitutiones, amariſſimam prorſus, ac lugubrem præ cunctis vitæ ſuæ diebus vitam ducebat: quo tempore deuotiſſimam illam ad Deum, verè dignam *Auguſtino* compoſuit orationem, quæ ab omnibus, in afflictionibus conſtitutis deuotiſſimè ſemper dici deberet.

i Lib. 1. de prouident.

Oratio deuotiſſima S. P. Auguſtini

Ante oculos tuos Domine, culpas noſtras ferimus, & plagas quas accepimus, circumferimus: ſi penſamus malum quod fecimus, minus eſt quod patimur, majus eſt quod meremur: peccati pœnam ſentimus, & peccandi pertinaciam non vitamus in flagellis tuis infirmitas noſtra teritur, & iniquitas non mutatur: Mens ægra torquetur, & ceruix non flectitur: Vita in dolore ſuſpirat, & in opere non ſe emendat. Si expectas, non corrigimur: ſi vindicas non duramus. Confitemur in correptione quod egimus, obliuiſcimur poſt viſitationem quod fleuimus, ſi extenderis manum facienda promittimus: Si ſuſpenderis gladium, promiſſa non ſoluimus: ſi ferias clamamus, vt parcas: ſi peperceris, iterum prouocamus vt ferias. Habes Domine confitentes reos: nouimus quod niſi dimittas rectè nos perimus: præſta Pater Omnipotens ſine merito quod rogamus, qui feciſti ex nihilo, qui te rogarent: Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Cum autem Ciuitatem ſuam Hipponenſem, ab inimicis obſeſſam videret: tótque mala imminere ciuitati præuideret, Deum ſuppliciter depræcabatur, vt vel ciuitatem ab obſidione liberaret: aut ſeruos ſuos ad perferendam ejus voluntatem fortes faceret: vel certè de hoc ſæculo ad ſe trahere dignaretur, quod & factum eſt, nam tertio obſidionis menſe Febribus fatigatus, lecto decubuit: & illa vltima exercebatur ægritudine, tandémque ſæpiùs lectis, non ſine ingenti lachrymarum profuſione, Pſalmis pœnitentialibus Dauidicis, in conſpectu ſuo poſitis, membris omnibus ſui corporis incolumis, integro aſpectu, atque auditu circumſtantibus fratribus Eremitis, & Canonicis occubuit, relictáque ſua miſeriis plena, & infœlici patria, ad cœleſtem omni fœlicitatis genere cumulatam aduolauit, ætatis ſuæ anno 76. Domini verò 430. ſub Cœleſtino primo Pontifice.

Mors S. P. Auguſtini.

§. II.

De Diſcalceatis, variiſque Congregationibus Eremitarum S. Auguſtini, poſt illius obitum.

MOrtuo & extincto D. Patre Auguſtino, non propterea extincta fuit crudelis illa Wandalorum in Chriſtianos, & maximè Religioſos perſecutio: magis enim increuit, deteriúſque deſæuiit, præcipuè verò ſub Hunnerico rege Ariano, qui tanta feritate in Catholicos, & in omnes debachabatur: vt vna vice quatuor millia, nongenti ſexaginta ſex partim Eccleſiarum Dei Epiſcopi, partim Preſbyteri, & Diaconi, aſſociatis ſibi turbis fidelium populorum, dum crudeliter à mauris ducerentur, haſtilium cupidibus ad incurrendum impulſi, & lapidibus tunſi, alij ligatis pedibus velut cadauera per dura, & aſpera loca tracti, & ſingulis membris diſcerpti: ad extremum variè ex cruciati, Martyrium celebrarunt. Erant inter eos præcipui Domini Sacerdotes fœlix, & Cyprianus Epiſcopi, & quamplures fratres Eremitæ Auguſtiniani Africanæ Religionis, in ſancto propoſito: quorum multi, vt ſuprà diximus ad dignitates Eccleſiaſticas aſſumebantur.

Extat dies mar[illegible] Roman. 12. Octobris.

Victor Viticenſis lib. de perſecution. Vvanda. Victor. Tunen. ibid. S Iſidorus in hiſt. VVand.

His addo ſeptem glorioſos Martyres. Liberatum Abbatem Monaſterij Capſenſis, Bonifacium, Diaconum, ſeruum, & ruſticum Subdiaconos, Rogatum, ſeptimum, & maximum ſimplices ejuſdem monaſterij Monachos, qui poſt dira ſupplicia ſanguinem ſuum pro fide Catholica conſtanter fuderunt: de quibus Cronica S. Maximi Cæſarauguſtani, *Aera 511. id eſt, anno 473. Hunnericus in Africa Wandalorum Rex Catholicos vexat*, & ſtatim in anno ſequenti addit *Æra 12. quod eſt anno 474. Hunnerici juſſu, liberatus Bonifacius, ſeruus Ruſticus, Rogatus, ſeptimus, & maximus Monachi Auguſtiniani, pro fide Catholica Martyrium illuſtre, moriendo pertulere*: & hi Sancti martyres Romæ in clauſtro inferiori Conuentus generalis S. Auguſtini viſi ſunt depicti nudis pedibus vt infrà dicemus lib. 2. § 8. Horreſco referens inauditas quas ille implacabilis Tyrannus contra eos exercuit crudelitates, qui falſam Arianorũ doctrinã ſequi nollent: multos igne ſuccendit, alios diuerſis, & atrocibus ſuppliciorum generibus extinxit, quibuſdam linguas abſcidit, qui tamen linguis abſciſſis perfectè vſque ad vltimum finem eorum, loquuti ſunt: vt optimè narrat Victor Vticenſis: *quæ cum Regi innotuiſſent, Comitem quemdam dirigens præcepit, vt in medio foro congregata illuc omni Prouincia, linguas eis, & manus dextras radicitus abſcideret. Quod cum factum fuiſſet, ſpiritu ſancto præſtante, ita locuti ſunt, & loquuntur quomodo antea loquebantur: ſed ſi quis incredulus eſſe voluerit, pergat nunc Conſtantinopolim, & ibi reperiet vnum ex illis ſubdiaconum Reparatum, ſermones politos ſine vlla offenſione loquentem, ob quam cauſam venerabilis nimium, in Palatio Zenonis Imperatoris habetur, & præcipuè Regina mira cum reuerentia veneratur.* Innumerabiles præterea Eccleſiæ Miniſtros, è ſolo Patrio extorres, in exteras nationes relegati ſunt, vt fame, & inedia mi-

S. Liberatus Ruſticus, rogatus, & alij Martyres diſcalceati.

ſerabiliter perirent. Eccleſias omnes, & ſacra Chriſtianorum templa impiè Claudi præcepit, & in vno ſolo die omnia Auguſtiniana religionis Monaſteria, non ſolum fratrum, verum etiam ſacrarum Virginum quæ D. Auguſtinus plena ſeruis Dei, & ancillis reliquerat, immaniſſimæ barbarorum ferocitati expoſuit: vnde quamplures glorioſè pro Deo vitam finiere: alij verò deſertis Monaſteriis, charáque patria derelicta, in diuerſas orbis Regiones, vt ſecurius & liberius Deo vacarent, quamuis inuiti diſperſi ſunt.

k S. Ildeph. in catal. de viris illuſtribus.

S. Donatus venit in Hiſpan.

Ex his S. Donatus cum ſeptuaginta Monachis in Hiſpaniam venit k *Donatus & profeſſione, & opere Monachus cuiuſdam Eremitæ fertur in Africa extitiſſe diſcipulus. Hic violentias barbararum gentium imminere conſpiciens, atque ouilis diſſipationem, & gregis Monachorum pericula pertimeſcens: fermè cum ſeptuaginta Monachis, copioſiſque librorum codicibus, nauali vehiculo in Hiſpaniam commeauit: cui ab illuſtri, Religioſáque fœmina Minicea ſubſidiis, ac rerum opibus miniſtratis, ſeruitanum Monaſterium viſus eſt conſtruxiſſe: iſte prior in Hiſpaniam Monaſticæ obſeruantiæ vſum, & regulam dicitur adduxiſſe.* Quo autem tempore venerit maximè inter ſe diſſentiunt authores: Iulianus enim Archipreſbyter Toletanus, dixit illum obiiſſe ſecurè Æra 488. id eſt, anno Domino 450. Quare paulò poſt mortem S. Auguſtini in Hiſpanias tranſmigraſſe credendum eſt? Reuerendus verò Dominus frater prudentiùs de Sandoüal prima parte fundationum S. Benedicti §. 5. ſcribit veniſſe anno 469. & fuiſſe Ordinis S. Benedicti, quod impoſſibile eſt cum S. Benedictus anno ſolum 480. natus ſit S. autem Maximus Cæſarauguſtanus Epiſcopus, illorum temporum fideliſſimus Author in Cronica ſua, vult illum fuiſſe Eremitanæ Religionis S. Auguſtini Profeſſorem *Aera 612. id eſt, anno 574. S. Donatus regulam Eremitarum S. Auguſtini locupletiorem, mitioremque in Hiſpaniam inuexit, & in agro ſecuritano* * *Monaſterium ſeruitanum conſtruxit, vi verborum, meritis, & miraculis abundè nobilitatus, glorioſus migrat ad Dominum, coliturque Kalendis Nouembris.* Ex quibus colligitur in Hiſpaniam veniſſe circa annum 544. aut 554. Abbas Vallis Clarenſis grauiſſimus Author, & fermè S. Maximi contemporaneus, ponit aduentum illius circa annum 566. Vaſæus in Cronica Hiſpaniæ 569. & Franciſcus de Padiglia anno 570. Quidquid ſit de tempore certum eſt S. Donatum cum 70. Monachis in Hiſpaniam veniſſe, ibique primum monaſticæ obſeruantiæ vſum, & regulam adduxiſſe: non quod primus regulam S. Auguſtini, in Hiſpaniam inuexerit: jam enim ante aduentum ejus ibi erant, & Monachi, & Monaſteria: de quibus in Conciliis Tarraconenſi, & Cæſarauguſtano fit mentio. Nec poterant eſſe ordinis S. Benedicti, quia vt bene licentius Æſculanus animaduertit, hæc erat ſacra Religio his temporibus maximà noua, nec dum per orbem dilatata: vnde colligit Monachos illos ante aduentum S. D[illegible] [illegible] remitis fuiſſe S. Auguſtini, præcipuè verò cum ex [illegible] j dexteri, conſtet etiam viuente S. Auguſtino, ex [illegible] itas in Hiſpaniam [illegible] uam S. Be- [illegible] ionem non [illegible] bentem ad

* Alias. Setauitano.

majorem perfectionem, formámque meliorem reduxiſſe. S. verò Maximus refert regulam Eremitarum S. Auguſtini locupletiorem, mitiorémque in Hiſpaniam inuexiſſe: quia cum maximè rigida, & aſpera eſſet: certis illam legibus, & ſtatutis temperauit, vt facilius ab omnibus obſeruaretur. Aliter explicat Vaſæus anno 569. Sanctum nempe Idelphonſum loqui de primo vitæ Monaſticæ in Hiſpaniam ingreſſu, poſt crudeliſſimam barbararum nationum perſecutionem, omniúmque ferme Conuētuum deſtructionem. *Porrò quod vitæ Monaſticæ regulam, & formam in Hiſpaniam hoc ſancto viro Authore illatam refert, id ego intelligendum arbitror poſt Africam à barbaris nationibus deformatam: nam ſuperius oſtendimus anno* 381. *Paulinum Monachum, vt religioni Monaſticæ commodius vacaret, relicta patria in Hiſpaniam ſeceſſiſſe, quod haud dubiè non feciſſet, niſi in ea diſciplina Monaſtica viguiſſet*: in hoc autem Monaſterio ſeguritano, ſiue ſeruitano floruerunt poſtea viri ſanctitate, & doctrina inſignes: inter quos fuit S. Eutropius Valentinus Epiſcopus, de quo Abbas Vallisſclarēſis, quem ſequitur Ioannes Vaſęus in hæc verba *anno* 583. *Eutropius Abbas Monaſterij Seruitani diſcipulus S. Donati floret.* Marques cap. 12. §. 4. & D. Iſidorus ſic habent, *dum adhuc in Monaſterio Seruitano degeret, & Pater eſſet Monachorum*, ibi etiam floruit S. Lycinianus Carthaginenſis Epiſcopus Spartaniæ, qui *ſecundo anno Mauritij, hoc eſt anno* 585. *ab aduerſariis hæreticis perimitur quarta die Maij: vt Sanctus habetur ab Iſidoro, & Idelphonſo, ſuccedit in ſede quā reliquerat Dominicus ſenex miſſus in exilium à Leouigildo, fuit Monaſterij Seruitani quod condidit S. Donatus migrans ex Africa, & ibi jacet Clarus miraculis, colitur* 1. *Nouembris, ſuccedit illi Eutropius qui fuit Epiſcopus Valentinus.*

Iulianus, Archip. Toletanus.

Tandem inualeſcente Barbarorum veſania, ſub impio Vvandalorum Rege Tranſamundo Arriana hæreſi, & perfidia infecto: cum vniuerſam Africam ſuo ſubjugaſſet imperio, poſt cruentam nimis Catholicorum ſtragem, non ſtatui, nec ordini, aut ſexui vlli parcentes, ferro ac flamma, & deuaſtationibus omnia delentes, S. Fulgentius Auguſtinianæ regulæ exactiſſimus obſeruator, & Ruſpenſis Epiſcopus: Doctor Illuſtriſſimus, & fidei Catholicæ indefeſſus propugnator: id ægrè ferens, & crudeliora præuidens, cum Hypponenſi Epiſcopo ſexaginta Epiſcopis, aliiſque innumerabilibus Chriſti fidelibus, ab impio Rege in exilium apud Sardiniam deſignatis, venerandum S. Auguſtini corpus euolutis à fœlici illius dormitione annis ferè ſexaginta duobus, ſecum detulit, cum multis aliis ſanctorum reliquiis, maxima fratrum Eremitarum, & Canonicorum comitante caterua: fuítque honorificè collocatum in Eccleſia Cathedrali præclaræ Calirenſium Ciuitatis, donec fundato à fratribus Eremitis Monaſterio, in Eccleſia ſui nominis fratrum Eremitarum poſtmodum conditum fuit, anno Domini 499. temporibus ſymmachi Papę: vbi in principio ſimul cum Canonicis vixerunt: deinde tamen ſoli Eremitę in ſtrictiori obſeruantia remanſerunt, ibíque ſanctum corpus requieuit annis 223. vſque ad tempus Luitprandi Longobardorum Regis, cujus opera, ac diligentia à Barbaris hoſtibus vniuerſas Sardiniæ Eccleſias, & præcipuè S. Patris Auguſtini venerabile monumentum barbarica immanitate proterentibus, & conſpurcātibus:

S. Fulgētius, apud Sardiniam relegatur, & ſecum trāsfert corpus S. P. Auguſt.

D ſanctum

ſanctum corpus magno pretio redemit,ac Ticinum ſummo cum honore trāſferri curauit. Vbi autem prætioſis reliquiis in via occurrit depoſitis Regiæ Majeſtatis inſignibus, nudato capite,& pedibus, tanta cum animi ſubmiſſione,atque pietate eas comitabatur, vt incredibilem omnium excitaret admirationem, illáſque honorificentiſſimè in Baſilica S. Petri in cœlo aureo collocauit: juxta quam magnificentiſſimum ædificauit Monaſterium, quod fratribus Eremitis donauit anno Domini 722. vt bene notat Bernardus Saccus lib. 10.Hiſtoriæ Papienſis:veruntamen eſt quod poſtea barbaris Italiam inuadentibus,in locum illorum,S.Benedicti Monachi introducti fuerunt,& poſt iſtos Canonici regulares,vſque ad tempus Ioannis 22.anno Domini 1327.qui cum iſtis, etiam Eremitanos introduxit, vt ſimul ſacras Diui Patris Auguſtini reliquias cuſtodirent, Eccleſiæque ſuæ,Eremitæ cui prius deſeruierant,deuotiſſimè in poſterum ſeruirent.

Author vita S.Fulgentij. Porrò tantæ fuit auſteritatis S. Fulgentius, & Monaſticæ vitæ amator, vt etiam factus Epiſcopus, non deſierit eſſe Monachus: ſed accepta humiliter Pontificia dignitate,præteritæ profeſſionis ſeruauerit integritatem:vna enim tantum viliſſima tunica, ſiue per æſtatem,ſiue per hyemem patienter indutus erat:orario quidem ſicut omnes Epiſcopi nunquam vtebatur,pelliceo cingulo, tanquam Monachus cingebatur, ſic ſtudio humilitatis ambitionem veſtium fugiebat:vt nec ipſa calceamenta ſuſcipiens clericorum,aut vltimis caligis in tempore hyemis, aut caligulis in tempore æſtatis vteretur. Intra monaſteriū *S. Fulgentius diſcalceat.* ſanè interdum ſoleas accipiebat, frequenter nudis pedibus ambulabat. *Sed vnde*, ait Baronius *l* *Huiuſmodi quam refert monaſtica inſtitutio fluxit in Africam. Si rectè memoria texes non ab alio quam à S. Auguſtino, qui eandem ex Romana, & Mediolanenſi Eccleſia primitus mutuatus in Africam inuexit, atque latiſſimè propagauit. Vt planè intelligas quam S.Fulgentius eſt Profeſſus Monaſticam regulam, ab ipſo S.Auguſtino deriuaſſe:diuerſique Ordinis ab eo inſtitutas fuiſſe claſſes: aliorum nempe, qui in ciuitatibus degentes clerici cum eſſent, vnà ſimul degentes cœnobitica Monachorum inſtituta ſeruarent,quibuſcum idem factus Epiſcopus habitauit: aliorum verò qui procul à ciuitatibus degentes, eius eſſent vitæ, atque veſtitus cuius hic vides fulgentium eſſe cultorem, nempe vnà induti tunica, eadémque pellicea zona conſtricta quam nec ſoluerent dormituri.* Ex quibus ſequitur primò D. fulgentium Auguſtinianum fuiſſe Monachum. Secundò præter alias vitæ auſteritates, ex inſtituto regulæ aliquando nudis pedibus inceſſiſſe: aliàs verò ſoleis,ſiue ſandaliis calceatum fuiſſe. Vnde magiſter Petrus de Campo, in ſua hiſtoria Generali Eremitarum ordinis S. Auguſtini *m*, probat S.Auguſtinum,& fulgentium,Monachos fuiſſe Eremitas:quia iſte habitum Monachorum geſtabat, & nudis pedibus ambulabat: ille verò ex eo quod nudis pedibus,ob ſuas infirmitates ambulare non poterat,quod tamen lubenter feciſſet niſi infirma illius valetudo obſtitiſſet.3.antiquos Eremitas Auguſtinenſes ejus vitæ,atque veſtitus fuiſſe, cujus cultor fuit,& diligens obſeruator S.Fulgentius.

l Tom. 6. annal.anno 504.

m Pag.249. col.1. litteraD.

Quia verò multi,cum nullus de Diuo Fulgentio nudipede dubitandi locus remaneat, haud ſatis certam, & exploratam nobis opponunt Auguſtinianam

illius

illius obſeruantiam, ex dubia, & incerta Suaris opinione contra certam Baronij ſuprà citati doctrinam: Ideò nunc ex profeſſo oſtendam cum Baronio, D. Fulgẽtium Ordinis fuiſſe Eremitarum S. Auguſtini. Sed priùs audiamus quid cenſerit Suarez. *Sicut Auguſtinus in ſua diœceſi monaſteria condidit, vel antequam eſſet Epiſcopus approbante Valerio, vel jam Epiſcopus ſua authoritate. ita potuerunt poſtea alij Epiſcopi in Africa condere monaſteria, vel ſecundùm regulam Auguſtini, vel ſecundum aliam propriam. Et ita in vita S. Fulgentij cap. 4. legimus Fauſtum Epiſcopum ſibi monaſterium conſtruxiſſe, in quo Fulgentius factus eſt Monachus: & in cap. 8. fit mentio alterius monaſterij fœlicis Abbatis, vbi poſtea Fulgentius fuit Abbas: & cap. 12. fit mentio B. Eulalij Siracuſani Epiſcopi, & cap. 14. Commemoratur aliud monaſterium Vicecenſe, ad quod tentauit Fulgentius diuertere, quia in eo rigidi propoſiti antiqua diſciplina ſeruabatur, & ipſemet Fulgentius jam factus Epiſcopus, in ſuo Epiſcopatu proprium monaſterium ædificauit. cap. 19. & poſtea aliud cum eſſet à Tyranno relegatus, in quibus omnibus nulla fit mentio regulæ S. Auguſtini, imò Abbatem nominat quod nomen in religione S. Auguſtini videtur inuſitatum: Item commemorat perpetuam abſtinentiam à carnibus, de qua non eſt vſus inter Eremitas S. Auguſtini, quæ coniecturæ non conuincunt illos Monachos non fuiſſe Eremitas S. Auguſtini potuerunt enim in illis accidentalibus eſſe varij mores, licet religio eſſe eadem, & eandem haberet Originem, faciunt tamen rem dubiam: vnde etiam incertum eſt, an omnes Monachi qui ex Africa prodierunt fugientes, aut Vvandalorum perſecutionem, aut poſtea Maurorum, Auguſtiniani fuerint, quia ſi in Africa diſcurſu temporis multiplicata fuerunt inſtituta, ex omnibus illis exire potuerunt.*

Tom. 4. de Relig. lib. 2. c. 9. n. 12.

Nihilominus abſque vlla dubitatione dicendum eſt S. Fulgentium Eremitam fuiſſe Auguſtinianum, omniáque monaſteria per totam Africam multiplicata, ab Auguſtino tanquam primario fonte deriuaſſe: quod ex eo euidentiſſimè conſtat, quod nulla alia ab aliquo alio quam ab Auguſtino per Africam inſtituta reperiatur regula, vnde non mirum ſi cum de illis agitur monaſteriis, nulla fiat mentio regulæ S. Auguſtini.

S. Fulgẽtius verè Auguſtinianus.

Vt autem hæc veritas manifeſta fiat, certum eſt S. Auguſtinum non ſolum, vitam vt diximus Eremiticam egiſſe: verum etiam pro aliis ſecundum regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam inſtituiſſe: Vnde Sixtus IV. cum dicit *Religionis regularis, & Apoſtolicæ vitæ, ac caſtitatis, paupertatis & obedientiæ amatorem, & inter cætera Ordinis Eremitarum fratrum ejuſdem plantatorem, & priſtinum inſtitutorem extitiſſe*, ſic Alexander IV. *ad ſacrum Ordinem fratrum Eremitarum S. Auguſtini, quem glorioſus ipſe Doctor Egregius, veluti radians ſidus in firmamento Eccleſiæ, ad glorioſam omnipotentis Dei laudem, & ſacroſanctam illuſtrandam Eccleſiam, Schiſmaticorum extirpandas hæreſes, ad infidelium confutandos errores, Chriſtianæq; quoque Religionis propagationem, & Chriſti fidelium ſaluandas animas in agro Dominico plantauit, opportune, &c.* Similia omitto Martini V. Ioannis XXII. Iulij II. & Leonis X. teſtimonia: vt ipſum audiamus Auguſtinum de ſeipſo loquentem epiſt. 89. *Ego qui hæc ſcribo, perfectionem: de qua Dominus locutus eſt, quando ait diuiti adoleſcenti, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlis, & veni, &*

Auguſtinus Eremita, alios inſtituit Eremitas ſecundùm regulam Apoſtolicam.

ſequere me: vehementer adamaui, & non meis viribus, ſed gratia ipſius adjuuãte ſic feci, neque enim quia diues non fui ideo minus imputabitur: nam neque ipſi Apoſtoli qui priores hoc fecerunt diuites fuerunt: ſed totum mundum dimittit qui il lud quod habet, & quod optat habere, dimittit. Quantum autem in hac perfectionis via profecerim, magis quidem noui ego, quam quiſquam alius homo, ſed magis Deus quam ego, & ad hoc propoſitum quantus poſſum viribus alios exhortor, & in Nomine Domini habeo conſortes, quibus hoc per meum miniſterium perſuaſum eſt. Vendere autem omnia quæ habentur, pauperibus diſtribuere, & ſequi Chriſtum: certè nihil aliud eſt quam Chriſtum: in Religione ſequi, vt ipſemet Auguſtinus ait *n*, *in millibus ſeruorum Dei qui per Eremum in ſancta ſocietate viuunt, perfectionem præcepti Euangelici ſtudentes tenere quod dictum eſt, ſi vis perfectus eſſe, Vade, vende omnia, &c.* Sed Clarius *o* *Deinde perrexit ore maledico in vituperationem monaſteriorum, & Monachorum: arguens etiam me quod hoc genus vitæ à me fuerit inſtitutum. Quod genus vitæ omnino quale ſcit, neſcit: vel potius toto orbe notiſſimum neſcire ſe fingit.* Non alius ergo quam Auguſtinus primarius fuit vitæ Monaſticæ per Africam inſtitutor, vt ipſemet fatetur, & confirmat Baronius *p*, *Quod igitur S. Auguſtinus primus fuit qui Monaſticæ vitæ inſtituta inuexit in Africam, eadem ſeruare cœpit, aliiſque ſeruanda tradidit, indè accidit vt Donatiſtæ putarent hujuſmodi vitæ genus ab ipſo fuiſſe excogitatum.*

n Lib. de vnit. Eccleſ. 26.

o lib. 3. contra litt. Petiliani c. 40.

p Tom. 4. ann. 391.

Nec ſolum in ſua Diœceſi Hypponenſi, ſed in aliis etiam Monaſteria fratrum ſuorum Eremitarum habuit: primum enim adhuc laïcus Tagaſte ædificauit, poſtea verò Preſbyter apud Carthaginem alia ædificanda curauit, vnde ſcribens ad Aureolũ Epiſcopũ Carthaginensẽ. *q.* Inter alia gratias agit quod Patribus ſuis propè Carthaginẽ conſtitutis agrum dederit. *Quod fratrem Alippium in noſtra coniunctione manſiſſe, vt exemplo ſit fratribus curas huius mundi vitare cupientibus, benigniſſimè accepiſti: ago gratias quas nullis verbis explicare poſſum, Dominus hoc rependat in animam tuam: omnis itaque fratrum cœtus qui apud nos cœpit coaleſcere tanta tibi prærogatiua obſtrictus eſt, vt locis terrarum tantum longè diſiunctis ita nobis conſulueris tanquam præſentiſſimus ſpiritu.* Et in calce ejuſdem Epiſtolæ *Agrum fratribus datum prouiſione, & liberalitate tua didicimus ante epiſtolam tuam per ſanctum fratrem, & conſeruum noſtrum Partheniũ, à quo multa alia quæ audire deſiderabamus, audiuimus: præſtabit Dominus, vt etiam cætera quæ adhuc deſideramus, impleantur:* Item in epiſt. 46. quam ſcribit ad fratrem Valentinum, alióſque Monachos Adrumentinos de gratia, & libero arbitrio, quorum aliqui ita gratiam Dei prædicabãt, vt negarent hominis eſſe liberum arbitrium. In fine epiſtolæ ſalutat hos Monachos non ſolùm nomine ſuo, ſed nomine fratrum qui cum illo erant. Et in fine epiſtol. 47. de correptione & gratia, orat eoſdem vt mittant ad ſe fratrem florum, & circa medium ſic ait *egimus cum iſtis, & veſtris, & noſtris fratribus* qui erant Adrumentini Monachi, vt conſtat ex lib 2. retract. c. 66. *Ad eos autem ſcripſi Monachos Adrumentinos, in quorum Monaſterio de hac re cœperat eſſe contentio: ita vt me conſulere eorum aliqui cogerentur.*

q Epiſt. 64.

Et ſanè multa fuiſſe apud Carthaginem conſtructa Monachorum monaſteria, euidentiſſimè conſtat ex libro D. Auguſtini, quem ad inſtantiam Aurelij

Carthaginenſis Epiſcopi, de opere Monachorum tanquam eorum inſtitutor, contra eos conſcripſit, qui manibus ſuis operari recuſabant: in illo autem r, ſæpiſſimè vocat illos filios,& fratres ſuos: ſed præcipuè,cap.28. *Dat mihi Dominus fiduciam per te magnam eos ipſos alloqui filios, & fratres noſtros quos noui quanta nobiſcum dilectione parturiat,donec in eis Apoſtolica diſciplina formetur.* Et alibi eodem capite gaudeas à ſe Monachos inſtitutos fuiſſe: *Si fratres, ſi filij noſtri eſtis,vel potius in Chriſto ſerui veſtri ſumus,audite quæ monemus,agnoſcite quæ præcipimus, ſumite quæ diſpenſamus.* Sed quid eis præcepit Auguſtinus niſi quod vouerant, & Deo promiſerant, animam vnam, & cor vnum in Deo,nec habeant aliquid proprium,ſed eſſent omnia communia: ſic enim ait S. s Doctor, *Si autem ad hanc vitam,ex paupertate conuertitur non putet ſe id quod agebat, ſi ab amore vel augendæ quantulacúnque rei priuatæ, iam non quærens quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti ad communis vitæ ſe tranſtulit charitatem, in eorum ſocietate Victurus, quibus eſt anima vnum, & cor vnum in Deo, itavt nemo dicat aliquid proprium: ſed ſint illis omnia communia.* Et hoc eſt quod dicit in Regula t, *primum propter quod in vnum eſtis congregati, vt vnanimes habitetis in domo Domini, & ſit vobis anima vna, & cor vnum in Deo:& non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia.* Deinde alludit ad illud regulæ u. *Ne in monaſterio vbi quantum poſſunt fiunt diuites laborioſi, fiant pauperes delicati*, cum eodem capite dicit, *Nullo modo enim decet, vt in ea vita vbi fiunt Senatores laborioſi ibi fiant opifices otioſi,& quò veniunt relictis delicijs ſuis,qui fuerant prædiorum Domini:ibi ſint ruſtici delicati.* Et paſſim multis aliis locis in quibus, & diuites, & pauperes ad opera manualia,vitámque communem, & Apoſtolicam maximè hortatur,quæ eſt præcipuum Auguſtinianæ regulæ fundamentum.

r Cap. r. 21. 28. & 29.

s Cap. 25.

t Cap. 1.

u Cap. 4.

Neque ſolum carthagine habuit D.P.Auguſtinus Monaſteria, ſuíque inſtituti, & propoſiti Monachos: ſed etiam per totam Africam,vt ex Poſſidio colligitur. *Clerum ſufficientiſſimum, & monaſteria virorum.* Monachorum nempe *ac fœminarum continentium cum ſuis præpoſitis plena Eccleſiæ dimiſit* x. Vnde *Baronius* z, *vt planè videas ex vno Auguſtini monaſterio vniuerſam Eccleſiam Africanam ſanctis Sacerdotibus, & monaſterijs, & alijs deriuantibus breui tempore fuiſſe repletam, donatiſtis propterea inuidentibus, & nomen Monachi execrantibus.* Quod etiam confirmat ibidem Paulini epiſtola ad Alippium, quæ eſt apud Auguſtinum 35. *Porrò ex ejuſdem Paulini redditis ad Alippium litteris, illud quoque memoria dignum compertum habetur Monachiſmum in Africa, quem ex Italia Auguſtinus patrium ſolum repetens ante ſex annos illuc primus inuexerat, jam longè latéque fœcunda fuiſſe propagatione diffuſum:nam in fine ejus epiſtolæ hac verba leguntur. Benedictos ſanctitatis tuæ Comites,& æmulatores in Domino fratres (ſi dignantur) noſtros tam in Eccleſiis, quam in monaſterijs,Carthagine, Tagaſte, Hyppone Regio, & totis Parrochijs tuis,atque omnibus tibi cognitis per Africam locis, Domino Catholicè ſeruientes multo affectu, & obſequio ſalutari rogamus.*

x In vita S. Aug. c. 31.

z Tom. 4. ann. 391.

Denique ex ipſo Poſſidio ſuprà citato, non ſolùm per omnes Africanas partes; ſed etiam in tranſmarinis dilatatam maximè Auguſtinianam religio-

nem, multáque fuiſſe ab ipſis Eremitis inſtituta Monaſteria certiſſimum eſt. Vnde quamuis verum ſit quod dicit Suarez ſuprà citatus ſicut in ſua Diœceſi Auguſtinus monaſteria condidit, ita potuiſſe alios Epiſcopos in Africa propria condere Monaſteria: vel ſecundùm regulam Auguſtini, vel ſecundùm propriam conſtat tamen ex ipſomet Poſſidio, non ſolum Hyppone: ſed per omnes Africanas partes decem quos ipſe nouit Poſſidius ſanctos, ac venerabiles viros, ex Monaſterio quod fecerat S. Auguſtinus continentes, & doctiſſimos diuerſis Eccleſiis, nonnullis quoque eminentioribus Epiſcopos dediſſe: ſimiliterque, & ipſos inſtituiſſe Monaſteria, & promotos etiam fratres Eremitas diuerſis Eccleſiis præfeciſſe: non autem potuerunt aliam regulam Monaſteriis ſuis præſcribere, niſi quam à B. Auguſtino receperant, præcipuè vero cum nullam aliam legamus per totam Africam inſtitutam, & propagatam. a Cap. 17. Confirmatur etiam ex eodem Poſſidio *a. Et erat ille memorabilis vir Auguſtinus præcipuum Dominici corporis membrum circa vniuerſalis Eccleſiæ vtilitatem ſollicitus ſemper, ac peruigil: & illi diuinitus donatum eſt, vt de ſuorum laborum fructu etiam in hac vita gaudere proueniſſet, priùs quidẽ in Hipponenſi Eccleſia, & Regione cui maximè præſidebat vnitate, ac pace perfecta: deinde in alijs Africa partibus ſiue per ſeipſum, ſiue per alios, & quos ipſe dederat Sacerdotes pullulaſſe, & multiplicatam fuiſſe Domini Eccleſiam peruidens, &c.*

Fauſtus ergo ille Epiſcopus, qui Monaſterium ſibi conſtruxerat, in quo ſanctus Fulgentius Monachus factus eſt: ſicut & aliud Felicis Abbatis non potuerunt eſſe niſi inſtituti S. Auguſtini, ſub regimine tamen, & obedientia illo- b epiſt. 145. rum, vnde S. Auguſtinus ſcribens ad Sebaſtianum Eremitam *b, ſanctitatem tuam, & familiam Dei quæ tuo miniſterio gubernatur fratres, & ſorores quæ apud nos ſunt, nobiſcum in Domino reſalutant*: Quamuis enim omnes Eremitæ ſancti Auguſtini regulam obſeruarent, ſub tamen obedientia, & regimine Epiſcoporum ſuorũ, & præpoſitorum monaſticam vitam agebant qui ipſis diuerſas in accidentalibus conſtitutiones, & ſtatuta præſcribere poterant licèt vna, & eadem eſſet religio, eamdémque haberet originem. Neque obſtat perpetua à carnibus abſtinentia, in ordine Auguſtiniano inuſitata, quam tamen profitebatur S. Fulgentius: diximus enim ſuprà Donatum cum in Hiſpaniam venit mitiorem, ac locupletiorem fratrum Eremitarum S. Auguſtini regulam inuexiſſe. Sanctus autem Fulgentius poſtquam Monaſteriorum Africę greges frequentius viſitauit, tandem B. Auguſtini exponentis 36. Pſalmum diſputatione commonitus, & compunctus, ſuum ſtatuit publicare votum, voluítque in Monaſterio quod ſibi conſtruxerat Fauſtus Epiſcopus, Monachus fieri: vitámque Monaſticam ſecundùm eandem Auguſtini regulam profiteri, quam etiam ſtrictè obſeruauit in aliis Monaſteriis quæ ſibi ædificauit: Neque etiam obſtat nomen Abbatis quod ait Suarez in ordine Auguſtiniano eſſe inuſitatum. Prælati enim noſtræ religionis antiquitus vocabantur Abbates, præpoſiti, priores; nunc autem priores tantum nuncupantur, non autem Abbates, vel præpoſiti, vt dicitur in regula *præpoſito tanquam Patri obediatur multo magis Presbytero, qui omnium veſtrum curam gerit.* Præpoſitus autem idem erat ac prior, Presbyter verò quaſi Abbas; nec inter ſe differunt niſi ſecundùm majorem, vel

vel minorem authoritatem,& dignitatem:ſic etiam nomen Monachi non ſolum conuenit Religioſis S.Benedicti,commune enim erat omnibus fratribus, & Religioſis etiam antequam naſceretur S.Benedictus,vnde ait Paulus Oroſius *Monachi,id eſt, Chriſtiani qui ad vnum fidei opus, dimiſſa ſæculari rerum multimoda actione ſe redegerant :* Et ideò malè quidam authores volunt eos Religioſos qui Monachi in hiſtoriis appellantur,fuiſſe ordinis S.Benedicti.

Denique & in vita,& in habitu fulgentium verè Auguſtinianum oſtendo. Habitus ſiquidem illius, ex quatuor rebus conſtabat caſula,& ſubtus caſulam: pallio & ſubtus pallium: Tunica viliſſima, quæ cingulo pelliceo præcingebatur;quæ ex R.P.Thoma de Herrera in ſua pacifica reſponſione pag.70.reſpondent cucullæ ſiue cappæ, caputio, & tunicæ Auguſtinianæ corrigia præcinctæ. Sed meliùs dicendum caſulam illam fuiſſe, vt dicemus infrà lib.2.§.6. de pallio, indumentum Monachi, jam facti clerici: pallium verò,Auguſtiniano diſcalceatorum pallio reſpondere & tunicam, eorundem tunicæ,ampla corrigia præcinctæ. Quod ſi de regula, & modo viuendi S.Fulgentij loquamur, eum planè Auguſtinianum inueniemus. Si enim Auguſtinus, vt ait Marques *c* ex Poſſidio *Menſa vſus eſt frugali & parca, quæ quidem inter olera, & legumina:etiam carnes aliquando propter hoſpites, vel quoſque infirmiores continebat:* hunc etiam viuendi modum ferè ſimilem ſecutus eſt S.Fulgentius, vt in ejus legitur vita *huic beatiſſimo Sacerdoti nullus aliquando extorſit cujuſlibet generis carnes accipere,ſed ſola ſimpliciter olera,Ptiſanas,& oua quando juuenis fuit ſine oleo, poſtquam verò ſenuit ſuperfuſo oleo manducauit.* S.Auguſtinus vitam monaſticam cum clericali conjunxit, ſimúlque Monachos,& clericos degere voluit;ac nunquam ſine Monachis habitauit. Quod idem S.Fulgentius, vt narrat author vitæ illius *d.* Patribus Eremitis Auguſtinianis omnia communia erant; nec aliquid proprium habebant, & ſicut paſcebantur ex vno cellario, ſic induebantur ex vno veſtiario: ſic & ſuos voluit eſſe Monachos, & Clericos S.Fulgentius. *Erat quippe eis communis menſa,commune cellarium,communis oratio ſimul & lectio,nullus ſe ſuper alterum violenter efferebat:neque proprijs fratribus ampliùs, aut peculiarius conſulebat, niſi quod magis illi Monachi qui Beatum Fulgentium ſequebantur, diſtrictioris abſtinentiæ regulam cuſtodientes: nihil omnino proprium poſſidebant, nec inter alios Clericos, Clericorum more viuebant.* Et cap.27. *Sed principaliter hoc præceptum Monachis tradens, vt nullus eorum quidpiam proprium ſibi vindicaret: ſed eſſent omnibus omnia communia, dicebat enim frequenter nec debere,nec poſſe Monachum judicari, cui voluntas habere priuatum peculium perſuaſerit, &c. Diſtribuebat planè ipſe cum ſumma diſcretione ſeruis Dei neceſſaria vitæ ſubſidia, ſingulorum vires, infirmitatemq́; conſiderans, &c. Sic efficiebat ne quis ſcandalum pateretur, quando vni propter infirmitatem plus dare videbatur.* Obedientiam ita diligebat; vt ſuos vellet Monachos, *Mortificatis voluntatibus ſuis paratos eſſe nihil velle,aut nolle: ſed Abbatis tantummodo conſilia, vel præcepta ſeruare,propterea ſine ſuo conſilio,nec dum fratrem qui præpoſiti gerebat officium ſinebat aliquid agere,* juxta illud quod dicit Auguſtinus in regula *præpoſito tanquam Patri obediatur multo magis Preſbytero qui omnium veſtrum curam gerit,* & Abbatis officio fungitur. Vnde

Author vitæ S.Fulgētij
Habitus S. Fulgentij.

c Cap. 8. paragrapho 2.

d ca.19. 2. *In Reg.c.*20.

author vitæ S. Fulgentij, cap. 14. refert in Monaſterio Diuecenſi in quo per aliquot tempus vixit S Fulgentius, fuiſſe *duos Preſbyteros peculiares,& meritò mirabiles, & immaculata ſenectutis honore, qui Abbatis officio fungebantur.*

Denique tanto ardore ſalutis animarum æſtuabat, vt omnibus renuntiare ſæculo ſuaderet, & Monachorum profeſſioni ſociare cunctos, & optaret, & vellet: quæ ſanè omnia,& voluit,& fecit,ſuiſque præſcripſit Monachis S.Auguſtinus: & in ſua continentur regula, quam omnes ſecuti ſunt Monachi, & Eremitæ Africani: præcipuè verò S.Fulgentius plurimorum Monaſteriorum fundator, & Monachorum Pater. Vnde ſicut ipſe nudis pedibus,aut ſandaliis calceatus incedebat, ita & ejus Monachi ex inſtitutione ordinis Auguſtinenſis, ſic inceſſiſſe credendum eſt.

Ordo Erem. S.Auguſtini ſemper durauit.

Ex his omnibus concludendum eſt ordinem Eremitarum S. Auguſtini, ab ipſa ſua fundatione ſemper duraſſe, & per totam Africam, Europam,cæteráſque orbis partes ante & poſt obitum ejus, maximè fuiſſe dilatatam. Quis tamen non miretur ordinem hunc ſanctiſſimum à barbaris,qui Africam omnibus ſæculis immanitate ferina deuaſtarunt, in ſuis penè in cunabulis ſuffocatum,non fuiſſe,ipſomet inſtitutore Wandalicis irruptionibus cedēte? Quis fœlicem non æſtimet regionem,quæ vel tenues nobiliſſimi naufragij reliquias colligere potuerit?Imo quis non obſtupeſcat tot procellarum,& tempeſtatum victorem, triumphatorémque Monachatum, palmites ſuos vſque ad mare extendiſſe, & vſque ad flumen propagines ſuas?Vidimus enim etiam viuente S. Auguſtino, in Gallia, Hiſpania, Italia, Hybernia, ſanctum illius propagatum fuiſſe inſtitutum, poſt mortem verò, ob nimis ſæuientem Wandalorum perſecutionem, multos ſanctos Eremitas ad loca tranſmarina tranſfugiſſe:alios Æthiopiam Ægyptum,cæteráſque exteras nationes penetraſſe:quamplures in Italiam tranſmigraſſe, ſolitudinéſque Etruſcas,Piſanum montem,& centum cellas. Eremitis noſtris florentes habitaſſe: vnde legimus anno 464. in Italia floruiſſe S.Seuerinum Eremitani ordinis alumnum in monaſterio montis Piſani, à quo Eremitanus ordo non modicum accepit incrementū in Italia;is in graſſatione Attilæ, aſſumptis ſecū duobus ſociis cum Auguſtini regula reuertitur in Panoniam propriam patriam: & inibi Euangelium prædicauit:multóſque ad fidem conuertit, vt refert Hyeronimus Romanus in 1.ordinis centuria ad annum 464.iſte autem tantæ fuit auſteritatis,& rigidi propoſiti Auguſtiniani obſeruator,vt nudis pedibus,etiam ſuprà glaciale ſolum,ad imitationem S.Alippij incederet: quod narrat Staybanus in ſuo Templo Eremitano in vita hujus Sancti.

S.Seuerinus Auguſt. diſcalceatus.

Alij etiam S.Eremitæ in Hiſpanias tranſmigrarunt, vt S.Donatus cum 70. Monachis, quidam in Gallias tranſierunt, & ideò anno 500. S.Roricius Lemouicenſis Epiſcopus S.Auguſtini monaſterium ibidem ædificauit, vt aſſerit Antonius de Mochares lib.2.de diuino Miſſæ ſacrificio cap.25. in Cathalogo Epiſcoporum Lemouicenſium: facta enim Eremitarum fratrum diſſipatione, complures fratres in has partes venerunt, primúmque fuit templum ſub nomine D. Auguſtini Deo dedicatū ſic Ludouicus de Angelis de vita & laudibus

ſancti

ſancti Auguſtini lib.6. cap.6. in hoc poſtea Conuentu duo claruerunt fratres Leonardus,& Liffardus ordinis Eremitani circa annum 585.& 586.

Anno verò 507. S.Lauroricius natione Gallus,patria Carnotenſis,in Gallia habitum Eremitarum S. Auguſtini induit: qui poſt aliquot annos peragratis variis terræ partibus in Africa, contra Theodoricum Gothorum regem, in patriam reuertitur: ibíque miraculorum gloria clarus, præcipuè verò ſpiritu prophetico illuſtris obiit, vt ex Cronicis Toloſanis affirmat Baptiſta Aloüiſianus in libro de viris illuſtribus.

Nonnulli denique in varias orbis partes, & maximè Europæ abierunt, in quibus ordinis monaſteria fundarunt, vt conſtat de S.Gaudioſo Epiſcopo Africano qui barbaricam Genſerici Regis Wandalorum crudelitatem fugiens, Neapoli monaſterium fratrum ædificauit:cujus poſtea S.Agnellus Abbas fuit circa annum 596.ex martyrologio Romano,& annotat Baronij:cúmque Africanus eſſet, monaſterium Eremitarum S. Auguſtini inſtituiſſe credibile eſt, qui in illo tempore florebant, aliorúmque fama non erat.

Verumtamen eſt, quod hinc & inde áb Arrianis, Donatiſtis, aliiſque hæreticis agitati S.Eremitæ multa paſſi ſunt, mirúmque ſit quod hoc ſacrum inſtitutum potuerit conſeruari: vnde meritò B.Iordanus lib.1. cap.14. *Qualiter autem fratres ordinis noſtri in illo interuallo tanti temporis, ſcilicet à diſperſione ſuā de Africa, vſque ad tempora prædicti Papæ Innocentij, vixerint quidve egerint, ſcripto authentico non inueni: vnde de hoc aliquid ſcribere non curaui, ſed de hoc vnum certum eſt, quod illa ſancta propago S. Auguſtini non omnino extincta fuit, ſed in aliquibus bonis fratribus, in quadam ſancta ſimplicitate viuentibus perdurauit, vſque ad annum* 1215. *quando celebratum fuit Concilium Lateranenſe, ſub præfato Domino Innocentio Papa III.* & S.Antoninus 3.p. tit.24.c.14. §.3. *& ſic illa ſancta ſocietas per beatum Auguſtinum inſtituta, & per eum ſemper vt dictum eſt obſeruata, non omnino diſrupta fuit, & abolita; ſed in aliquibus bonis fratribus conſeruata, donec nouiſſimis temporibus illam diſperſionem Deus dignatus eſt adunare, ſicut olim diſperſiones Iſraëlis congregauit.*

Quare circa annum 1146. ſub Eugenio Papa III.in Galliis ſuſcitauit Deus ſpiritum S. Guillelmi Aquitaniæ Ducis, Comitiſque Pictauienſis, qui collabentem S. Auguſtini Eremiticam vitam reſtituit, & reparauit: vt ait Hyeronimus à Sorbo e, mirúmque in modum dilatauit: non quod Eremitas S.Auguſtini ex deſertis, & ſolitudine ad ciuitates auocauerit, vt multi cenſuere, ſed quia ſanctus iſte poſt ſuam admirabilem conuerſionem, cum per aliquot annos vitam duxiſſet Eremiticam: tandem S.Auguſtini regulam, habitúmque Eremiticum in loco Syluæliuallis aſperrimo profeſſus eſt, qui hodie Lucipanum appellatur, vbi quamplures Eremitæ Religioſi quos S.Auguſtinus inſtituerat morabantur, à quibus oblatam D.Auguſtini regulam, & mores ſecutus veſtimento nigro indutus, zonáque pellicea ſuccinctus, perfectus Chriſti ſeruus eſſe cœpit: multa poſtmodum monaſteria inſtaurauit, multáque conſtruxit, vnum præſertim Lutetiæ Pariſiorum, Anaſtaſij Papæ ejúſque ſucceſſoris Adriani conceſſione, ſuiſque Eremitis eandem dedit regulam & habitum: ſic nouam ordinis S. Auguſtini inſtituit, & fundauit Congregationem ſub

S.Guillelmus ordinis S. Augu. reſtaurator.

e In Comp. priuileg. de Orig. relig.

E nomine

nomine Congregationis Eremitarum S. Guillelmi, cujus fratres Guillelmitæ vocabantur. Diſtincta tamen erat illius congregatio ab ordine Auguſtiniano, cui poſteà vnita fuit, vt infrà dicemus: Vide Onofrium Panuinum *f* Sabellicum *g*, Volateranum *h*, Bergomenſem: Nauclerum *k*, Suplem. de naralibus *l*, Molanum, Morigiam *m*, Azorium *n*, Seripandum *o*, & alios. Accedunt ſummi Pontifices qui in Bullis ſuis Guillelmitas ordinis eſſe S. Auguſtini declarant. Sic Innocentius IV. in Bulla data Peruſij 2. Kalend. Martij, Pontificatus ſui anno 9. vt referunt Marques cap. 13. §. 13. & Du-Breuil lib. 3. *des antiquités de Paris*, fol. 665. *Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filijs Priori, & fratribus Eremitarum vallis S. Guillelmi. Ordinis S. Auguſtini*: & Clemens IV. in Bulla data Viterbi 4. Kalend. Septembris anno Pontificatus 2. Concordatum aliquod inter Guillelmitas, & Auguſtinianos tranſactum confirmans ſic dicit, *Sanè inter vos ex vna parte* loquens de Guillelmitis, *& Generalem, ac alios priores, & fratres Eremitarum ejuſdem ordinis S. Auguſtini ex altera*, intelligens de Eremitis S. Auguſtini, ejuſdem ordinis S. Auguſtini: ſicut & Guillelmitis. Alij ſimiliter Pontifices S. Guillelmum inter ſanctos ordinis S. Auguſtini annumerant, ac pro tali ab vniuerſo Auguſtiniano ordine colitur, illiúſque feſtiuitas, & officium cum octaua ſolemniter celebratur, & decantatur. Quòd ſiquidam reperiantur Guillelmitæ S. Benedicti regulam obſeruantes: hinc accidit quod facta ab Alexandro vnione Generali diuerſarum Congregationum, ordini S. Auguſtini: non omnes Guillelmitæ huic acquieuerunt vnioni, ſed multi in ſua particulari, & diſtincta congregatione permanſerunt: vnde idem Alexander IV. 10. Kalend. Septembris eodem anno quieti, & ſaluti eorum Paterno prouidens affectu, illis conceſſit vt ſub regula S. Benedicti ſecundùm inſtitutiones S. Guillelmi remanere in ſolito habitu liberè valerent, & ex tunc hanc regulam obſeruarunt, ſicut antea ſub ſancti Auguſtini regula, ſecundùm inſtitutionem ſancti Guillelmi vixerant.

f Ann. 1260
g Ænead. 7. lib. 9.
h Antrop. lib. 21.
i Lib. 9. an. 398. & lib. 12. an. 1153
k Cap. 2.
l In addit. ad Martyrol. 10. Feb. n. 3.
m Lib 1. capit. 22.
n lib. inſtit. c. 23. q. 5.
o ann. 1140.

Poſtremò iſte ſanctus ad montem veniens qui de pruno appellatur, in opacisſima Sylua ſolitarius per aliquot tempus Domino famulatur: ac tandem in aliam ſolitudinem incultam, & horribilem ſe contulit, quæ ſtabulum Rhodis, ſiue mala vallis dicitur: vbi ad annum ſuperuiuens, vitam duxit aſperrimam, meritíſque ac virtutibus clarus fœliciſſimam animã ſuo reddidit Creatori: cujus beatiſſimum corpus in hortulo quem ipſe ſuis coluerat manibus honorificè ſepultum fuit, in quo poſtea Eccleſia conſtructa eſt, & monaſterium fratrum Auguſtinianorum quod etiamnum hodie ab ipſis hæreditario jure poſſidetur.

S. Guillelm. & Guillelmitæ Auguſtiniani diſcalceati.

Quòd verò fuerit diſcalceatus, ſuóſque Eremitas diſcalceatos inſtituerit: adeò certum eſt, vt mirum ſit de hoc aliquos dubitaſſe: imprimis enim clarum eſt ex illius vita duriſſimam protſus, & aſperrimam vitam egiſſe nudiſque pedibus inceſſiſſe: de ſuis verò Eremitis conſtat ex Sampſone Hayo Eremita Guillelmitano nudipedes fuiſſe,

Vndecies centum ſi vis conjungere quinque,
Vndecies annos poſt partum Virginis Almæ,

Inuenies tempus quo Dux Aquitanicus ante.,
Pictauúſque Comes Guillelmus cultor Eremi
Fratribus impoſuit proprio de nomine nomen.
Et infrà,
Hunc igitur fratrum ſequitur non magna caterua
Nudipedum ſemper, ſubeant niſi lumina vulgi:
Sed precepta videns tanto lapſura rigore
Quæ Ducis ex ſancti vita decerpta fuiſſent,
Gregorius nonus plantas velare cothurnis
Mandat Eremicolis, permultáque prædia donat.
Imperat & ſancti Benedicti viuere normam.

Hæc Hayo. Sed Clariùs id oratione ſoluta expoſuit, *Cúmque ad illud vſque tempus ſcilicet Gregorij IX. Patres noſtri, qui à Diuino Guillelmo, Religionis Normam acceperant, & ſucceſſoribus ſuis tanquam per manus tradiderant nudis pedibus domi, foris verò calceati incederent, & multa alia auſteritatis exempla ex vita eius, vt ex abſolutiſſimo omnium virtutum archetypo aſſumpta religioſé obſeruarent, quæ plurimos ab eodem inſtituto deterrebant: voluit ipſe Gregorius nonus authoritate Paſtorali tantum rigorem benigné temperare, quo facilior ad illud infirmioribus pateret acceſſus, & ordo Guillelmitanus Monachorum, ac cœnobiorum numero magis ac magis augeretur. Indulſit ergo Guillelmitis noſtris calceorum, & tibialium vſum, ac deinceps illis profeſſionem regulæ Benedictinæ indulſit.* Ex quibus patet primo Guillelmitas domi ſaltem diſcalceatos fuiſſe: foris verò calceatos. Secundò ab hac pedum nuditate à Gregorio IX. abſolutos fuiſſe, vt calceos, & tibialia deferre poſſent. Tertiò denique ſancti Benedicti regulam illis conceſſiſſe, ſed quidquid ſit de hac conceſſione, de qua aliàs: hoc vnum habemus ex vi regulæ, & primæve inſtitutionis S. Guillelmi quam ab Eremitis Auguſtinianis didicerat nudipedes ſemper ſaltem domi inceſſiſſe Guillelmitas; quamvis poſtea ex benigna Gregorij IX. diſpenſatione calceis vſi fuerint. Vnde facilè reſpondetur ad id quod nobis communiter objicitur de bulla Innocentij IV. data Lugduni IX. Ianuarij Pontificatus ſui anno 6. quæ fratres Eremitas in partibus Alemaniæ ordinis S. Auguſtini, inter alia refert ſecundùm ordinis ſui ſtatuta, teneri calceatos incedere. Dicendum enim eſt tunc temporis jam fuiſſe à nuditate pedum diſpenſatos per Gregorium Nonum, Innocentij Quarti prædeceſſorem qui calceos illis conceſſit: vel etiam reſponderi poteſt præfatos Guillelmitas, debere ſecundùm ordinis ſtatuta, foris non tamen domi calceatos incedere.

Annum verò circiter 1200. floruit in Italia & maximè Romandiola beatus Ioannes Bonus, vt refert S. Antoninus 3. p. tit. 24. c. 13. *Circa annos Domini 1200. tempore Innocentij III. Fuit vir magnæ ſanctitatis, nomine Ioannes Bonus de Mantua oriundus, ſolitariam agens vitam qui nimia abſtinentia, & inſueta claruit, & miraculis multis.* Veriùs tamen dicendùm non hoc præcisè tempore floruiſſe B. Ioannem Bonum, conſtat enim ex Conſtantio Laudienſi de ſancto Geruaſio Brixiano Eremita Auguſtiniano, & Theologo Congregationis Ob- *B. Ioannes Bonus diſcalceatus. ordinis S. Aug. reſtaurator.*

Beatificatio B. Ioannis Boni ordinis S. Auguſtini.

SIXTVS PAPA IV. *Licet ſedis Apoſtolicę prouidentia plurimum circumſpecta, antequam aliquem vt ſanctum publicè venerari concedat, multis variiſque euentibus rem plenam, & perſpectam habere velit, vt ſapè diùque peracto ſcrutinio ſuę approbationis interponat authoritatem. Tamen piam interdum nonnullorum Chriſti fidelium deuotionem, dum aliquorum defunctorũ nomina, & memoriam purę fidei ſinceritate venerantur, quorum animas in cœlis habitare, & inter beatiſſimos ſpiritus receptas eſſe arbitrentur. Eiuſdem ſedis benignitas conſueuit tolerare patienter, ne fideles ipſi à cęteris operibus charitatis, quę exinde proueniunt per contradictionem, aut aliquam inhibitionem, vel conſcientię ſcrupulum valeant à tanto bono opere reuocari. Dudum ſiquidem fœl. record. Innocentius Papa IV. Prędeceſſor noſter dignas Domino referens gratias, quod ſicut bonę mem. tunc Epiſcopus, & Oratores Mantuani eidem prędeceſſori exponere curauerant, recolendę memorię Ioannem Bonum Eremitam Mantuanũ, cum piè vixiſſet in hoc ſeculo, viam ſalutis docendo, verbis pariter, & exemplis: tamdem preſentis vitę curſu fœliciter conſũmato, multis miraculis Omnipotens decorauerat. Et attendens non decere, eos apud homines ſine veneratione relinquere, quorum merita, & miracula Sanctos oſtendunt, & de premiſſis ei non conſtare: tunc Epiſcopo Mutinenſi, & Priori Monaſtery S. Marci per Priorem ſoliti gubernari: ac prępoſito Eccleſię Mantuanę (eorum proprijs nominibus non expreſſis) ſuis dedit litteris in mandatis, vt de eiuſdem Ioannis Boni vita, & miraculis diligenter inquirerent; & deſuper teſtes fide dignos recipere legitimè ſtuderent; & de ſingulis circunſtantijs, iuxta interrogatory formam; quam eis ſub bulla miſit interclusam, examinare prudenter, ac ipſorum dicta fideliter in ſcriptis redacta, & ſub propriis incluſa ſigillis, ad eumdem Prędeceſſorem remittere procurarent. Idem Prędeceſſor, vt in ipſo negotio ſecundum Deum procedere poſſet, prout in eiſdem litteris plenius continetur. Et quamquam tunc Epiſcopus, Prior & Prepoſitus prefati, ſeu alter eorum ad hujuſmodi eis facta commiſſionis executionem proceſſerint, & per fide dignorum teſtium depoſitiones inuenerint eumdem Ioannem Bonum, tam in vita, quam poſt mortem miraculis quãplurimis claruiſſe: & illius meritis, & interceſſione altiſſimum cœcos illuminaſſe. mortuum ſuſcitaſſe aquam in vinũ conuertiſſe, vexatos ab immundis ſpiritibus liberaſſe, caduco, fontico, podagra, hydropiſis, cancri aliiſque morbis infectos ſanaſſe; & manus aridas effectas priſtinę virtuti reſtituiſſe, aliáque quamplurima miracula operari dignatum fuiſſe. Nihilominus cauſante longo ſchiſmate in Dei Eccleſia, quod poſtmodum ſucceſſit, & alijs varijs occupationibus quibus ſedes prefata, & qui pro tempore fuerunt Romani Pontifices impediti fuère, pariter & guerris, & aliis ſiniſtris Euentibus quibus Marchiones Mantuani, & communitas à ſolerti proſecutione negoty canonizationis hujuſmodi deſiſtére compulſi fuêre, ejuſdem B. Ioannis Boni Canonizationis hactenus deuentum non extitit. Et interim ob crebra miracula hujuſmodi, quę Omnipotens illius meritis operari non ceſ-*

ſtuit, neque ceſſat: Chriſti fideles illarum partium cum in magna veneratione habuerunt hactenus, & habeant, erexeruntque in illius honorem altaria, & capellas & illius imaginem pingi fecerunt in variis, & diuerſis Eccleſiis, ac praces, & ſuffragia ad eum publicè perſoluerunt: Et nuper dilectus filius Franciſcus ſanctæ Mariæ nouæ Diaconus Cardinalis, qui Eccleſiæ Mantuanæ ex conceſſione:& diſpenſatione Apoſtolica praeſt, & quondam Ludouici Marchionis Mantuani filius extitit: ac dilectus filius nobilis vir Fredericus Marchio Marchianus ejuſdem Cardinalis frater, dilectique filij Clerus, & populus Mantuanus, & illorum ac dilectorum filiorum Generalis Prioris ordinis fratrum Eremitarum S: Auguſtini, & Prioris, ac fratrum domus Mantuanæ ejuſdem, in cuius Eccleſia corpus eiuſdem B. Ioannis Boni honorificè conſeruatur, precibus motus. Dilectus filius Raphaël S. Georgij ad velum aureum Diaconus Cardinalis Protector nobis cum inſtantia ſupplicarunt, vt negotium canonizationis hujuſmodi reaſſumere, & eundem B. Ioannem Bonum qui operante diuina gratia, tot innumerabilibus, maximíſque in dies coruſcare dicitur Miraculis Sanctorum Cathalogo adſcribere vellemus.

Nos igitur qui ab hujuſmodi ſolemnitate, tantorum miraculorum coruſcatione non ſumus alieni, & in præſentiarum aliis grauibus, & arduis negotiis impediti ad ipſam canonizationem intendere, provt fert animus non valemus pro ſatisfactione Franciſci Cardinalis, Frederici Marchionis, Cleri, & Populi, Generalis Prioris, & fratrum prædictorum, aliorúmque Chriſti fidelium, & vt eorum deuotio hujuſmodi non tepeſcat de Fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ex certa noſtra ſcientia volumus, & Apoſtolica authoritate concedimus, quod ipſe B. Ioannes Bonus, vt piè inter Sanctos in ſuperna Patria collatus: ad laudem diuini nominis, & Altiſſimi gloriã qui in cœlis habitat, & humilia reſpicit, ſine haſitatione & conſcientiæ ſcrupulo: vel Canonis diuini incurſu, poſſit pro Beato in omnibus & ſingulis ciuitatibus, terris, & locis: ac Monaſteriis, & Eccleſiis venerari, & ad eum vt Beatum praces porrigi, & ſuffragia ejus implorari, donec aliud per nos: vel ſedem prædictam fuerit alias ſolemniter ordinatum. Et vt præſentes noſtræ litteræ, ſine aliqua contradictione debitum vbique ſortiantur effectum, præfato Franciſco, ac omnibus aliis locorum ordinariis mandamus, quatenus ipſas litteras Cleris, & Populis eorum ſolemniter intimari procurent. Omnipotentem Deum (cuius ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera) totis cordis affectibus humiliter deprecantes vt eiuſdem B. Ioannis Boni meritis exoratus det ſeruis ſuis illam quam mundus dare non poteſt pacem: vt & corda noſtra ſuis mandatis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint ſua protectione tranquilla, hoſtéſque fidei Catholicæ, ac ſedis præfatæ, & Eccleſiæ Romanæ conterat, proſternat, atque ſubjiciat: nobiſque concedat vt peracto noſtræ villicationis miniſterio vnà cum credito nobis grege mereamur ad ſempiterna gaudia peruenire. Nonobſtantibus in contrarium facientibus quibuſcunque. Et quia difficilis foret præſentes litteras ad ſingula loca, in quibus erunt publicandæ deferre: volumus, & Apoſtolica authoritate decernimus, quod earum tranſumpto manu publici Notarij, & ſigillo alicuius Prælati munito, vbilibet plena fides adhibeatur: provt originalibus litteris adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo hominum &c. Retractum ex libro manuſcripto Franciſci Zazzera in Miſcellaneis pertinentibus ad beatificationem & aſſeruatur

Romæ

Romæ in Archiuio Ecclesiæ nouæ R.R. Patrum Oratorij. Reperitur etiam in Archiuio Capitolij.

Nec dubitari poteſt quin Sanctus iſte diſcalceatus fuerit, ſuóſque Eremitas diſcalceatos ſimiliter voluerit. Cum certiſſimum ſit ſaltem ſoccolis, ſiue calopodijs, aut crepidis ligneis vſos fuiſſe, vt ex probatis authoribus infrà probabimus r, vbi quæ contra nos objici poſſunt de calceamentis fratrū Ioannis Boni ex determinatione Gregorij IX. & Alexandri IV. diſſoluta rejicientur. Ex quibus colligitur non tam ineptè dici poſſe R.P. Lamphrancum primo Generalem Fratrum Ioannis Boni, poſteà verò totius ordinis Eremitarum S. Auguſtini poſt reünionem factam, fuiſſe diſcalceatum.

r Lib. 2. paragrapho 7. de ſādaliis, ſect. 8. ad 4. reſpon. 1. 2. & 3.

Brictinenſes ord. S. Aug. & diſcalceati.

Præterea Fratres de Brictinis Fanenſis diœceſis in Marchia Anconitana, ſic dicti à Brictinis loco non procul à Piſauro. Regulam S. Auguſtini anno Domini 1228. à Gregorio IX. obtinuerunt, vt conſtat ex eiuſdem Bulla quæ incipit *cum olim*. Data Peruſij Idibus Decembris, Pontificatus anno 2. & exindè ordinis fuerunt S. Auguſtini, & à ſummis Pontificibus hoc ſemper titulo decorati ſunt ſic Innocentius IV. in ſuis Bullis *inſinuarunt nobis dilecti filij prior, & vniuerſi fratres Eremitæ de Brictinis ordinis S. Auguſtini &c.* an. 1246. Item in alia §. 2. *Cum igitur dilecti filij prior, & fratres Eremitæ de Brictinis Penſaurienſis ordinis S. Auguſtini &c.* anno 1247. *Et dilecti filij Prior, & fratres Eremitarum de Brictinis ordinis S. Auguſtini Fanenſis diœceſis, &c.* anno 1249. habetur autem expreſsè in eorum conſtitutionibus à præfatis Pontificibus, Gregorio IX. & Innocentio IV. approbatis §. 4. & 8. *Super habendis caligis, calceis, & ſimilibus prior ſecundùm ſuum arbitrium poteſtatem habeat diſponendi.* Vnde liquido conſtat præfatam Brictinenſium congregationem Caligis etiam vſam fuiſſe juxta prioris diſpoſitionem qui ſecundùm regulam S. Auguſtini *indumenta, & calceamenta quando indigentibus fuerint neceſſaria dare non differant ſub quorum cuſtodia ſunt quæ poſcuntur*, ſecundùm vnuſquiſque indigentiam, & neceſſitatem de calceamentis diſponere debebat, putà de caligis, vel calceis, idque ex inſtitutione Auguſtinianæ religionis, quæ ſingulis fratribus vſum calceorum, aut caligarum permittebat. Quod etiam ex D. Fulgentij vita fateri cogitur Thomas de Herrera in reſponſione ſua pacifica fol. 129. n. 248. vbi nomine caligarum cum Ludouico de Angelis lib. 4. de vita, & laudibus D. Auguſtini c. 4. fol. 6. Intelligit ſandalia pedibus immiſſa, id quod antiquior & doctior Bonauentura Tom. 1. opuſ. fol. 273. priùs dixerat in epiſtolá de eo quod Chriſtus, & Apoſtoli ejus inceſſerunt diſcalceati Vbi explicans illud ait 12. *Calcea te caligas tuas*, ſic ait, *nam vbi interpres Latinus dicit caligas, Græcus dicit ſandalia, ſunt autem Sandalia ſicut dicit Magiſter in hiſtoria ſoleæ, vel perones ſecundùm Papiam verò caligæ dicuntur quaſi caligulæ, quia ſuper pedes colligantur, vel etiam quia calce ligantur: ſicut cernimus in ſolea S. Petri, quæ vſque hodie Romæ ſeruatur, & etiam in picturis, & cælaturis antiquorum Apoſtolicarum imaginum, & nouarum in quibus omnibus vel cum ſoleis, vel cum nudis pedibus, exprimuntur. Non [illegible] blandiari [illegible] ſunt caligæ, quia ſecundùm Papiam ſandalia ſunt caligæ, vel calceamenta deſuper corium non habentia.*

s In bulla quæ [illegible] conditoris an. 1235. data Peruſij 3. Idus Martij.

t In bulla quæ omniū Conditoris ann. 1251. data [illegible] Kal. Octob.

Surius 10. *Septemb.* *P. Simplicianus in vita S. Nicolai.*

Quare non mirum ſi etiam S. Nicolaus Tolentinas, inter alias auſteritates diſcalceatus inceſſerit: vt plurimæ antiquæ picturæ teſtantur. Præcipuè verò cum audita prædicatione feruentis cujuſdam Eremitæ ordinis S. Auguſtini ætatis ſuæ anno ſaltem vndecimo, ab eodem, habitu Auguſtiniano in caſtro S. Angeli Marchiæ Anconitanæ indutus fuerit, vbi tunc temporis fratres Eremitæ de Brictinis ordinis S. Auguſtini maximè florebant: dicitur enim in bulla canonizationis ejus, ab Eugenio IV. emanata Æternus itaque *Deus qui facit mirabilia magna ſolus, Confeſſorem ſuum eximium Nicolaum de Tolentino, in approbata religione Fratrũ Eremitarum S. Auguſtini ab eius pueritia educatũ, puritate candidum, charitate fœcundum, electum ex millibus, exemplar perfulgidum, ſapientia eius infinita produxit.* Erat autem iam approbata religio Eremitarum Brictinenſium ordinis S. Auguſtini ab anno 1228. Gregorij IX. tempore vt ſuprà diximus: & totius vitæ ſancti Nicolai annorum facta computatione. In ætate exiſtens tenera, & ab ejus pueritia, vt ait Eugenius IV. anno Domini 1235. aut 1247. ante vnionem generalem, hujus approbatæ religionis ſuſcepit habitum, cõſtat enim anno ætatis ſuæ circiter 70. Domini verò 1294. *u*, vel 1305. *x*, ſuum fœliciter obiiſſe diem, neque obſtat quod præfatus Eugenius IV. non dicat eum apud Brictinos educatum fuiſſe, ſed in approbato ordine Eremitarum S. Auguſtini: dicendum enim eſt in vnione generali Brictinorum, aliarúmque congregationum, ordini Eremitarum S. Auguſtini facta, quæ 180. circiter annos Eugenium 4. præceſſit: eorum nomen, & memoriam omnino extinctam, & deinceps non amplius fratres de Brictinis, ſed ordinis Eremitarum S. Auguſtini nuncupatos fuiſſe: in quo propterea D. Nicolaum, habitum ſuſcepiſſe, & educatum fuiſſe aſſerit Eugenius IV. ſicut etiam modo S. Guillelmus & B. Ioannes Bonus dicuntur eſſe ordinis Eremitarum S. Auguſtini, quamuis in diſtinctis ab ordine Auguſtiniano congregationibus vixerint, eáſque inſtituerint vt infrà dicemus.

P. Simplicianus in vita S. Nicolai. *u* Pamphilus & Moraſt. Aug. fol. 140. *x* Surius, Baronius & Marques c. 18. paragrapho 8. & alij.

Alios inſuper inuenio fratres pœnitentiæ Ieſu Chriſti, nuncupatos de ſacco, eóſque ordinis S. Auguſtini vt ait Licentiatus Æſculanus: *z*, & Magiſter Diago vbi unq, de illis agit, vocat eos Auguſtinianos, & concilio Lateranẽſi antiquiores: vt etiam cenſent Miranda, Scipio Girardinus, Maceratenſis in vita S. Nicolai, Critana, & Hyeronimus Romanus qui aiunt illos fundaſſe, aut reformaſſe S. Ioannem Bonum Mantuanum, qui anno 1200. floruit vt ſuprà diximus ex Antonino, vel ad minus tempore Innocentij III. ſi Sabellico credamus, & alij volunt eſſe minus antiquos. Quidam aſſerunt in vnione Generali cum aliis congregationibus, ordini S. Auguſtini fuiſſe vnitos *b*, nonnulli id negant *c*, & quamvis eorum religio à ſede Apoſtolica fuerit confirmata, in Concilio tamen Lugdunenſi non propter mores aliquos deprauatos, ſed ob eorum poſt Concilium Lateranenſe inſtitutionem, extinctam volunt: vnde Conuentus eorum Pariſinus à Philippo pulchro Auguſtinianis qui hodiè illum poſſident, conceſſus eſt. Hæc marques loco citato. Quidquid ſit, ordinem iſtum pœnitẽtium, qui S. Mariæ Magdalenæ, & poſtea ſaccitæ dicti ſunt, in Diœceſi Maſſilienſi à Beltramo Gallo circa annum 1257. poſt Concilium Lateranenſe originem ſuam duxiſſe lego, nudis pedibus ambulabant, & in hoc ſolum

Marques c. 13. paragrapho 2. *z* Lib. 5 hiſtoriæ Valent, c. 8. *Saccita ord. S. Aug. diſcalceati.* Ænead. 9. l. 5. *a* Petrus Dominicus à S. Geminiano in c. ynicum de relig. dom. i r. paragrapho cõfirmatos nu. 7.

ſolum à Capucinis differebant *d*, quod zonis præcincti incederent: de his loquitur Mathæus Pariſinus in hiſtoria Anglicana ſub Henrico III. anno Domini 1257. *eo*, inquit, *tempore nouus ordo apparuit Londinis de quibuſdam fratribus ignotis, & non præuiſis qui quia ſaccis incedebant induti, fratres ſaccatij vocabantur*, & pœnitentiæ Ieſu Chriſti: quos perbenignè Pariſiis ſuſcepit S. Ludouicus Galliarum Rex Chriſtianiſſimus eiſque quandam domum ad inhabitandum in Parrochia S. Andreæ de Arſiciis cum ſuis pertinẽtiis, ac tegularia quadam, & plàtea in perpetuum vt ibi Eccleſiam, & monaſterium ædificarent: quæ omnia ex diplomate Regio conſtant apud Dubreuil *e* anno Domini 1261. Menſe Nouembri, & 1263. die Lunæ poſt Pentecoſtem: nec diù in hoc monaſterio præfati fratres commorati ſunt: anno ſiquidem Domini 1293. die 4. Octobris juri ſuo ceſſerunt, illúdque perſcriptione facta, B. Ægidio Romano, totius ordinis Eremitarum S. Auguſtini quondam generali, Bituricenſi Epiſcopo, nec non S.R.E. Cardinali eminentiſſimo, & Philippi pulchri Galliarum Regis Confeſſario, ad vſum fratrum Eremitarum tranſtulerunt: dicentes ſe ob extremam ordinis paupertatem, ejúſque quotidianã diminutionem, amplius non poſſe ſine conſcientiæ ſcrupulo ſubſiſtere. Ex quibus liquidò conſtat illos non fuiſſe ante Concilium Lateranenſe 1215. neque in Concilio Lugdunenſi anno 1274. extinctos: imò neque ordini Auguſtiniano in vnione generali anno 1256. vnitos cum ab anno 1257. vſque ad annum 1293. in ſua regulari obſeruantia permanſerint.

b B. Iordanus & S. Anton. 3. p. tit. 24. cap. 13.
c Sampſon Hayo de veritate vitæ & ordin S. Guillel. pag. 69.
d Monaſt. Auguſt. fol. 137.
e Lib. 2. des antiquitez de l'Vniuerſité de Paris. f. 418.
Choppin. l. 1 monaſt. ti. 1.

Quòd verò quidam objiciunt præfatas congregationes ante vnionem generalem verè non fuiſſe ordinis Eremitarum S. Auguſtini: & ſi quæ extiterint nudipedes ſic inceſſiſſe non vi regulæ, & primævè Auguſtini, ſuorũq. fratrum formæ, & exempli: ſed quia poſt obitum S. Auguſtini fratres hinc inde diſperſi fuerunt, & tunc excreuit deformitas, tam in habitu quàm in diuino officio, cæteriſque obſeruantiis vſque ad tempus recollectionis, ſeu vnionis quo ab Alexandro 4. ſtatutum eſt, vt Eremitæ ita veſtium ſuarum longitudinem temperarent: quod ab omnibus eorum calceamenta viderentur. Facillimè rejicitur ex eo quod præfatæ congregationes à ſummis Pontificibus, verè ordinis eſſe Eremitarum S. Auguſtini cenſeantur. Quod ſuprà oſtendi, & ab omnibus Auguſtinianæ religionis ſcriptoribus admittitur. Fuerunt autem diſcalceatæ non ex ſola particulari deuotione, aut mortificatione, ſed ex primæua Auguſtinianæ profeſſionis obſeruantia: abſque vlla religionis deformitate: caligarũ enim, ſiue ſandaliorum vſus ſemper conformis fuit Auguſtinianæ inſtitutioni, vt de Britinenſibus ex Patre Thoma de Herrera, & de fratribus Ioannis Boni ſuprà probaui: vnde nulla ex hoc naſci potuit deformitas, nec tanta excreuit inter iſtas congregationes tam in habitu quam in ſuis obſeruantiis, quin poſteà ſimul vnitæ fuerint. Vnde de illis cæteriſque Eremitis S. Auguſtini, ait Alexander IV. in bulla confirmationis præfatæ vnionis generalis, §. 2. *Hac ſanè conſideratione commoniti, cum conſona in vobis Eremitarum appellatio, & parum diuerſa profeſſio, diſparibus titulis, & in aliquibus diſſimili habituum ſchemmate diſcreparet cogitauimus &c.* Porrò quæ de calceamentis præſcripſit, & determinauit S. Pontifex vide infrà l. 2. §. 7. de ſandaliis ſect. 8. ad 4. c. 1. 2. & 3.

Marquez f Herrera in reſponſ. pacif.

Aliæ prætereà fuerunt congregationes Eremitarum ordinis S. Auguſtini, videlicet de Monte-fabali, vallis Hirſuti, Turris Palmarũ Diœceſis firmanæ, S. Mariæ de Murcetto Piſanæ Diœceſis, & aliæ quæ à Syluestro Marullo referuntur, & omnes in illa Generali vnione, ordini Eremitarum S. Auguſtini vnitæ ſunt: ex quibus omnibus celebres fuerunt prima S. Auguſtini, præcipuè in Tuſcia, Guillelmitæ multis in locis, Fratres Ioannis Boni præſertim in Romandiola, & Lombardia: ſicut & Briótinenſes in Marchia Anconitana, diſtincta enim ſemper fuit à Iambonitis Brictinenſium congregatio, quæ omnes erant ordinis S. Auguſtini, quamuis ſub diuerſis ſuperioribus conſtitutæ: ſic autem ſimul vnitæ ſunt.

In Ocean. Relig. lib. 4. p. 184.

§. III.

De Diſcalceatis, aliiſque multis Congregationibus Eremitarum S. Auguſtini, poſt vnionem ordinis Generalem.

ATtentè conſiderans Alexander IV. Pontifex maximus glorioſos Patriarchas Dominicum, & Franciſcum ordinum ſuorum fœliciſſimo progreſſu, ac multiplicatione fructus vberes in Eccleſia Dei produxiſſe: ſemperq́; producere. Fratres verò Eremitas S. Augſtini numero minores ſibi ſolis in Eremis, aliiſque locis piè ac religioſè viuentes prodeſſe: commonitus inſuper illa cœleſti viſione quam habuit, *f*, in qua Beatus illi apparuit Auguſtinus, magnus quidem, & grandis capite: ſed membris tenuis, & exilis: quaſi vellet dicere, tanto capiti, tot eſſe vniendas Eremitarum diſperſas congregationes, vt corpus vnum, membris omnibus proportionatum componerent. Ex qua viſione inquit S. Antoninus *g*, *velut Diuino Oraculo Papa commonitus, vnionem per prædeceſſorem ſuum Dominum Innocentium inchoatam conſummauit.* Iam illam ardenter concupierat Gregorius IX. Fratribus de Brictinis. *h*, Et Eremitis de Sylua lacus *i*, regulam ac ordinem Eremitarum S. Auguſtini eligentibus: Innocentius inceperat, ſed ob bella Imperatoris Fœderici impeditus, aut aliundè ad finem deſideratum perducere non potuit: quamuis vnionẽ primam inter Lombardiæ & Romaniolæ Fratres Ioannis Boni *k*, fecerit, omnéſque Tuſci Eremitas, exceptis Guillelmitis, ordini Auguſtiniano aggregauerit *l*, hos tamẽ omnes, & Guillelmitas & Fratres Ioannis Boni, Brictinenſes ac Eremitas de Monte-Fabali, ordini Eremitarum S. Auguſtini fœliciter vniuit Alexander IV. vt ex his omnibus mẽbris corpus vnum in regula, vita, & moribus conformè reſultaret: nam (vt ait Marques) ſicut ex vnione alimenti in formam præexiſtentem conuerſi, qua iam animal viuebat, auctum remanet & ampliatum corpus animalis: ita ex diuerſis iſtis congregationibus, ordo S. Auguſtini iam exiſtens & fundatus, mirùm in modum creuit: magiſque fuit tot conuentuum aggregatione dilatatus ac religioſorum accretione ampliatus, hæc autem generalis vnio, opera ac ſtudio eminentiſſimi Cardinalis Richardi à S. Angelo, iam à tempore Innocentij IV. ordinis S. Augu-

f Henricus de vrim in tract. de orig. relig. B. Iordan. de ſaxon. in vitas frat. & ca. 14. Ambroſius Cõcil. in Cron. & in Apol. verit. 1. c. 4. Paul. Bergom. Philip. Bergõ. Hyeron. Rom. Belnac. Platus & alij.

g 3. p. tit. 24. c. 14. paragrapho 3.

h In bulla cum olim data Peruſij 6. Idus Septemb. Põtif. an. 4.

i In bulla dilecti filij data Late-

ſtini protectoris, & legati Apoſtolici perfecta fuit: & in Priorem totius ordinis generalem, electus eſt P. Lamfrancus Mediolanenſis, antea congregationis Fratrum Ioannis Boni Generalis: vt ex his intelligas quàm celebris fuerit hæc Congregatio, viróſque habuerit illuſtres, totiúſque ordinis Auguſtiniani ſupremæ dignitatis capaces.

Falſum ergo eſt, [k] Auguſtini ordinem qui modo floret in Eccleſia, ſub hoc Pontifice tamtùm modo incepiſſe, vt quidam malè inferre voluerunt: dicentes Alexandrum IV. ex variis illis congregationibus vnitis, præfatũ ordinem de nouo inſtituiſſe: quod ſanè quam ab omni veritate ſit alienum, quis non videat? reſtauraſſe enim ordinem, ac in meliorem ſtatum reſtituiſſe certum eſt: de nouo verò fundaſſe, aut inſtituiſſe quaſi antea nõ fuiſſet, nullus ſanæ mentis id admittere poteſt: vt ipſe Alexander IV. in bulla data Viterbi IV. Idus Aprilis Pontificatus ſui anno primo, ante ipſam generalẽ vnionem ait, *ſic ordo fratrum Eremitarum S. Auguſtini à ſuis primordijs gratia cooperante diuina, de virtute in virtutem ſucceſſiue profecit, quod velut lignum fructiferum in Eccleſiæ agro plantatum, flores proferens copioſius honeſtatis, & producens vberius fructũ vitæ precelſæ regularis obſeruantiæ ſanctimoniæ, & præclaris virtutum operibus ſpecialiter extitit inſignitum.* Quibus verbis fatetur ſummus Pontifex, ordinem S. Auguſtini à primaria ſua inſtitutione ſucceſſiuè ſemper profeciſſe. Item in bulla generalis vnionis quæ incipit licet Eccleſiæ Catholicæ data Laterani 5. Idus Aprilis Pontificatus anno 2. & Domini 1256. diſtinctum agnoſcit ordinem Eremitarum S. Auguſtini ab aliis congregationibus, quæ illi vnitæ ſunt. *Propterea dudùm à nobis mandatum Apoſtolicum emanauit, vt de ſingulis domibus veſtris, quarum quædam S. Guillelmi, quædam S. Auguſtini ordinum, nonnullæ autem fratris Ioannis Boni: aliquæ vero de ſabali, aliæ verò de Brictinis cenſebantur &c.* Quæ omnes in vnam ordinis præexiſtentis Eremitarum S. Auguſtini profeſſionem, & regularem obſeruantiam extinctis earum diuerſis appellationibus, perpetuò covnitæ ſunt, ſub generalis paſtoris Cura, quæ priùs ſub diſtinctis Superioribus vitam Eremiticã profitebantur: & propterea in Concilio Lugdunenſi ſub Gregorio X. anno 1274. vbi jam facta lex in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. anno 1215. de non inuenienda de nouo aliqua religione, innouata eſt: S. Auguſtini, & Carmelitarum ordines excepti ſunt. *Cæterùm Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum ordines, quarum inſtitutio dictum Concilium generale, Lateranenſe ſcilicet præceſſit in ſolido* (vel ſolito) *ſtatu volumus permanere.* Vnde Renatus Choppinus lib. 2. Monaſt. tit. 1. n. 29. *Præterea Gregorius X. Lugdunenſis Concilij Præſes, exemit derogatoria ſua nouorum ordinum mendicãtium ſanctione, notos quatuor Romanæ ſedi iamdudùm cum elogio acceptos, gratoſq́; Prædicatores nempe, Minores, Eremitas Auguſtinianos, & Carmelitas.*

Sed quia poſt hanc generalem vnionem, longo temporum lapſu ſeſe refrigeſcente religioſorum deuotione relaxata, & aliquatenus deformata fuit priſtina illa regularis obſeruantia: ideò quamplures pietate, & doctrina viri inſignes multoties inſudarunt, & propenſis ſtudiis intenderunt: vt reformationem aliquam, & reſtrictionem ſuſciperet, & in priſtinum refloreſceret ſtatũ.

ran. 3. Ianuarij Põtif. an. 4.

k In bulla admonet nos data Peruſ. 17. Kal. Maij Põtif. an. 10.

l In bulla incumbit nobis data Lateran. 17. Kalend. Ianuar. Põtif. anno 1.

Hinc multæ prodierunt ordinis Auguſtiniani reformatæ congregationes, ſiue ordines ſub regula S. Auguſtini, quorum primus fuit ordo Ieſuatorum S. Hyeronimi, Ioanne Colobinio Senenſi authore: qui primordia ſenis habuit anno Domini 1355. & tandem ſub regula S. Auguſtini ab Vrbano V. reſtrictus anno 1361. Religioſos habet callepodiis tantum Calceatos: vt in illo miſticæ Auguſtinienſis Eremi ſacro gloriæ decoríſque theatro cernuntur.

Ieſuati diſcalceati.

Alius fuit Ordo S. Brigittæ viduæ, quæ in Regno Suetiæ ſub Vrbano V. in loco dicto Vaſtheno Monaſterium fundauit in quo regulam S. Saluatoris ab ipſo Domino acceptam obſeruari voluit, ſuíque inſtituti, ac modi viuendi ab ipſo ſummo Pontifice anno circiter 1363. approbationem obtinuit: videlicet vt Cœnobium commune vtrique ſexui foret, murorum tamen, & aſpectus ſeparatione, itavt Virgines ſuperiora habitarent, Monachi verò inferiora, Templum verò commune, omnibus autem Abbatiſſa præeſſet. Neque aliam obſeruabant regulam præter Auguſtinianam, quam ab ipſo Saluatore cum particularibus conſtitutionibus acceperat B. Brigitta: vnde non ſolùm ſub regula S. Auguſtini, ſed verè & propriè dici debent ordinis eſſe S. Auguſtini. Sic aſſerunt multi graues Authores, imprimis Eminentiſſimus Cardinalis Turrecremata, epiſtola ad omnes Chriſti fideles, in reuelat. S. Brigittæ. *Rogati deuota cum inſtantia per venerabiles, & religioſos fratres magnum Vnionis, artiũ magiſtrum Sacræ Theologiæ Baccalaureum & Monaſterij Sanctarum Virginis Mariæ & Brigittæ de Vuaſtheno ordinis S. Auguſtini, S. Saluatoris nuncupati, Diœceſis Lincopienſis in Regno Sueciæ, Generalẽ Confeſſorem: & Petrum Olani eiuſdẽ Monaſterij fratrẽ.* Sic etiam Villegas in eius vita refert corpus S. Brigittæ Roma, in Suetiam tranſlatum & cõditum fuiſſe in Monaſterio Monacharum S. Auguſtini ab ipſa fundato, & Vuaſteno nuncupato Diœceſis Lincopenſis. Id confirmat S. Antoninus, à Villega citatus: *Corpus autem ſuum venerabile, è Roma apud ipſum Monaſterium Vuaſtanenſe ordinis S. Auguſtini tranſlatum fuit, & à ſuis cum ingenti populorum frequentia, & gaudio acceptum fuit anno Domini* 1374. *duodecimo Iulij*: anno ſcilicet elapſo, à fœlici illius ex hoc mundo ad Dominum tranſmigratione, quæ poſt ſuam Hyeroſolimitanam peregrinationem Romæ contigit anno 1373. & à Bonifacio IX. in Sanctarum numerum relata eſt. Hic autem ſummus Pontifex in bulla canonizationis iſtius S. Viduæ, ſic ait §. 34. *In loco etiam de Vuaſteno Lincopenſis Diœceſis, de ſuis facultatibus vnum venerabile Monaſterium canonicè conſtrui fecit, pro ſexaginta Monialibus ſub clauſura viuentibus, & viginti quinque fratribus ordinis S. Auguſtini, S. Saluatoris nuncupati: qui tam Moniales, quam fratres certas inſtitutiones per ipſam Beatam Viduam editas, & poſtea per ſedem Apoſtolicam approbatas obſeruare tenentur.* Idem etiam Pontifex in bulla indulgentiarum, quas viſitantibus S. Brigittæ ſepulchrum in præfato Monaſterio conceſſit. Martinus idem V. in ſimili bulla, & Eugenius IV. in alia anno Domini 1433. Vocant illud Monaſterium *ordinis S. Auguſtini, S. Saluatoris nuncupati.*

Ordo S. Brigittæ.

Idem denique aſſeruit Vrbanus VI in bulla confirmationis conſtitutionum & regulæ prædicti Monaſterij, ad inſtantiam S. Cathrrinæ, S. Brigittæ filiæ, anno 1. ſui Pontificatus. *Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilectæ in Chriſto filiæ*

nobilis

nobilis mulieris Catharinæ, natæ quondam Vlphonis Domini loci de Vlphaſon Lincopenſis Diœceſis; petitio continebat: quod olim quondam Brigitta de Suetia ipſius Catharinæ Mater, quæ dum vixit in ſpiritu humilitatis laudabilem vitam duxit, Monaſteriũ S. Mariæ de Vuaſtheno ordinis S. Auguſtini, dictæ Diœceſis ſubuocabulo S. Saluatoris, de bonis ſibi à Deo collatis, de licentia fœlicis recordationis Vrbani Papæ V. predeceſſoris noſtri fũdauit &c. Sicut ergo alij ordines, & congregationes ante vnionem generalem erant ordinis S. Auguſtini ſub diuerſis vocabulis, Guillelmitarum nempe, Fratrum Ioannis Boni, de Brictinis, de Fabali: vt omnes aſſerunt Auguſtiniani ſcriptores. Ita etiam Sacer iſte ordo ordinis erit S. Auguſtini, ſub vocabulo Sancti Saluatoris: in cuius rei confirmationem non ſolùm fratres S. Brigittę, S. Auguſtini regulam profitentur, verùm etiam habitum, & modum viuendi antiquorum Patrum Auguſtinianę religionis: vitam ſcilicet ſolitariam, habitũ vilem, & auſterũ deferunt coloris naturalis, ejuſdem formæ prout antiqui Eremitæ S. Auguſtini ferebant, & corrigias largas, cum pallio ejuſdem panni ſuper habitum ab vno palmo terram non pertingente, quod in pectore nodo ligneo colligitur. Similem habitum geſtant Moniales, quæ inſuper ſuprà nigrum capitis velum faſcias habent lineas, albas & mundas, ſuperadditis quinque particulis panni rubri, in formam crucis quæ eximiam, & decoram coronam, & in medio crucem effingebant: ſic volente, & jubente Domino Saluatore; *Iſtam autem coronam tam Virgines quam Viduæ portabunt, in ſignum continentiæ, & caſtitatis*: & ſic olim ſacræ veſtiebantur Africanæ Moniales, vt infrà videbimus cum de illis aliquid etiam dicemus.

Prætetea Reuerendus Pater Bartholomæus venetus vitæ ſanctiſſimæ, cum prior eſſet generalis totius ordinis S. Auguſtini, anno Domini 1387. nouam incepit congregationem, ſiue reformationem illiceranam S. Saluatoris nuncupatam, ad cujus imitationem anno 1398. Beatus Chriſtinus aliam incepit Neapoli, vulgò dictam S. Ioannis Carbonoriam: aut ſecundum alios R. Pater Simon Cremonenſis Philoſophus illuſtris, & inſignis Theologus anno 1399. hujus reformationis alũnos ſandalijs vſos aliquando fuiſſe, antiqua picturarũ monumẽta, Neapoli in Eccleſia S. Ioannis ad carbonariam adhuc extantia teſtantur: ſicut & de illicetanis in eorundem Eccleſia, vt infrà dicemus *m*. Anno verò 1424. Alia fundata eſt congregatio S. Mariæ de populo, dicta Perugina, Auguſtino Romano generale, Auguſtinẽſium, reformatore. Duo poſtea Patres eodem Spiritu ſancto ducti, Pater Magiſter Ioannes Roccus Porcius Papienſis, & Pater Magiſter Gregorius Cremonenſis, ſcientia inſignes, & moribus clari anno 1444. aliam fundarunt congregationem in Lombardia.

Illichana Congregatio

m Lib. 2. paragrapho 8. de antiquis & authent. picturis & imagin. S.S. ord. S. Auguſtini.

Perugina.

Lombardia.

Neq. omittendũ eſt quod anno circiter 1470. R. Pater Baptiſta Poggius Genuenſis, doctrina & exẽplo plurimos, ad benè beateq, viuẽdũ fœliciter trahẽs, effecit, vt bonorũ virorũ cõgregatio quã S. Mariæ de cõſolatione vocant inſtitueretur: de quo apud Auguſtinũ Iuſtinianũ Epiſcopũ Nebienſem fit honorabilis mentio, libro annalium Genuæ: vbi ait. *Eo tempore floruit admodum venerabilis Pater frater Baptiſta Genuenſis Poggius ordinis S. Auguſtini de Obſeruantia, Religioſus quidem & vita integritate, & congruenti eruditione decoratus,*

Congregatio vulgò Baptiſtinorũ, diſcalceata.

tus, vt ex multis dignis operibus perſpicuè intelligi poteſt: quãdoquidẽ vt percupidus religioſæ, & reformatæ vitæ, ſub titulo S. Mariæ conſolationis inſtituit, & fundauit congregationem fratrum de obſeruantia D. Auguſtini, ſoccos ligneos geſtantium, majori abſtinentia, & paupertate quam aliæ multæ congregationes. Et quamuis huic ſancto inſtituto (vt interdum moris eſt) multi vehementer apud ſedem Apoſtolicam ſe opponerent, cognita tamen ſingulari huius venerabilis Religioſi integritate, à Pontifice data eſt ei plena, & libera facultas veſtiendi fratres, & vbique fundandi monaſteria, & quamcumque oblatam Eccleſiam ſuſcipiendi: cum alijs multis, & amplis priuilegiis, & immunitatibus &c. Hujus autem congregationis fratres vulgò Baptiſtini, ab eorum fundatore nuncupantur, & hodie in aliquibus Conuentibus talem vſum ſoccorum ligneorum retinent. Hęc adeò clara, & manifeſta ſunt, vt mirum ſit aliquos dixiſſe, diſcalceatos Auguſtinenſes hanc nuditatis pedum auſteritatem, vt nouam & inſolitam in ordinem Auguſtinianum introduxiſſe: cum certiſſimum ſit hujus congregationis Religioſos ſoccis ligneis, ſiue Callepodiis nudos pedes tantũmodò ſuffulſiſſe.

Reuerendus Pater Gratia Catharinus, non minus ſanctitate vitæ, quam doctrina præclarus, anno 1481. aliam etiam fecit reformationem: ſicut & Pater fœlix Apulus anno 1492. quæ dulcetana vocatur. Ordo item ſiue Congregatio Apoſtolorum, ſub nomine D. Barnabæ, authore Simone Monozona, januę dedit initia ſub Innocentio VIII. anno 1484. Regulam verò Auguſtinianam ab Alexandro 6. ſuſcepit anno 1496. qui præfatam congregationem, ejúſque fratres tam quoad profeſſionem, quam ſubſtantialia, obſeruantiæ regulæ S. Auguſtini ſubjecit: & illius religioni aggregauit in bulla quæ incipit. *Piæ vitæ ſtudia conuenit.* Edita anno 2496. fuiſſe autem ſandaliis calceatos, euidentiſſimè conſtat ex illo myſticæ Auguſtinenſis Eremi ſacro gloriæ, decoríſq; Theatro. Anno verò 1502. Franciſcus Zampazanus ſanctitate, & doctrina celebris aliam fundauit congregationem reformatam, quæ Zampana, & poſtea calabrica dicta fuit. Similis etiam inſtituta eſt paulò poſt in Germania anno 1505. à Patre Andrea quæ vocabatur Andreæ proles. In Dalmatia originem duxit alia congregatio, à Patre Magiſtro Auguſtino à Leſia, viro ſanctitate, & doctrina ſingulari anno 1512. cujus reformatio tanta cum auſteritate, & vitæ aſperitate incepit, vt eam omnes admirarentur. Alia inſuper viſa eſt noua reformatorum congregatio vulgò dicta S. Mariæ de colorito, à deuoto fratre Bernardo à Colenza in Calabria citeriori anno circiter 1600. fundata: cujus fratres vſque ad hodiernum diem veſtibus coloris lanæ naturalis vtuntur. In Sicilia aliæ duæ reperiuntur, nempe S. Adriani, & centumurbium quarum religioſi ſine tibialibus, & ſandaliis calceati inſtituti fuerunt. Et modo in Galliis quatuor florent reformationes, quæ vulgò communitates vocantur, Bituricenſis nempe, Toloſana, Arelatenſis & Berretẽſis: ſic dictæ à locis in quibus inſtitutæ fuerunt, quarum omnium major eſt Bituricenſis, ſanctè ac religioſè inſtituta anno Domini 1594. Opera ac ſtudio R. Patris Stephani Rabbachij viri vtique religioſiſſimi. Hæc multos habet Conuentus, hominéſque pietate, & doctrina inſignes.

Dulcetana

Congregatio Apoſtolorũ Auguſt. & diſcalceata

Zampana ſiue Calabrica.

Andrea proles

B. Maria de Colorito.

Alias hic addere poſſem quæ variis in locis, diuerſíſq, temporibus à multis

ſeruis

ſeruis Dei fundatæ ſunt, non quod aliam ab Auguſtiniana, Religionem adinnenerint, ſed vt priſtinam antiquorum Eremitarum viuendi formam,& à primo inſtitutore præceptam,longo tamen vſu temporis obliteratam reſtituerēt, collapſam obſeruantiam erigerent, inordinatam componerent, & deformatam reformarent.Has omnes tacitus pertranſeo,quæ ad propoſitum noſtrum, & finem intentum nihil omnino, aut certè parum conducere poſſent. Hæc itaque ſufficiant quæ ſatis euidenter conuincunt,in ordine Auguſtiniano aliquos ſemper extitiſſe ejuſdem ordinis Eremitas diſcalceatos: imò & congregationes integras excalceatas, quod nobis probandum erat. Supereſt nunc agendum de ſpeciali reformatione ordinis Auguſtiniani, ſub vocabulo congregationis Eremitarum diſcalceatorum S. Auguſtini,de cujus origine ac progreſſu,in ſequentibus ex profeſſo tractabitur.

CAPVT II.

De vera origine, ac peculiari inſtitutione congregationis Eremitarum diſcalceatorum, ordinis S. Auguſtini in Regnis Hiſpaniarum.

SIcut Hiſpania ſalubritate aëris, amœnitate Regionis, magnitudine fructuum, auri & argenti; necnon gemmarum copia vix vlli aliarum nationum ceditːita & ingeniorum fœcunditate, artium præſtantia,ſcientiarum profunditate, militum,& ducum generoſitate,principatum obtinere videtur. Sed in hoc præcipuè æternā gloriam conſecuta eſt, quod quāplures homines non minus ſciētia quam pietate illuſtres pepererit. Hinc tot ſancti vtriuſque ſexus, hinc tot ſacrarum Religionum fundatores, diuerſorúmque ordinum ſanctæ reformationes prodiere.Inde enim S.Dominicus,& Ignatius de Loyola, fratrum Prædicatorum, & ſocietatis Ieſu inſtitutores: inde ſtrictioris Obſeruantiæ, & recollectionis Sancti Franciſci celebris illa reformatio à deuotis, & religioſiſſimis Patribus Ioanne de la Puebla, & Ioanne de Gadalupa: hinc congregationés Carmelitarum excalceatorum, ejuſdémque ordinis ſacrarum monialium, à B. Thereſia: diſcalceatorum item ſanctiſſimæ Trinitatis, redemptionis captiuorum, à nonnullis piis & religioſis, ejuſdem ordinis Profeſſoribus: & tandem diſcalceatorum ordinis Eremitarum S. Patris noſtri Auguſtini.

Hujus vltimæ reformationis inſtitutum jam olim prædixerat Abbas Ioachim, vir vtique in diuinis Scripturis ſtudioſus, & exercitatus, ſuóque tempore veriſſimus Propheta creditus:hic enim nō ſolùm prophetico ſpiritu plenus ſacros ordines ſanctorum Dominici,& Franciſci præmonſtrauit: quorum ſanctos fundatores Venerijs in Baſilica S. Marci, opere Moſaïco cum habitibus propriis quibus poſteà induti ſunt depingendos curauit: ſed etiam quod

Sixtus Senenſis lib. 4. Biblioth. S. Matth. palmerius in addit. ad Cron. Euſe-

in iſtis penicilli dexteritate compleuit, doctiſſimo ſuo calamo in ordine Auguſtiniano perfecit, dum in ſuis ſuper Apocalypſim expoſitionibus, quas triũ ſummorum Pontificum juſſu Lucij III. Vrbani III. & Clementis III. mira eruditione compoſuit, totum diſcalceatorum Eremitarum ordinis S. Auguſtini inſtitutum, optimè delineauit. *Surget*, inquit, *Ordo qui videtur nouus, & non eſt, induti nigris veſtibus, & deſuper accincti Zona pellicea, ij creſcent, & fama eorum diuulgabitur & prædicabunt fidem, quam & deffendent, vſque ad mundi conſummationem in ſpiritu, & virtute Eliæ. Qui ordo erit Eremitarum æmulantium vitam Angelorum: quorum vita erit quaſi ignis ardens in amore, & Zelo Dei ad comburendum tribulos, & ſpinas: hoc eſt ad conſummandum pernicioſam vitam prauorũ, ne mali vtiq. abutantur patientia Dei.* S. Antoninus *a*, Antonius Poſſeuinus *b*, & alij hanc prophetiã, de Auguſtiniana religione, intelligunt, & præcipuè P. Franciſc. Biuarius *c* Ciſtercienſis, *velit nolit pennotus. Manifeſta eſt prophetia Eremitarum S. Auguſtini.* Quare ſolis illam diſcalceatis ejuſdẽ ordin. conuenire minimè cenſeo, neque totam illis gloriam attribuere præſumo: quia tamen ejuſdem religionis tanquam ejuſdem corporis membra partem etiam principalèm conſtituunt, de illis ſimiliter verificari debet, quod in toto perficiendum eſt. Surget ergo ordo nouus diſcalceatorum S. Auguſtini, & tamen nouus non eſt: videtur nouus quia reformatus: & non eſt quoniam quamuis ſit reformatus, idẽ tamen eſt, & non diuerſus ab Auguſtiniano *d*: noua videtur hæc reformatio, ſed non eſt: cum ad renouandas potius antiquorum Patrum in deſerto auſteritates, quam ad inueniendum aliquod de nouo inſtitutum facta fuerit: nouus videtur habitus in materia, & forma: & non eſt, ſimilis quippe primæuæ Eremitanæ religionis indumento: nouus ordo cujus profeſſores ſandaliis vtuntur, non tamen nouus ſic enim calceati incedebant Auguſtinenſes. Nigris induuntur veſtibus zona pellicea præcinguntur: jámque eorum fama per Africam, Hiſpanias, Gallias, Italiam, Germaniam, Iapponiam: & Inſulas Philippinas diuulgata eſt, vbi in ſpiritu duplici amoris Dei, & proximi, ac potenti virtute Eliæ, audacter, & intrepidè infidelibus, & paganis Chriſtianam, & Catholicam fidem prædicant: quam & deffendent vſque ad mundi conſummationem. Hic ſacer eſt ordo Eremitarum diſcalceatorum S. Auguſtini, æmulantium vitam Angelicam vnde Act. 12. Angelus dixit ad Petrum *ſequere me*, quomodo autem Petrum cum homo fuerit, ſpiritum Angelicum ſequi potuit, ſubſtantiam inuiſibilem, omníſque materiæ expertem? Viam ad hoc facilem aperuit quod ſequitur, *Circunda tibi veſtimentum tuum, præcingere*. Corrigias enim ſiue zonas habuerunt Apoſtoli, *& calcea te caligas tuas*, id eſt ſandalia tua, quaſi vellet dicere, ſi vis Angelum ſequi, vitámque Angelicam æmulari concupiſcis, præcingere zona pellicea, ſolue calceamenta de pedibus tuis, ſoliſque vtere ſandaliis: pauper ergo & Euangelicus excalceatus Auguſtinenſis veſte rudi, & aſpera indutus, corrigia præcinctus, & caligis ſiue ſandaliis calceatus Angelum ſequi poteſt vitámque Angelicam imitari quod ſi ille talis eſt per naturam, iſte per gratiam. Angelicum enim eſt à cibis abſtinere, aut parum comedere, cibóſque malè conditos ſumere, ſuper durum & aſperum grabatum, aut nullum, aut modicũ ſomnum capere: in corpore

bij. Laonicus Ca'es. l. 6. de rebus Turcicis.

a 1. p. tit. 24. ca. 14.
b In apparat. ſacro lib. 10.
c In Apol. contra Pennot. paragrapho 6.

Congregatio diſcalceat. videtur noua, & non eſt noua.

d Iuxta l. apponebatur de Iudic. conſ. Rom. 198. C. relatum eſt nobis. ne Clerici vel Monachi & per abb. in cap. inter quatuor de relig. dom. felin. in ca. ad noſtram de appellat.

pore fragili & mortali vitam beatam agere, ſempérque in ſuprema eſſentiæ diuinæ contemplatione verſari *Angeli enim eorum ſemper vident faciem Patris mei qui in cœlis eſt inquit Chiſtus Matth.* 28. Imo pluſquam Angelicum eſt continuis ferè mortificationibus, ciliciis, & jejuniis delectari, cæteráſque religionis auſteritates pro amore Dei libenter amplecti, quod cum Angeli facere non poſſint, de hoc hominibus maximè inuident vnde optimè Tertullianus cap. 9. *Nos jejuni aridi, & omni continentia expreſſi in ſacco, & cinere voluntantes inuidi cœlum tundimus.* Horum denique vita quaſi ignis ardens in amore, & zelo Dei ad comburendum tribulos, & ſpinas peccatorum, prauóſque mores, ac vitam mortalium pernicioſam corrigendum in continuis eorum prædicationibus, & frequenti Sacramentorum Euchariſtiæ, ac pœnitentiæ adminiſtratione: ne mali vtique ſumma Dei patientia, & infinita abutantur miſericordia.

§. I.

De primaria origine diſcalceatorum S. Auguſtini in Luſitania.

ERrant planè qui dicunt, Auguſtinenſium Eremitarum diſcalceatorum congregationem Andrea Diez Hiſpano homine inuetore, per Hiſpanias, anno tantummodo 1594. aut 1589. ſuam duxiſſe originem: in Italia verò circa annum 1599. & tandem in Gallia annum circiter 1610. neque enim Andreas Diez inuentor fuit per Hiſpanias, neque hoc anno hæc noua Auguſtinianæ religionis propago initium habuit: ab anno ſiquidem 1574. R.P. Thoma à Ieſu Luſitano fundatore, jam audio & pro certo ſcio prima hujuſce ſpiritualis ædificij facta fuiſſe fundamenta: vt ex ejus vita euidentiſſimè conſtat, quam Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Alexius de Menezes Auguſtinianæ religionis meritiſſimus alumnus, in lucem edidit, Indiarũ Orientalium Prorex, & Archiepiſcopus Goanus: poſtea verò Archiepicopus, & Primas Pragenſis, qui inter barbaros pluribus annis vixit, & feras illas nationes ad veram Chriſti Eccleſiam adduxit: multáque miracula perpetrauit, ac manu ſua aliquot centena millia, & inter ea aliquot Reges, Regúmque filios ſacro baptiſmatis fonte Chriſto Domino regenerauit: itavt de illo jure merito dictum fuerit, quod à D. Thomę Apoſtoli temporibus, nullus ibi vberiorem fructum in animarum ſalute promouenda produxerit: Malabaricos enim omnes vna cum Dauide Patriarcha Armeniæ, & ſex Epiſcopos; eorúmque ſubditos ad veram fidem Catholicam reduxit: quadraginta, & amplius Parrochias ſuis ſumptibus, & expenſis, vti ex plurima monaſteria erexit, & fundauit. Sic autem de Thoma à Ieſu loquitur. *Laudes Alexij de Menezes.*

Thomas à Ieſu, Fernandi Aluares de Andrada filius, ex præcipuis, & Illuſtrioribus totius Portugalliæ equitibus, & in vtroque Ioannis tertij Secretiori Conſiſtorio Conſiliarij, ætatis ſuæ anno decimo, moralibus diſciplinis edu- *Epitome vitæ & mortis R.P. Thomæ*

candus traditur Reuerendo P. Ludouico de Montoya ordinis Eremitarum S. *A*uguſtini, in collegio Dominæ noſtræ de Gratia Vniuerſitatis Conimbricenſis:vbi jam illud mirandum accidit,certum futuræ ſuæ ſanctitatis prognoſticon. Cum enim cum aliis ſuis condiſcipulis in flumine mondego non expertus natare vellet, ſtatim ab aquarum celeritate raptus: ex oculis ſpectantium abſque vlla ſpe ſalutis,in profundum merſus euanuit. Quod cum Reuerendo P. Ludouico de Montoya viro vtique religioſiſſimo relatum eſſet,cum cæteris Patribus ad præfatum fluminis locum accurrit, genibúſque flexis, & totus ad Deum conuerſus pro ſalute juuenis inſtanter deprecatur,ſuumq apud Deum interceſſorem B. Ioſephum interpellat, & ecce vix finita oratione, ſtatim optata conſequitur, nam puer aquis immerſus ſaluus, & incolumis hinc emerſus apparuit. Neque tanti beneficij vterque immemor fuit,Pater etenim Ludouicus de Montoya in perpetuam gratiarum actionem, & D. Ioſephi honorem cappellam conſtruxit:noſter verò Thomas,vt totũ Deo redderet quod ab illo acceperat, ſe totum illi obtulit, ætatíſque ſuæ anno 15. ſacrum *A*uguſtinianæ religionis habitum ab ipſomet Ludouico de Montoya ſuſcepit: ad Conuentuum Vliſſiponenſem Dominæ noſtræ de gratia miſſus, prima hujus ſacræ religionis rudimenta cunctis admirantibus fœliciter didicit, omnéſque regulæ, ac conſtitutionum auſteritates facilè ſuperauit. *A*nnóque nouitiatus expleto,ſuam emiſit profeſſionem: inde ad Comimbricenſe collegium tranſlatus, vt philoſophiæ, ac ſacræ Theologiæ operam daret, adeò profecit vt inſignis Theologus, & celeberrimus Prædicator breui tempore euaſerit. Interim Pater Ludouicus de Montoya totius Prouinciæ Vicarius generalis, prior factus & Magiſter Nouitiorum Conuentus Vlyſſiponenſis, cognita diſcipuli ſui Thomæ ſanctitate, eum ex Vniuerſitate Conimbricenſi euocatum, Magiſtrum Nouitiorum conſtituit: quo in munere laudabiliter ſe geſſit,ac ſeipſum in omnibus bonorum præbuit exemplum,in doctrina,in integritate omniúmque virtutum continuò exercitio.

à IESV primi diſcalceatorũ S. Aug. fundatoris ſeu reformatoris.

Thomas à IESV Theologus & Prædicator, magiſter nouitiorum eligitur.

Religioſæ vitæ feruentiſſimus ſemper fuit amator, ſtrictioríſque regularis obſeruantiæ maximus æmulator: quare cum aliquos videret fratres auſteriorem regulæ obſeruantiam,majorémque deſiderantes perfectionem in Italiam proficiſci:vt deinceps in reformatis,ac rigidioribus ordinis Auguſtiniani congregationibus viuerent: vnam diſcalceatorum, ſiue recollectorum (ſic enim vocantur in Hiſpania)maximæ auſteritatis, pœnitentiæ,& paupertatis in regno Portugalliæ inſtituere decreuit:in qua ſine mora, & facilius vota ſua adimplere poſſent. Hujus ſancti propoſiti participem ſtatim effecit Patrem Ludouicum de Montoya, qui illud non ſolùm approbauit, verùm etiam authoritate ſua confirmauit, & ita faciendum iudicauit;quare hoc opus arduum, magníque momenti fortiter aggreditur Thomas noſter à Ieſu: fauet Eminentiſſimus Cardinalis Infans Henricus, tunc temporis in Luſitania à latere legatus, & poſtea ejuſdem Regni ſereniſſimus Rex: ſtatímque vt principium aliquod huic ſtrictæ,& reformatæ recollectioni daretur;vir quidam deuotus ſuis ſumptibus Monaſterium ædificare cœpit, quod faciendis eorum exercitiis proprium,ac idoneum eſſet. Interim quamplures ex Prouinciis calceatorum Portugalliæ,

tugalliæ,& Caſtellæ inſigniores Patres hujus Congregationis diſcalceatorum ſiue Recollectorum habitum ſuſcipiebant inter quos fuit R.P.Magiſter frater Ludouicus Legionenſis vir Latinis Græcis & Hebraicis litteris inſtructiſſimus,ac in Salmantica Vniuerſitate Cathedraticus.

Cum autem hæc congregatio ita progrederetur, vt illius fundatores ſiue reformatores ad nouum recollectionis Monaſterium tranſire cogitarent: horum & omnium bonorum operum hoſtis acerrimus cacodemon, hanc ſtrictam reformationem pertimeſcens: iſtorum voluit Monaſteriorum conſtructionem impedire; horúmque ſpiritualium caſtrorum aciem jam ordinatam diſſipare: quæ in religionibus contra omnes illius inſidias,& machinationes. Velut tot arces, & firmiſſima propugnacula exiſtunt: dum quorumdam animos commouit qui ſub falſo, totius Prouinciæ boni prætextu, huic ſancto inſtituto totis viribus ſeſe opponerent: dicentes quod breui tempore inſigniores & ſcientia, & pietate totius Prouinciæ, ac aliarum Patres, tale viuendi genus cum illarum jactura, & notabili præjudicio, amplecterentur: tot ideo ſtrepitus, & rumores excitarunt, tot difficultates, & impedimenta oppoſuerunt: vt R. P. Ludouicus de Montoya ab hoc incepto opere deſiſtendum, & in aliud magis opportunum tempus, principij hujus ſanctæ reformationis effectum rejiciendum eſſe cenſuerit: iſtóque poſteà defuncto ſine vlla ſpe boni alicujus exitus hoc ſanctum inchoatum opus per aliquot annos imperfectum remanſit.

Impeditur illa diſcalc. inſtitutio & in aliud tempus magis opportunũ differtur.

Interim Pater Thomas à Ieſu multorum in ſe odiũm parauit, grauéſque inimicitias concitauit: cum tamen maximè diligendus eſſet, & cui potius,reuerentiam quam ex hoc merebatur, ſingularémque obſeruantiam omnes exhibere debebant. Hinc tot tribulationum, & perſecutionum principium; & origo quas ipſe poſtea patienter pertulit: ſoli enim Deo intentus, ſanctiſque religionis ſuæ occupationibus implicatus, prædicationibus,& confeſſionibus ardentiſſimo ſpiritus feruore vacabat,confraternitates ſanctiſſimi ſacramenti, ac reſurrectionis Domini noſtri inſtituebat, infirmos, & ægrotos inuiſebat, & conſolabatur quos etiam in temporalibus, maxima charitate adjuuabat.

Sancta pietatis eius & charitatis exercitia.

Vitam R. P. Ludouici de Montoya Magiſtri ſui compoſuit, illiúſque, ſanctiſſimæ Ieſu Chriſti vitæ 4.partem,quam imperfectam moriens dereliquerat perfecit: optimam ſemper apud omnes in toto Portugalliæ Regno famam, & opinionem conſecutus eſt.Vir enim erat illuſtri ſplendore, dignitate familiæ, ſingulari modeſtia,& bonitate præditus:ingenio vero,juſtitia,integritate omnibus præſtans, ſapiens, ſanctus,ſibique ſoli ſeuerus. Quare cum in ſua ſolita recollectione Conuentus loci vulgò Painafferme commoraretur, anno Domini 1578. Sereniſſimus Portugalliæ Rex,Sebaſtianus contra barbaros,& infideles cum potentiſſimo exercitu in Africam iturus,illum voluit ſecum habere:cui de ejus incredibili erga pauperes, & infirmos charitate ſecurus,omniũ totius exercitus ægrotorum curam,& adminiſtrationem commiſit. In primo autem copiarum conflictu, crucifixum quem in manibus geſtabat eleuans, ad pugnam omnes, & victoriam intrepidè, & religioſè hortabatur: vulneratis ſubueniebat, moribundis peccatorum ſuorum, ſacramentalem abſolutionem

impertiebatur, & pro omnium ſalute animam ſuam ponere non verebatur: vnde cum in hoc ſancto charitatis exercitio occuparetur, Maurus quidam infidelis, eum in humero, lancea percuſſit, captiuúmque in ciuitatem Mequines deduxit: vbi multa ob ſuam in fide conſtantiam perpeſſus eſt, præcipuè verò in obſcuris carceribus cõſtitutus crudeliſſimi cujuſdam Cazique, ſiue Morabuti (ſic enim vocantur qui inter illos vitam auſteram, ſolitariam, & Eremiticam agunt & pro ſanctis habentur) qui illum data opera emerat, verberibúſque, ac aliis quotidianis cruciatibus diuexabat: vt Chriſtum, & fidem abnegaret: in hoc autem ergaſtulo quamuis tenebricoſo, ſquallore, ac inędia afflictus, & extenuatus, librum hunc deuotiſſimum compoſuit *de los trabaios de IESVS* vt cum viua prædicationis voce, captiuos adjuuare non poſſet, ſcriptis ſaltem ſuis eos inſtrueret, ad Chriſti imitationem, patienter tollerandos eſſe labores, quos & multoplures ipſe innocens pro peccatoribus paſſus eſt.

Thomas à IESV fit captiuus.

Multa patitur pro fide.

In carcere componit libros.

Porrò captiui Chriſtiani miſerrimam planè ſcientes conſtantiſſimi noſtri Thomæ à Ieſu conditionem, qui ab illo crudeli, & impio Morabuto, variis, & majoribus in dies vexabatur tormentis, omnibúſque miſeriis opprimebatur: hæc omnia Domino Franciſco à Coſta renuntiarunt, qui tunc temporis Henrici Regis Legatus Marochij, de eorundem captiuorum redemptione tractaturus reſidebat: ſtatímque Regem (qui Xerife nuncupatur) de hac crudelitate certiorem fecit, à quo reſcriptum faciliter obtinuit, ad gubernatorem ciuitatis Mequines directum, vt Thomam à Ieſu ex illa tyrannica Morabuti poteſtate eriperet, & pro ſuo captiuo Marrochium remitteret: quod ſtatim executioni demandatum eſt non ſine incredibili captiuorum omnium lætitia, & conſolatione: cum quibus ita arctiſſimo neceſſitudinis vinculo conjunctus fuit, vt ab eorum conſortio ſeparari nullatenus potuerit: noluit enim in loco particulari commorari, vbi Religioſi aliique nobiles captiui, juxta Palatium Dominorum Legatorum Franciſci à Coſta & Petri Vanegas detinebantur: quorum vterque domicilium proprium præparauerat: vt eum præfati Oratores benignè ſuſciperent, & tormentis ac inędia oppreſſum, ad priſtinam reſtituerent ſanitatem. Sed voluit in publico Chriſtianorum ergaſtulo remanere, in quo duo millia pauperum Chriſtianorum captiuorum à Xerife vinculis conſtringebantur: hos ſæpiſſimè viſitabat, ad patientiam hortabatur, in aduerſis conſolabatur, infirmis, & pauperibus neceſſaria ſubminiſtrabat, ſingulorum confeſſiones excipiebat, & in Palatio Legatorum ſingulis feſtiuis, & Dominicis; in ergaſtulo verò ſingulis diebus auguſtiſſimum Miſſæ ſacrificium diuinæ Majeſtati offerebat, ad omnes captiuos ſæpiſſimè concionem habebat, Nobiles Portugalliæ non raro inuiſebat, eorúmque animos à mœrore languẽtes excitabat: Infideles, & Apoſtatas Ieſu Chriſto parturiebat, & ad S. Matris Romanæ Eccleſiæ gremiũ reducebat, inter quos æternam gloriam conſecutus eſt Petrus Nauarrus Matritenſis, & à Mauris Ametus nuncupatus, hic enim negata prius vera Ieſu Chriſti fide: & abnegata poſtea, opera ac ſtudio R.P. Thomæ à Ieſu, impij Mahometis falſa religione cum ad terras Chriſtianorum confugeret, cum multis aliis captiuis quorum ipſe curam habebat, in via captus, & ad communem Marochij plateam deductus, poſt dira tormenta,

Conſolatur alios captiuos.

Notabilis conuerſio.

quæ

quæ conſtantiſſimé paſſus eſt, tandem crucifixus, & clauis muro confixus eſt: vbi velut alter S. Andreas non biduum ſed triduum viuus pendens, veram Chriſti fidem prædicare nunquam intermiſit & tandem ad eum glorioſus migrauit cujus mortis ſimilitudine meruit honorari. Hi ſunt fructus & emolumenta vitæ exemplaris, & prædicationum Thomæ à Ieſu quas nunquam quatuor annorum ſpatio prætermiſit.

Dum autem huic ſancto exercitio ſuam omnem confert operam Nobiliſſima Comitiſſa de Linares ſoror ejus chariſſima, cæterique parentes: imò rex ipſe Philippus I I. Quo maximè potuerunt ſtudio, contenderunt, vt eum priſtinæ libertati reſtituerent, Regiúſque legatus Petrus Vanegas de Cordoua qui de expreſſo Regis mandato hanc libertatem ſollicitabat nunquam ab illo conſenſum potuit obtinere: ſed voluit verus Dei ſeruus, cum cæteris captiuis viuere, & mori captiuus: in ſuo ſemper charitatis exercitio perſeuerãs, ſuperadditis jejuniis, diſciplinis, & maxima vitæ auſteritate. Quæ omnia quadrageſimæ tempore majori ſpiritus feruore, duplicabat: præcipuè verò in illa vltima vitæ ſuæ, anni 1582. Singulis enim diebus captiuis omnibus, ſiue in ergaſtulo, ſiue in palatio Regiorum Legatorum, verbum Dei annuntiabat: vnde circa finem illius, in grauem incidit infirmitatem, quam præuidens fore vltimam, ſeſe ad mortem qua potuit diligentia præparauit, omnibúſque incredibili deuotione ſuſceptis jn hebdomada ſancta, Eccleſiæ Sacramentis, cum feria quinta in Cœna Domini jam ſe viribus deſtitutum videret, & maximè debilitatum: inſtanter petiit vt ad domum legati Regij deferretur, vbi diuina majoris hebdomadæ officia celebrabãtur, ibi denuò ſacroſanctũ altaris Sacramentũ deuotiſſimè recepit, quẽ poſteà in habitaculũ ſuũ reduxerũt, in quo ingraueſcente morbo, diem mortis ſuæ, & captiuorũ libertatẽ prædixit. Quare cũ illi renuntiatum eſſet ex ſua morte captiuos omni ſpe ſalutis, & libertatis orbatos ad partes Mahumetanorum confugere velle: jámque aliquos promiſiſſe fidem Catholicam ſe abnegaturos: ſtatim eos aduocauit, eorúmque ſtultitiam, & infidelitatem improperans, ad conſtantem in fide Ieſu Chriſti perſeuerantiam, maximo ſpiritus ardore, quamuis moribundus, hortatus eſt, breuíque, & ſtatuto tempore, eos in deſideratam libertatem reſtituendos fore prædixit. Et hæc fuit fuit vltima morientis Thomæ à Ieſu exhortatio, qui animas iſtas Deo rebelles: Ieſu Chriſto lucratus eſt, ſicque viuens, & moriens inimicorum ſuorum ſpoliis oneratus, meritíſque, ac virtutibus plenus repetito multoties dulciſſimo nomine Ieſu obdormiuit in Domino: Dominicæ incarnationis anno 1582. die 2. Paſchatis, ætatis ſuæ 53. & captiuitatis 4. ſepultus eſt cum habitu ſuæ Religionis quem nunquam, etiam infirmus dimiſit, non ſine luctu, & mœrore totius Luſitaniæ nobilitatis, omniúmque captiuorum mœſtitia.

Vult cum captiuis mori captiuus.

Mors R. P. Thomæ à IESV.

Ex his clarè conſtat qualis fuerit, & vnde acceptus primarius lapis, & Fundator ſeu Reſtaurator ſpiritualis ædificij Congregationis Diſcalceatorum Sancti Auguſtini, non alius certè quam Thomas à IESV, nec aliundè quàm ab ipſis calceatis Auguſtinianis, lapis inquam probatus, & angularis de quo Iſaïæ 28. dicit Dominus *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pratioſum, in fundamento funda-*

tum. Quam pulchrè hæc conueniunt inſtitutioni noſtræ diſcalceatorum, mittam, inquit Dominus, nam à Domino factum eſt iſtud, primarium lapidem Thomam à Ieſu in fundamentis Sion Auguſtinianæ religionis, auguſtæ Ciuitatis Dauid, id eſt, Dei regis magni, lapidem pretioſum, omnibus virtutibus ornatum, lapidem angularem qui facit vtráque vnum, diſcalceatos nempe, & calceatos in vna ſimul Auguſtinenſium religione connectens: lapidem tot tormentis, & cruciatibus, pro Chriſti amore probatum, & in fundaméto fundatum: inſtituit enim, & diſcalceatos fundauit in fundamento à D. Patre Auguſtino totius ordinis primo fundatore, qui omnes ſimul inſtituit, & diſcalceatos, & calceatos non tamen illos ſub peculiari titulo congregationis diſcalceatorum vt factum eſt à R.P. noſtro Thoma à IESV.

Thomas à IESV diſcalceatos inſtituit.

Nec mirum videri debet ſi hoc ſanctum ſpirituale ædificium jam inchoatum, & fundatum in altum erigere, & perficere: ob nimias eorum contradictiones non potuerit, qui nullum non mouerunt lapidem, vt opus inceptum deſtruerent: ſic enim video in aliis diuerſorum ordinum reformationibus factum fuiſſe. Et imprimis in ordine Seraphico S. Franciſci: dum multi deuoti fratres reformarentur, quidam vocati ſunt Cæſareni à fratre Cæſare Pariſino anno 1244. alij Clareni 1294. à Patre Ioanne Clareno, nõnulli Amedei 1460. à B. fratre Amedeo Narbonenſi 1314. & Gentiliſtæ à fratre Gentile ſpoletenſi laico 1351. Tandem Reuerendi Patres de Obſeruantia nuncupati annũ circiter 1370. ſtrictiſſimam inſtituerũt reformationem, opera & zelo fratris Pauli, & ſecundùm alios D. Bernardi Senẽſis: hic breuiter vbique multiplicati ſunt, non tamen ſine maxima eorum contraditione qui talem viuẽdi formam non modico proſequebantur odio, & ideo malè illos, ordinis Prouinciales excipiebãt, quare Benedictus Papa XIII. ſtrictè Reu. ordinis Generali præcepit, vt ſuperiorem ſeparatum, & à Prouincialibus ordinis independentem eis concederet, qui eorum Vicarius generalis vocaretur: ſicque pacificè in ſua ſtrictiori obſeruãtia 600. annorum ſpatio, vſque ad capitulum generale anni 1517. vixerunt, in quo ſigillum ordinis Conuentualibus ablatum, Patribus Obſeruantiæ à Leone X. datum eſt; cum Miniſtro generali ab alio independente. Succeſſu verò temporis relaxata regulari Obſeruantia, aliæ inſtitutæ ſunt reformationes ſub nomine Recollectorum diſcalceatorum ſiue reformatorum. In Hiſpania originem habuerunt Recollecti à deuoto fratre Ioanne de la Puebla anno 1484. & ſecundùm alios 1489. obtenta priùs licentia à Patribus regularis Obſeruantiæ, vitam auſteriſſimam tranſigebant: ſeorſum enim, & alternatim in loco ſolitario, & ſeparato per octo dies recolligebantur in ſolo pane, & aqua jejunantes: vnde nomen Recollectorum ſortiti ſunt. Hujus ſanctæ recollectionis filius fuit P. Ioannes de Gadalupa, qui hanc ſanctam reformationem mirum in modum ampliauit, obtenta enim licentia à R.P. generali fratre Franciſco Sanſone Capucium quadratum, & acutum accepit, à qua forma ipſe aliique Religioſi fratres de Capucio nuncupati ſunt: & quia nudis omnino pedibus incedebant fratres diſcalceati dicti ſunt, & fratres de Euangelio à nomine cuſtodiæ quam ſic appellant ab Alexandro VI. die 5. Septembris 1496. obtinuit vt in Regno Granatenſi vnicum poſſet conſtruere Monaſterium

Multæ reformationes in ordine Sancti Franciſci.

ſterium, & Nouitios ſub obedientia tantum Miniſtri generalis excipere, independenter à Iuriſdictione Parrum Obſeruantiæ. Multa tamen paſſus eſt hic ſeruus Dei cum aliis Recollectis, & quamplures ſuſtinuit contradictiones quas omnes ſua inuincibili patientia ſuperauit. Ab eodem enim Pontifice die 25. Iulij 1499. non ſolùm primæ bulllæ obtinuit confirmationem ſed etiam facultatem, & authoritatem quoſcunque Conuentus oblatos recipiendi. Quis modo non crederet ſopitas omnino, & extinctas fuiſſe aduerſariorum controuerſias: nihilominus poſtea majores exortæ ſunt, & ſuſtinuerunt P. Recollecti contradictiones, donec tādem ſuos habuere Prouinciales à R.P. Patrum Obſeruantiæ Prouincialibus exemptos, & à ſolo Miniſtro generali depēdentes. In Italia vocati ſunt Reformati, horúmque initium fuit anno 1525. à Patre Stephano Molina Hiſpano, & confirmati à Clemente VII. anno 1532. In Gallia verò Recollecti dicti ſunt quorum primi Authores fuerũt venerabiles Patres frater Robertus Preuoſt, & Franciſcus Dozieſchi anno 1582.

Alia fuit celebris Capucinorum reformatio quæ anno Domini 1525. incœpit à P. Mathæo de Baſchi ex Patribus de Obſeruantia, qui nudis omnino pedibus ambulabat. Confirmata fuit à Clemente VII. anno 1528. 3. Nonas Iulij, Paulo III. 1536. 8. Kalend. Septembris, & Pio IV. 1564. 4. Nonas Aprilis, ſub Regimine vnius Vicarij Generalis à Miniſtro generali Conuentualium dependentis donec tandem ſuum habuit generalem. *Capucinorũ inſtitutio.*

Nec defuerunt contradictiones B. Matri Thereſiæ excalceatorũ Carmelitarum fundatrici, dum hanc ſacram reformationē inſtituere voluit, quas etiam perſecutiones ipſimet Religioſi diſcalceati non ſuſtinuerunt, quibus quamplures moleſtiæ, & impedimenta eorum pium inſtitutum turbantia, per fratres ejuſdem ordinis mitigatos nuncupatos, illata fuerunt: donec à Gregorio XIII. in bulla *pia conſideratione* 1680. die 22. Iunij, omnes eorum Conuentus in vnam Prouinciam erexit, ſub vno Prouinciali excalceato ab aliis mitigatorum exempto, cum ſola dependentia à Priore totius ordinis generalis, à cujus etiam authoritate, & obedientia eos poſtea liberauit Clemens Papa VIII. anno 1593. in bulla *paſtoralis officij*, & benè ſanè *æquum enim & rationi conſonum eſt, vt qui arctioris regulæ Obſeruantiam ſectantur, Superioribus eorum qui in laxiori degunt non ſubjaciant, ſed quilibet ejuſdemmet profeſſionis Superiores habeant, & ab illis iuxta illorum inſtituta regularia proſperè, & feliciter gubernentur*, vt ait Gregorius XIII. mox citatus in fauorem excalceatorum Carmelitarum, & Vrbanus VIII. pro diſcalceatis reformatis ſanctiſſimæ Trinitatis redemptionis Captiuorum congregationis Hiſpaniarum, in bulla *ex quo regimen* anno 1636. *& ſubinde cum rationi conſentaneum non eſſet, vt qui arctioris regulæ ſectantur obſeruantiam, Superioribus qui in laxiori degunt ſubjaceant, ſed Superiores habeant ſui inſtituti. Nos propterea motu proprio*, &c. *Religioſi reformati, reformatos ſuperiores habere debent.*

Tandem in principio congregationum omnium reformatarum ordinis S. Auguſtini, multas etiam fuiſſe moleſtias, & contradictiones teſtantur bullæ Pontificiæ, quæ inter Conuentuales, & congregationē Lombardiæ, aliáſque, lites & controuerſias componunt: fidémque faciunt tot oppoſitiones contra Reformatam R. Patris Ioannis Baptiſtæ Poggij cōgregationem quam ipſemet

inſtituit fratrum de Obſeruantia S.Auguſtini,ſoccos ligneos geſtantium.Nullæ tamen validiores, & efficaciores fuère quam in primaria diſcalceatorum S.Auguſtini fundatione quæ tot oppoſitionibus exagitata, deſideratum finem tunc tēporis obtinere non valuit. Sic ergo hoc inchoatū opus reformationis Auguſtinianæ à Thoma de IESV,imperfectum remanſit:donec Deo ſic volente ejus ſucceſſor Ludouicus Legionenſis ad majorem Dei gloriam,& ordinis honorem proſperè, & fœliciter conſummauit.

§. I I.

Quis primus in Caſtella Diſcalceatos Auguſtinianos inſtituerit.

AB eo tempore quo R. P. Ludouicus Legionenſis ſtrictioris vitæ Recollectorum ſiue diſcalceatorum obſeruantiam cum P. Thoma à IESV profiteri ſtatuerat,jàq.inceperat,huic ſemper generi vitędeuotiſſimus fuit: ſolúmq, tēpus inquirebat opportunū hanc ſtrictā in Caſtella perficiendi reformationē,quā iſte in Luſitania cœperat.Quare poſt aliquot annos hanc nactus occaſionē, cū in prouincialē Caſtellæ electus eſſet domibus Recollectis dedit principium, quæ modo ſunt in Hiſpania, vt notauit Illuſtriſſimus Dominus Alexis de Menezez in vita R.P.Thomæ à Ieſu: & de illo ſic refert Cruſenius in Monaſtico Auguſtiniano pag.208 *Ludouicus Legionēſis,vir Latinis,Græcis, Hebraiciſque litteris inſtructiſſimus, Cathedraticus in Salmantica Vniuerſitate, Vicarij Generalis officio, & Prouincialis munere donatus,Prouinciam laudabiliter rexit,arctioriſque vitæ initium fuit*, id eſt, diſcalceatorum Recollectorum, *ac tandem obiit emeritus anno* 1591. Si ergo Thomas à Ieſu prima jecit diſcalceatorum fundamenta, opus tamen inchoatum dimittere coactus eſt iſte autem poſt illius obitum totum hoc ſpirituale ædificium reformationis ordinis S.Auguſtini, ſub titulo, & denominatione diſcalceatorum ad faſtigium vſque compleuit. Quare etiam jure meritò vterque fundator ac inſtitutor dici poteſt, quamuis enim propriè loquendo vt ſuprà dixi, D.Pater Auguſtinus ſolus, & vnicus ſit fundator totius ordinis, ſiue calceatorum, ſiue diſcalceatorum: cum ſuos Eremitas ſic inſtituit, vt quibus valetudo permitteret nudis pedibus incederent,& qui non poſſent calceamentis vterentur:attamen quia Thomas à Ieſu, & Ludouicus Legionenſis hanc peculiarem inſtituerunt ordinis congregationem, ſub titulo Recollectorum, ſiue diſcalceatorū S.Auguſtini, illius fundatores appellantur, ordiníſque Auguſtiniani ſub hac denominatione reformatores: vnde diſcalceati,etiam reformati dicuntur. Sic autem inſtituti fuère.

Inſtitutio diſcalc. in Regno Caſtellæ à R. P. Ludouico Legionenſi.

Anno à partu Virginis 1588. Sixto V. in Eccleſia Clauum tenente Reuerendiſſimus in Chriſto P.Gregorius Petrochinus à Montelparo totius ordinis S.Auguſtini Generalis meritiſſimus, & ab eodem Pontifice ob præclaras virtutes circa finem ſui Generalatus ad purpuratorum apicem aſſumptus. Viſitationis cauſa Hiſpaniam appulit, peténſque Madritum vt Philippum II

Hiſp a.

Hiſpaniarum Regem ſalutaret, ab eodem de ordinis reformatione ex parte notabiliorum Patrum Prouinciæ Caſtellæ ſollicitatus qui Regiæ Maieſtati ſignificauerant, ſe hanc reformationis diſcalceatorum auſteritatem, iuxta formam primæuæ inſtitutionis Auguſtinianæ proffiteri velle: inter quos præcipuus fuit Ludouicus noſter Legionenſis eiuſdē Prouinciæ olim Prouincialis, poſteà verò Vicarius Generalis. Ad piam Catholici Regis petitionem R.P. Generalis Comitia prouincialia Regni Caſtellæ, Toleti conuocauit: vt ibi de hac Recollectorum, ſiue diſcalceatorum reformatione tractaret. Conueniunt patres conſcripti, ſtatutóque die, à feſto ſcilicet S. Andreæ ejuſdem anni 1588. congregantur. Hoc tam arduum exponitur, & magni momenti recollectionis præfatæ negotium, quod ab omnibus laudatur, & approbatur: ideóque à R.P. Generali, cæteriſque capitularibus demandatum fuit R. P. Ludouico Legionenſi tunc primò Definitori, & fratri Hyeronimo de Gueuarra Segobienſi, Priori tunc Burgenſi, & Prædicatori Apoſtolico peritiſſimo: vt modū viuendi præfatis Recollectis præſcriberent: & ea ſeligentes, quæ in ordine ſtrictioris olim erant Obſeruātiæ, Normam reformationis à primæua S. Auguſtini inſtitutione ducerēt, & peculiares pro hac cōgregatione cōficerent cōſtitutiones.

Inſtituitur cong. diſcal. S. Auguſt. in in cap. Prouinc. Tolet. calceat. præſente & præſidente R. P. Generali totius ordin.

Quis modo ſpurios, & adulterinos S. Auguſtini filios dixerit eſſe diſcalceatos? qui ab ipſomet Generali totius ordinis Auguſtiniani, cæteriſque Patribus totius Prouinciæ Caſtellæ capitulariter congregatis, ex Auguſtiniana Matre Religione veluti legitimo Matrimonio, de conſenſu, & approbatione S. Matris Romanæ Eccleſiæ procreati ſunt: hæc profectò ignorauit, aut ſe ignorare fingunt qui in diſcalceatos effrenato; & præcipiti furore inuehuntur, quaſi eorum inſtitutio partus quidam fuerit abortiuus, generationiſque adulteræ procreatio; cum ſuos tamen veros habeat progenitores, Reuerendiſſimum nempe totius ordinis Generalem, alióſque totius prouinciæ Caſtellæ Patres ſcientia non minus quam ſanctitate celeberrimos, præcipuè verò Ludouicum Legionenſem primum Definitorem cujus humeris tota hujus ſpiritualis ædificij moles impoſita fuit.

Diſcalceati veri filij S. Auguſtini.

Vt autem ſine mora, hinc ſancto inſtituto principium daretūr, ab eodem capitulo, Conuentus aſſignatus eſt Talabricenſis quò ex Salmantico, aliiſque Conuentibus ſex inſigniores Patres cum fratre Franciſco laïco peruenerunt, vbi cum incredibili omnium ædificatione ſimul cum antiquis illius Conuentus Patribus non reformatis vixerunt. Peractis ſanctiſſimè nouis hujus reformationis conſtitutionibus, Capitulum intermedium in Monaſterio Dominæ noſtræ De Lino celebratum eas approbauit, & ab omnib. reformatis obſeruari decreuit. Propriiſque manibus ſuſcripſerūt R.P. Prouincialis Magiſter Petrus de Roxas Marchionū de Poza primariæ in Hiſpaniæ nobilitatis filius, Aſturienſis poſtea ac Oxomenſis Epiſcopus, & quatuor Definitores Magiſter Ludouicus Legionenſis, P. Gabriel de Gualdaraz, P. Lucas de Medina, & Pater Antonius de Arze die 2. Septembris 1589. vt ex ipſa viuendi forma conſtat; in cuius exordio de legitima ad id ſibi authoritate Conceſſa verbis expreſſis ex Hiſpano idiomate in Latinum conuerſis, ſic loquuntur. *Authoritate nobis ad hoc cōceſſa à R.P. Gregorio Elparēſi Priore Generali iuxta decretū in capitulo*

Prouinciali celebrato Toleti anno elapſo 1588. hæc quæ sũt inferius, ordinamus, &c.

Cùm autem optima fama, ſanctæque conuerſationis Auguſtinenſium diſcalceatorum bonus odor longius peruolaſſet, inſigniores totius regni ciuitates, & oppida inſtanter à R.P. Prouinciali petierunt, vt noua eorundem Fratrum Monaſteria conſtruere poſſent. Quare R.P. Petrus de Roxas Prouincialis hæc noua Monaſteriorum loca licentiam & facultatem acceptandi à R.P. Generali obtinuit Hiſpali die 21. Aprilis 1589.

Facultatem fecimus M.F: Petro de Roxas, vt in Prouincia noſtra Caſtellæ vbi eſt ipſe Prouincialis durante tempore ſui prouincialatus, in diſtrictu duntaxat ſuæ juriſdictionis: queat domos, & loca Recollectorum noſtri ordinis accipere, ac inibi noua loca pro eis fundare, & inſtituere, ſub poteſtate ejuſdem prouinciæ, itavt nunquam poſſint ab ea ſeparari, ſub pœna amiſſionis dictorum locorum quæ in tali caſu eidem Prouinciæ incorporanda eſſe volumus, Priores autem, & communes alij Officiales ſemper fiant à Definitorio Prouinciali, & ſecundùm Regulam, & conſtitutiones noſtras, ſtrictiori quodam modo viuere teneantur, &c.

Ad hanc interim arctam, & auſteram reformationem conuolabant vndiq; ex obſeruantia quamplures non infimæ notæ Patres: & indies reformatorum augebatur numerus, quorum omnium nomina infrà deſcribentur cum de viris illuſtribus hujus congregationis ex profeſſo tractabitur. Degebant tamen adhuc in eodem Conuẽtu Talabricenſi Patres illi qui ſtrictiorẽ iſtam viuendi formam non acceperant, ſimúlque omnes promiſcuè, vnanimes tamen viuebant: quod cum excellentiſſimus Talabricenſis Senatus in futurum aliquod inconueniens generare poſſe animaduerteret, jámque ſufficientem Reformatorum numerum videret, ad Præfatum prouincialem, efficaciſſimam tranſmiſit Epiſtolam, vt pro ſuo zelo, ac deuoto erga reformationem obſequio ſuper hoc prouidere, & præfatum Conuentum ſolis reformatis conſignare dignaretur. Erat autem eo tempore prædictus Magiſter Petrus de Roxas Prouincialis, in actuali Conuentus Metimnæ Duelli viſitatione: qui dum incruentum Chriſti ſacrificium in altari Dominæ noſtræ de pacẽ quadam die deuotiſſimè perageret, & pro viuis conſuetam ageret memoriam, ſubitò apparuerunt ei ſplendores maximi, totam illam illuminãtes Eccleſiam, quos ipſe intentus per aliquot temporis ſpatium aſpexit permanentes. Peracto ſacroſancto Miſſæ ſacrificio: dum in Sacrario, hujus præteritæ viſionis myſterium, ſuaui ſilentio, & attenta conſideratione ſcrutaretur. Ecce accedens ejus ſocius præfatam Senatus Talabricenſis tradidit ei Epiſtolam: à cujus lectione ſtatim intellexit, prçterita ſplendorum viſione ſignificari auſteram hanc reformationem ſuis fructibus, ac laboribus in Eccleſia Catholica ſplendidiſſimos lucis radios emiſſuram eſſe. Quare juſtæ huic petitioni benignè annuit, & quamprimum R.P. Magiſter Didacus de Orellana, ex peculiari illius commiſſione R.PP. non reformatos, in alios Prouinciæ Conuentus tranſmiſit. Sícque in Pacifica iſtius noui Conuentus poſſeſſione P. Recollecti diſcalceati feruentiſſimo ſemper, & Apoſtolico ſpiritu vitam, & conuerſationem Priorum Eremitarum ſub ſancto, & cum S. Auguſtino æmulantes, orationibus ſemper intenti, quatuor per hebdomadam diebus pane ſolo, & aqua contenti, aliiſque diebus tenui cibo re-

creat

creati & ſolis ſæpè herbis ſuſtentati, victitantes remanſerunt die 13.Kalend. Nouembris 1589.

Quamplures huic modo viuendi ſe addixerunt, multáque Madriti, Nabæ Portilli, Toboſij, & alibi extructa ſunt Monaſterij, ſub juridictione tamen & obedientia PP. Prouincialium calceatorum, prouinciæ Caſtellæ: donec de communi conſenſu, à ſe inuicem authoritate Apoſtolica ſeparati ſunt, eorúmque Conuẽtus tam hactenus recepti quam in poſterum recipiendi in Regnis Hiſpaniarum exiſtentes in vnam prouinciam S. Auguſtini nuncupandam F. Recollectorum diſcalceatorum Hiſpaniarum à Iuriſdictione, & obedientia prouincialis calceatorum ſolutam à Clemente VIII. perpetuò erecti & inſtituti fuerunt.

CLEMENS PAPA VIII.

AD perpetuam rei memoriam, Apoſtolici muneris nobis licet immeritis diuina diſpoſitione commiſſi, ratio poſtulat vt Religioſos quoſcunque, eorum præſertim qai ſub ſtrictiori regulæ obſeruantia Altiſſimo famulari ſtudent quieti, & proſpero regimini libenter conſulamus, eóſque ſpecialibus fauoribus & gratiis proſequamur prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire, cum itaque ſicut accepimus venerabilis frater Dominicus Archiepiſcopus Sipontinus, noſter & Apoſtolicæ ſedis Nuntius vigore commiſſionis, & facultatis per nos ſibi ad hoc per noſtras in forma breuis litteras ſub dat. die 24. Martij 1601. expeditas quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, attributæ, aſſentientibus & petẽtibus dilectis filiis Priore Prouinciali, & fratribus ordinis Eremitarum S. Auguſtini calceatis prouinciæ Caſtellæ ab eorũ prouincia, dilectos etiam filios Diffinitorem, & fratres Recollectos, ſeu diſcalceatos ejuſdem ordinis Eremitarum S. Auguſtini in prædicta prouincia Caſtellæ exiſtentes, eorúmque Conuentus, Madritij, Talauecæ. Nabæ, Pertilli, & Tonoſij, ac alios fundatos, & fundandos: nec non res, & bona quæcunque perpetuò ſeparauerit, & ſegregauerit, ac à gubernio & ſuperioritate prouincialis, & fratrum calceatorum prædictorũ exemerit, & liberauerit, ac alios circa ſtatum, & gubernium eorundem fratrum Recollectorum diſcalceatorum diſpoſuerit, & ordinauerit prout in ipſius Dominici Archiepiſcopi, & Nuntij patentibus literis deſuper expeditis, quarum etiam tenorem præſentibus pro expreſſo haberi volumus, plenius dicitur contineri.

Nos eorundem FF. Recollectorum diſcalceatorum quieti, & proſpero ſtatui amplius conſulere, eóſque vt ſtrictiorem regularem Obſeruantiam, quam profitentur ad Dei laudem, & Chriſti fidelium ædificationem, & animarum ſalutem: vt decet retinere, & obſeruare poſſint, ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, nec non Diffinitorem, & ſingulares fratres Recollectos diſcalceatos hujuſmodi, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis, à jure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes. Supplicationibus eorum nomine per dilectum filium Ioannem de S. Hyeronimo eorum Procuratorem Generalem

in Romana Curia reſidentium, nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ſeparationem & diuiſionem ipſorum Diffinitoris, & fratrum Recollectorum diſcalceatorum ordinis Eremitarum S. Auguſtini, in quacunque Regnorum Hiſpaniarum parte exiſtentium, à Prouinciale, & fratribus Prouinciæ Caſtellæ ordinis fratrum calceatorum Eremitarum S. Auguſtini, à prædicto Dominico Archiepiſcopo, & Nuncio factas: & prout illas concernunt litteras patentes ejuſdem Dominici, Archiepiſcopi & Nuncij deſuper expeditas, authoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus: illiſque perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos tam juris quam facti defectus, ſi qui in eiſdem interuenerint ſupplemus: Et nihilominus Diffinitorem, & fratres Recollectos diſcalceatos Regnorum Hiſpaniarum prædictos, eorúmque Conuentus, res & bona quæcumque, à Prouincia, prouinciali & fratribus calceatis dicti ordinis Eremitarum S: Auguſtini tam Prouinciæ Caſtellæ quam aliarum quarumcunque Prouinciarum, eorúmque cura, gubernio, & ſuperioritate authoritate, & tenore prædictis quatenus opus ſit de nouo diuidimus, & ſeparamus, ac eximimus, & liberamus, ipſóſque Diffinitorem, & fratres Recollectos diſcalceatos, eorúmque Conuentus, res & bona quæcunque, à Prouincia, Prouinciali & fratribus calceatis dicti ordinis Eremitarum S. Auguſtini tam Prouinciæ Caſtellæ quam aliarum quarumcumque Prouinciarum, eorumque cura, gubernio, & ſuperioritate authoritate, & tenore prædictis quatenus opus ſit de nouo diuidimus, & ſeparamus ac eximimus, & liberamus, ipſoſque Diffinitorē, & Fratres Recollectos diſcalceatos, eorumque Conuentus tam hactenus receptos quam deinceps recipiendos in Regnis Hiſpaniarum exiſtentes, in Prouinciam S. Auguſtini nuncupandam Fratrum Recollectorum diſcalceatorum Hiſpaniarum, perpetuo erigimus, & inſtituimus, eiuſque Prouinciæ ſic erectæ, & inſtitutæ Prælatum de cætero Priorem Prouincialē, eiuſque Prouinciæ S. Auguſtini denominari: & in capitulo Prouinciali tam hac prima vice quam deinceps quandocumque opus fuerit de triennio in triennium, iuxta regularia eorumdem Fratrum Recollectorum inſtituta canonicè eligi debere volumus, & declaramus, ipſis verò futuro Prouinciali ac cæteris ſuperioribus, fratribus & Conuentibus eiuſdem Prouinciæ S. Auguſtini, vt omnibus & ſingulis priuilegijs, gratijs, indultis exemptionibus libertatibus, immunitatibus, fauoribus conceſſionibus, & indulgentiis quibus aliæ prouinciæ, aut Prouinciales Conuentus, & fratres dicti ordinis Eremitarum S. Auguſtinij, & præſertim quibus dicta Prouincia Caſtellæ eiuſque prouincialis, atque conuentus, & fratres vti frui potiri, & gaudere ſolent, & poſſunt, ac poterunt quomodo libet infuturum) ſaluá regulari eorumdem Fratrum Recollectorum diſcalceatorum Obſeruantia) vti frui, potiri, & gaudere poſſint, & valeant concedimus & Indulgemus.

Hanc autem Prouinciam S. Auguſtini Recollectorum diſcalceatorum Hiſpaniarum, eiuſque Priorem Prouincialem Conuentus, & fratres tunc & pro tempore exiſtentes, Iuriſdictioni, viſitationi, correctioni, & reformationi dilecti filij Prioris Generalis eius ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtinij immediatè ſubijcimus, & ſupponimus, ac ab ipſomet Priore Generali perſonaliter viſitari, & reformari poſſe: qui Prior Generalis in viſitatione huiuſmodi vnum diffinitorem eorundem F. Recollectorum ex antiquioribus, & alterū religioſum magis ido

idoneum, ex eidem patribus recollectis qui illum de ſtatu totius prouinciæ S. Auguſtini huiuſmodi informare poſſint, & debeant, aſſumere teneatur.

Verumtamen ipſum Priorem Generalem, neque ante neque poſt huiuſmodi viſitationem, neque in ipſo actu viſitationis ipſis FF. Recollectis aliquam exceptionem, aut libertatem concedere, neque conſtitutionibus, & regularibus inſtitutis eiuſdem Prouinciæ S. Auguſtini derogare: ſed illorum tranſgreſſores caſtigare, ac pœnis in eiſdem conſtitutionibus inſlictis afficere poſſe. In ſuper neminem qui profeſſionem per eaſdem FF. Recollectos diſcalceatos emitti ſolitam non emiſerit, eorum habitum ſub excommunicationis maioris pœna induere poſſe, & ſiquem non profeſſum huiuſmodi eo habitu indutum reperire contingat, ipſo habitu exui, & priuari à quocumque licite poſſe Neque etiam cuicumque FF. Recollecto diſcalceato profeſſo, ad FF. calceatos eiuſdem ordinis, ſiue ad quemcumque alium ordinem laxiorem ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ licentia tranſire licitum eſſe & ſecus facientes pœnas per Apoſtolicas conſtitutiones, & regularia eiuſdem ordinis inſtituta inſlictas eo ipſo incurrere, ſicque & non aliter per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, ac ſedis Apoſtolicæ nuncios etiam de latere legatos iudicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus, & ordinamus.

Cæterum circa alia quæ præſentibus non ſunt expreſſa Prouinciam prædictam S. Auguſtini, eorumque conuentus, & FF. iuxta regularia inſtituta & conſtitutiones in capitulis Prouincialibus eiuſdem Prouinciæ canonicè faciendas gubernari debere ſtatuimus. Quocirca prædicto Dominico Archiepiſcopo nūc & pro tempore exiſtenti noſtro, & Apoſtolicæ ſedis in eiſdem regnis Hiſpaniarum Nuncio, ac venerabili fratri Archiepiſcopo Toletano, nec non dilecto filio Curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ Generali auditori per præſentes committimus, & mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque vbi & quãdo opus fuerit, & quoties proparte dilectorum prouincialis, & FF. Recollectorum Prouinciæ S. Auguſtini fuerunt requiſiti, ſolémniter publicantes eiſque in promiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra præmiſſa omnia, & ſingula inuiolate perpetuò obſeruari: & Prouincialem, & FF. dictæ Prouinciæ S. Auguſtini eorumdem præmiſſorum effectu pacificè frui, & gaudere: non permittentes eos de ſuper à quoquàm quauis authoritate quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſcumque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque oportuna iuris, & facti remedia appellatione poſt poſita compeſcendo inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis nonobſtantibus fel rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna, & in Concilio generali, edita de duobus diætis, dummodo vltra tres diætas aliquis authoritate præſentium ad iudicium non trahatur: aliſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac eiuſdem ordinis FF. Eremitarum S. Auguſtini, & dictæ Prouinciæ Caſtellæ etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annullo piſcatoris die vndecima Februarij 1602. *Pontificatus noſtri anno vndecimo.*

Sic ſeparata diſcalceatorum prouincia ſub vno ejuſdem profeſſionis pro prouinciali diuerſos Conuentus, hominéſque inſignes receperunt, neque am pliſſimis Hiſpaniarum limitibus coarctari voluerunt ſed ad Barbaras vſque Nationes, hæc vinea chriſti nouiter plantata, palmites ſuos, & propagines, longè, latéque extendit.

§. III.

Progreſſus Auguſtinianorum diſcalceatorum in Partibus Indiarum & Inſulis Philippinis.

VBeres ſemper fructus Sacer ordo Eremitarum S. Auguſtini, in agro militatis Eccleſiæ, in propagatione religionis, & fidei orthodoxæ etiam apud exteras, & barbaras quaſcumque nationes vtiliter produxit: quod diligenter attendentes diſcalceati ejuſdem Patris, & ordinis veſtigiis firmiter inhærentes, dignum cenſuerunt & debitum, infidelium etiam, & Paganorum conuerſioni ex totis viribus operam dare. Quare ſub potentiſſimo Hiſpaniarum Rege Philippino III. ad Indianas nationes, & loca vicina Patres aliquos doctrina, & pietate inſignes tranſmittere ſtatuerunt, omnibúſque ritè præparatis anno Domini 1606. in Commiſſarium profectus eſt R. P. Ioannes à S. Hyeronimo eximiæ virtutis viro, qui ob ejus merita in Chiapenſem Epiſcopum electus, id onus religiosè, & modeſtè recuſauerat: vt Chriſtiferorum militum ductor, & Magiſter eſſet. Hic ergo ſtrenuiſſimus Chriſti miles cum duodecim aliis Religioſis, velut altero Apoſtolorum Collegio, nihil tollentes in via niſi virgam tantum, non peram, non panem, neque in zona æs: ſed calceati ſandaliis, ſolo conuerſionis infidelium amore flagrantes, tot terrarum, maríſque periculoſas peregrinationes ad animas Ieſu-Chriſto lucrandas, fidémque Chriſtianam propagandam libenter, & intrepidè ſuſceperunt. Iſti autem fuerunt, P. Andreas de S. Nicolao, P. Michaël à S. Maria, P. Hyeronimus de Chriſto, P. Petrus à S. Fulgentio, P. Didacus ab Annunciatione. P. Rodericus à S. Michaële, P. Franciſcus Baptiſta. P. Franciſcus à Matre Dei, Frater Andreas à Spiritu ſancto, nõdum Sacerdotio inſignitus: ſanctitate vitæ, & doctrina omnes Clariſſimi cum fratre Ioanne à S. Guillelmo, Fratre Hyeronimo à Matre Dei, & Fratre Ioanne à S. Hyeronimo Laïcis: quibus poſtea fuit adjunctus alter ejuſdẽ voti F. Simõ à S. Ioſeph qui cũ in inſulis Philippinis meſſẽ quidem multam eſſe didiciſſent, Operarios verò deeſſe: huc ſtatim ſe contulerũt, & in principali inſula de Luzon, tanquam diuina oracula benignè ac humaniter excepti ſunt. Diuerſis temporibus ſex doctrinarum (vt vocant) cœnobia conſtruxerunt (ibi enim ea omnia quæ ad fidem Catholicam ſpectant docentur) in inſulis de Calamina tria: & in inſula Zibu, & Caraga quinque, pro quibus inſtruendis, ex aliis Hiſpaniarum prouinciis ſufficienter miſſi ſunt Religioſi: præcipuus autem Conuẽtus eſt in ciuitate Manilenſi: Secundus in vrbe Zibu ſub

Mittuntur diſcalceati in Indias & inſulas Philippin.

ſub titulo immaculatæ conceptionis S. Mariæ. Tertius S. Nicolai de Cabite. Quartus S. Andreę de Maſinglo. Quintus S. Iacobi de Bolinao, ſextus S. Nicolai de Maribelez. Septimus S. Nicolai de Tanda, aut S. Ioſeph de Caraga qui duo ſunt tituli propter præſidium quadraginta Hiſpanorum ibi continuò reſidentium. Hic mirabilia prorſus, & inaudita operatus eſt R. P. Ioannes à Matre Dei Villabannenſis cum enim in hac prouincia Indus quidam habitaret nomine Inuc, diuitiis, & armis potentiſſimus, continuiſque bellis Hiſpanos, & Indos pacificos cum exercitu duorum millium hominum infeſtaret, ad illum Præfatus Pater, ſola Dei gratia, & virtute munitus acceſſit: ſuáque diuina eloquentia illi perſuaſit, vt arma deponeret, & cum tota ſua familia ſacro Baptiſmatis fonte ablueretur. Quare poſtmodum à Deo bonorum omnium remuneratore, cumulatius meruit compenſari, & corona Martyrij donari anno ſiquidem 1635. Quidam Indus quem ipſe ad fidem Catholicam adduxerat, ſacro regenerationis Lauacro abluerat, omnibúſque Officiis, tum corporalibus tum ſpiritualibus affecerat: hunc ſuum inſignem benefactorem quatuor ictibus lanceis ætatis ſuę anno 39. confodit, ex eo ſolum quod ipſum monuiſſet vt mulierem ſuam liberam quam ſicut ſeruam & captiuam tenebat: ac de aliis vitiis, ac ſuperſtitionibus quas non dimiſerat acriter reprehẽdiſſet. Corpus ejus terrę mandatum propè arcem Hiſpanorum Caraghæ recubuit: & per ſingulas noctes lux magna ſuprà ſepulchrum per ſex integros menſes apparuit: donec in Conuentum Zebuenſem tranſlatum eſt. Octauus verò Conuentus S. Ioſeph de Butuan, è regione de Caraga. Nonus S. Sebaſtiani. Decimus S. Guillelmi de Iaquet. Vndecimus S. Auguſtini de Tuyo. Duodecimus S. Monicæ de Baldad. Decimus tertius S. Fulgentij de Dignez. Decimuſquartus S. Auguſtini de Cagayan. De hoc vltimo Conuentu ſcribit P. Andreas à ſpiritu ſancto Philippinarum prouincialis Manilæ die 29. Aprilis 1628. quod quidam Indi quibus perſuaſum fuerat vt fidem Chriſtianam ſectarentur, & pro amicis haberentur inopinatè & ex improuiſo in Chriſtianos inſurrexerunt, multiſque occiſis vltra ſexaginta viros, & mulieres effrænato ac præcipiti furore cum ſuis horrendis, & ferocibus armis quæ campilones vocant, in hunc diſcalceatorum Conuentuum peruenerunt, multiſque ab Eccleſia & ſacrario pretioſis ablatis cellulam cujuſdam Patris ingredientes, vt violentas ei manus inferrent; non ſine miraculo, ex eorum manib. à quibus non videbatur euanuit: ſicut Chriſto Domino accidit, cum illum Iudæi interficere vellent, de quo dicitur *ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat.*

R. P. Ioãnes à matre Dei lanceis Cõfeſſus ab Indiano, è vita migrauit

Luc. 4. 30.

Quantum verò in his Prouincijs RR Patres diſcalceati S. Auguſtini proficiant, manifeſtè deducitur ex relatione Illuſtriſſimi D. F. Petri Zebuenſis Epiſcopi ad ſacram Congregationem de propaganda fide ſub die 30. Nouembris 1627. Exponit enim quatenus inter S. Euangelij Miniſtros P. Auguſtiniani diſcalceati Congregationis Hiſpaniæ fructus vberes, & copioſos producunt in aſſidua infidelium illarum Inſularum conuerſione, in cuius ſola Diœceſi (præter alias diuerſorum Epiſcoporum) decem habent Conuentus: diù noctúque in vinea Domini totis viribus laborantes, eámque ſumma cura, & ſollicitudine excolentes, in his præcipuè nouis & barbaris regionibus, cum

imminenti, & continuò vitæ periculo: quibus notiobſtantibus maximũ infidelium numerum, ex omni genere, vtriuſque ſexus ad fidem noſtram cum ſpe maioris in poſterum progreſſus conuerterunt. In vna præſertim Inſula quæ ex maioribus iſtarum regionũ multas & diuerſas continet nationes, Infidelium, gentium, & mahumetanorum: ſuâque amplitudine toti Hiſpaniæ æquiparari poteſt: in qua iam præfati Patres ſuas habent Conciones, & Doctrinas.

Refert etiam D. Martinus de Herrera Ciuitatis Manilenſis proRex Religioſos Auguſtinianos excalceatos poſſeduſſe & etiam num poſſidere Indianorum doctrinas in Prouinciſs Zambalez, populis Mazinolo, & Bolinao: quos cum feroces eſſent, egregíſque bellatores eos, aliarum religionum Patres dereliquerant, verbúmque Domini diſſeminare deſtiterant ſolos autem diſcalceatos Auguſtinenſes hoc arduum charitatis onus, cum fœliciſſimo fidei Chriſtianæ progreſſu ſuſcepiſſe. Multi enim veram Ieſu-Chriſti fidem amplexi ſunt, & ex eorum ſancta conuerſatione, cum prius eſſent Barbari,& Crudeles, humanique ſanguinis effuſioni dediti: ita cicures, & manſueti facti ſunt, vt modo Hiſpani aliæque nationes eos confidenter frequentare poſſint.

Maximus autem fructus, & méſſis copioſa ſperatur in hac capaciſſima Inſula Mindanao, vt ſcribit P. Alphonſus à S. Bernado Procurator Generalis Inſularum, & Philippinarum prouincialis, ad P. Vicarium Generalem Patrem Hyeronimum à reſurrectione Manilæ ſub die VI. Auguſti 1628. cum enim Reuerendi Patres ſocietatis Ieſu anno 1597. facultatem & licentiam obtinuiſſent Inſulam Mindanao adminiſtrandi, illúcque ad eam acquirendam copioſus mitteretur exercitus, cum illo viam ſibi facilem, liberumque ingreſſum parauerunt: officio enim Cappellanorum fungebantur, nullos tamen ex Indianis ad fidem Chriſti toto illo tempore conuerterunt, quo per annum integrum in Tapacam commorati ſunt: anno verò 1599. cum publica fama percrebeſceret Iudianos contra Philipinas Inſulas arma cœpiſſe, crudeliſſimúmq. bellũ pertimeſceret Gubernator, hinc ſtatim totum ſuum exercitum cum præfatis Patribus Societatis Ieſu abduxit, quibus egreſſis, hanc miſſionem ſuſceperunt P. noſtri de Obſeruantia, & in Priorem elegerunt R. P. Petrum Xaraba, in vanum tamen, quia optatum finem aſſequi minimè potuerunt,quare ſex,aut ſeptem Clerici ſæculares,Butuanenſe miniſterium obtinuerũt:ſed poſt deſertionem Archidiaconi D. Alphonſi de Campo, Illuſtriſſimus D. Epiſcopus anno 1621. diſcalceatis noſtris Caragenſes & Butuanenſes adjudicauit: vt horum populorum de licentia Regij Gubernatoris curam haberent, & quæ ad fidem Chatolicam pertinent, eos diligenter docerent. Prætereà anno 1623. dedit eis D. Epiſcopus, regimen & adminiſtrationem de Campote, Cagayan, Sagao, totúmque Oppidum, & territorium Mindanao: verùm etiam vniuerſam Inſulam eodem anno conceſſit, ac generaliter vbicunque ſe conferre potuiſſent. Ad hæc anno 1625. voluit vt curam etiam haberent locorum à Bague, & vicini laci.

Tandem poſtquam in his regionibus ſex Cònuentus doctrinarum à diſcalceatis S. Auguſtini cum maximo fructu, & continuis Infidelium conuerſionibus inſtituti fuerunt: RR. Patres Societatis Ieſu, non ſolùm cum illis

ſocie

ſocietatem habere, verum etiam præfatam miſſionem ſibi vſurpare voluerunt, litémque poſt tot annorum legitimam poſſeſſionem intentarunt, volentes ipſi mittere quod diſcalceati, tantis laborum, & ſudorum impenſis diſſeminauerant. Nec mirùm ſi hæc S. contentio dicam meliùs æmulatio inter RR. Patres Ieſuitas, & Auguſtinianos excalceatos nata fuerit: illi enim qui tot fructus in Eccleſia Domini, ſingulari vitæ exemplo, doctrina, & ſanctitate aſſiduè producunt: in quibus præcipuè fulget feruentiſſimus animarum zelus, ardénſque deſideriũ ſanctum Dei propagandi Euangelium, has Prouincias longè latéque diffuſas infinitis propemodùm locis, & incredibili Indorum multitudine plenas prætendant: diſcalceati verò Auguſtinienſes eaſdem jure meritò ſibi acquiſitas totis viribus deffendant: ſancta enim, & Angelica ambitio eſt cura quam habent Cuſtodes de animis ſibi à Deo commiſſis, qui *ambitioſè Angelorum famulatu peruehuntur*, inquit S. Hilarius, legimus ſiquidẽ Danielis X. pia inter ſe Angelos æmulatione, pro populis ſibi commiſſis acriter dimicantes, Principem nempè ſiue Angelum Regni Perſarum contra Angelum Græcorum ſiue Macedonum, in cujus adjutorium venit Michaël vnus de primis principibus.

Nec ſolùm inter has barbaras nationes, ſed etiam in diuerſis Hiſpaniarum prouincijs, & numero Conuentuum, & Religioſorum multitudine propagati ſunt diſcalceati, quapropter earum omnium domorum ſeu Conuentuũ aliorúmque regularium locorum S. Auguſtini prouincia, in alias quatuor videlicet S. Auguſtini in Regnis Caſtellæ-nouæ & veteris: B. Mariæ de pilari in Regnis Aragoniæ, & Cathaloniæ: B. Thomæ de Villa-noua in Regnis Valentiæ & Bethicæ: ac S. Nicolai de Tolentino in Indiis Philippinis, cum IV. prouincialibus ſub vno Vicario Generali, & IV. Diffinitoribus Generalibus authoritate Apoſtolica poſtmodùm diuiſa fuit: provt ampliùs in bulla Gregorij XV. continetur quæ incipit, *Ad Sacram B. Petri ſedem* §. 11. *Subinde verò pro parte tunc exiſtentis Procuratoris Generalis eiuſdem Congregationis nobis expoſito quod numerus domorum ſeu conuentuum, & aliorum Regularium locorum dictæ Prouinciæ S. Auguſtini (benedicente Domino excreuerint) vt Prouincia S. Auguſtini in plures Prouincias diuidi poſſit, & ſi dictæ congregationis futurum foret, ſi illa de cætero per vnum illius Vicarium Generalem regeretur, & gubernaretur. Nos ſupplicationibus eiuſdem Procuratoris Generalis nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati dilectis filijs tunc exiſtenti Priori Prouinciali, ac aliis Superioribus & Fratribus dictæ Congregationis prædictam S. Auguſtini in plures Prouincias, provt domorum Conuentuum, & aliorũ Regularium locorum oportunitas ſuaſiſſet, arbitrio tamen Venerabilis fratris noſtri Antonij Epiſcopi Oſtienſis Cardinalis Saulij nuncupati, dicti Ordinis apud nos, & Apoſtolicam Sedem Protectoris diuidere: necnon vnũ Vicariũ Generalem ejuſdẽ cõgregationis qui ipſi cõgregationi præeſſet, eámque regeret, & gubernaret, canonicè eligere liberè, & licitè poſſẽt: ita tamẽ vt nullatenus præiudiciaret ſuperioritati, & auctoritati Prioris generalis dicti ordinis, ſed eidẽ Vicarius, prouincialis, & FF. diſcalceati prædicti ſubiecti remanerẽt in omnib. & per omnia. ſicut prius erant, Apoſtolica auctoritate licentiam, & facultatem cõceſſimus, & impartiti*

Congregatio diſcalc. Hiſpania diuiditur in 4. prouincias

I

titi ſumus, prout in noſtris in ſimili forma breuis ſub die Iunij 1621. Expeditis literis quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Cum autem ſicut accepimus prædictus Antonius Epiſcopus, & Cardinalis in vim, & executionem literarum noſtrarum huiuſmodi Capitulum generale deſuper celebrari mandauerit, & dilectum filium Gabrielem de Conceptione eiuſdem Congregationis Procuratorem generalem, in huiuſmodi Capituli generalis Præſidem elegerit, conſtituerit, & deputauerit: dans illi auctoritatem diuidendi Prouincias, prout capitulo generali prædicto expedire viſum fuiſſet, prout in ipſius Antonij Epiſcopi, & Cardinalis deſuper confectis patentibus literis, plenius dicitur contineri. In Capitulo autem generali huiuſmodi dilectus filius Hyeronimus de Reſurrectione ipſius congregationis profeſſor, in eiuſdem congregationis Vicarium generalem electus fuerit, ac prædicta S. Auguſtini in quatuor Prouincias, videlicet S. Auguſtini in Regnis Caſtellæ nouæ & veteris: B. Mariæ de Pilari, in Regnis Arragoniæ, & Cathaloniæ: B. Thomæ de Villanoua, in Regnis Valentiæ, & Bethicæ: ac S. Nicolai de Tolentino, in Indiis Philippinis diuiſa: nec non quatuor Prouinciales aliique officiales neceſſarij electi, & poſtmodum proſœlici, & proſpero ipſius congregationis regimini, & progreſſu conſtitutiones, & decreta edita reſpectiuè fuerint tenoris ſub ſequentis videlicet.

Quod omnes electiones tam Vicarij generalis, Diffinitorum, Procuratorum Generalium, Romanæ Curiæ, ac Regiæ, & Secretarij Generalis, quam priorum Prouincialium; & Conuentuum, Rectorumque Collegiorum: fiant in Capitulis generalibus, tam ex præſentibus quam ex abſentibus Congregationis.

Item quod Vicarius generalis toti congregationi præſit, eamque regat, atque gubernet, cum omnimoda poteſtate ſicut habet Reuerendiſſimus Generalis in toto Ordine, tam ex iure quam ex priuilegijs, ſine tamen præiudicio eiuſdem Patris Generalis, & facultatem ſibi in dictam congregationem conceſſarum, & competentium quod officium, & poteſtas Vicarij generalis per ſex annos duret, quibus finitis eo ipſo illius poteſtas, & auctoritas abſque alia reuocatione expiret, & nouus Vicarius generalis eligatur, & niſi intermiſſo altero ſexennio iterum in Vicarium generalem, non eligatur.

Item quod Diffinitor primus, omnibus capitulis generalibus dictæ Congregationis, quando eligendus eſt nouus Vicarius generalis, præſideat vſque ad electionem noui Vicarij generalis. quod non fiant Diffinitores Prouinciales, ſed tantum quatuor Diffinitores generales, ſinguli ex ſingulis Prouinciis, quorum conſilio, & interuentu ipſe Vicarius generalis vti debeat, tum in grauioribus controuerſis cauſis, & apellationibus vniuerſæ Congregationis, & ſingulorum FF. expediendis, tum in prouinciarum ſingulorum Monaſteriorum, & domorum reformatione, ac ſingulari obſeruantia dirigenda.

Item quod Vicarius generalis ſine conſilio, & conſenſu Diffinitorij generalis nullum Religioſum ad pœnas grauiſſimas, vel priuationem habitus, & alia huiuſmodi condemnare poſſit.

Item quòd Vicarius generalis ad minus ſingulis ſex Menſibus conuocare; & congre-

congregare debeat quatuor Diffinitores generales, ad diſcernendas, & iudicandas cauſas FF. & Conuentuum: ad tractandum de ſtatu, & reformatione totius Congregationis, & officia tunc temporis vacantia prouidenda, quæ vſque ad proximum capitulum generale perdurabunt.

Item quod Diffinitores Generales, & Priores Prouinciales triennales ſint, & in eiſdem vel ſimilibus officiis niſi tranſacto altero triennio eligi non poſſint.

Item quod Priores Conuentuum, Rectores Collegiorum, Procuratores, & Secretarij prouinciales etiam durent ad tres annos, & niſi intermiſſo anno cum dimidio, in eiſdem vel ſimilibus officiis eligi non poſſint, niſi nouem patribus Diffinitorij generalis pro altero triennio eligi conuenire videbitur.

Item quod Secretarij, & Procuratores, generales tam Curiæ Romanæ, quam Regiæ etiam durent ad tres annos, niſi Pater Vicarius Generalis, & Diffinitores generales eſſe conueniens iudicauerint, vt pro altero trienino eligantur.

Item quod Capitulum generale Congregationis tertio quoque anno celebretur, Dominica tertia poſt Paſcha Reſurrectionis, illudque in ſingula triennia indicendum, & conuocandum Vicarius generalis curam habeat: atque in eodem capitulo ſingulis trienniis noui Diffinitores generales, Priores Prouintiales, & Conuentuales, Rectores Collegiorum Procuratores generales, ac Secretarius generalis, nec non procuratores, & Secretarij Prouinciales eligantur: ſicque ſexto quoque anno in capitulo generali nouus Vicarius generalis elegi debeat, qui ſtatim confirmetur à Præſidente capituli, abſque præiudicio conſtitutionis faciendæ à Patre Generali.

Item quod ad Capitulum Generale dictæ Congregationis conuenire teneantur, præter Vicarium Generalem præſentem, & abſolutum illius ſexennij, tantum quatuor Diffinitores Generales, Procurator Generalis Regiæ curiæ, & Secretarius Generalis, & ex vna quaque Prouincia Prouincialis cum Diffinitore, & diſcreto electis in Capitulis Prouincialibus, quæ fieri debeant ſuo tempore, infra vltimum annum triennij, antequam celebretur capitulum generale: qui omnes ſolummodo vocem habebunt ad eligendum Vicarium Generalem, quatuor Diffinitores generales, Secretarium, ac Procuratores Generales, & Priores Prouinciales.

Item quod ad eligendum Priores Conuentuum, Rectores Collegiorum, Procuratores, ac Secretarios Prouinciales ſolum conueniant, & habeant vocem nouem Patres ſcilicet, Vicarius generalis præſens, & abſolutus, illius ſexennij, quatuor Diffinitores Generales abſoluti, & Prouincialis abſolutus illius triennij, ſimul cum Diffinitore, & diſcreto illius Prouinciæ cuius officia fuerint, quæ Prouidenda ſunt, quia maiorem notitiam habebunt de ſtatu Prouinciarum.

Item quod ſi Vicarius Generalis ante finitum tempus ſui muneris à vita migrauerit, vel ab officio amotus fuerit, Vicarius abſolutus, & eo defficiente Prouincialis in cuius Prouincia mortuus fuerit, toti Congregationi præſideat, locum & poteſtatem Vicarij Generalis habeat, vſque ad Dominicam tertiam poſt Paſcha Reſurrectionis proximè futuram, in qua celebrari faciat Capitulum generale, & tunc nouiter electus munus ſuum exerceat non ſolum vſque ad capitulum in quo faciendæ ſunt omnes electiones, ſed etiam per ſequens triennium.

Item quod ſi vicarius Generalis irreligioſè Vixerit, vel in ſui officij adminiſtratione male ſe geſſerit, ad Diffinitorium generale in capitulis Generalibus eius culpas corrigere, & caſtigare pertineat.

Item quod Priores Prouinciales durante ſuo officio eam auctoritatem, & poteſtatem habeant in tota prouincia, quam cæteri Prouinciales habere conſueuerunt dummodo inſtitutis, dictæ Congregationis non aduerſentur, vel a capitulo generali eius poteſtas non fuerit limitata.

Item quod in Prouincia Indiarum Philippinarum propter magnam loci diſtantiam, in ſuis capitulis Prouincialibus quæ fieri debent ſingulis trienniis, eligantur Prouincialis, quatuor diffinitores Prouinciales, priores Conuentuum, & alij officiales qui in ſimilibus Capitulis Prouincialibus eligi ſolent, niſi aliter aliquando Capitulo Generali Videbitur expedire, ſeruata ſemper conſtitutione Generali totius Congregationis.

Item quod nullus Religioſus, Laicus totius Congregationis poſſit aſcendere ad aliquem ordinem, neque ad clericatum abſque licentia ſummi Pontificis, ſed quod ſemper maneant in ſua profeſſione.

Nos ad vberes & ſuaues fructus, quos eiuſdem Congregationis Profeſſores in militanti Eccleſia in dies afferunt paterna dirigentes conſiderationis intuitum, & vt eadem Congregatio maioribus proficiat incrementis, ac omnia, & ſingula præmiſſa ab omnibus ad quos ſpectat firmiter, & inuiolabiliter obſeruentur, quantum cum Domino poſſumus prouidere; ac Gabrielem, & Fratres prædictos ſpecialibus fauoribus, & Gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibus vis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præmiſſorum dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, electionem Vicarij Generalis, ac diuiſionem Prouinciarum in Capitulo Generali vt ſupra factas, nec non conſtitutiones, & decreta præincerta huiuſmodi Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam iuris quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint ſupplemus, & inſuper has quatuor Prouincias ſic vt præfertur diuiſas, in vnam Congregationem fratrum diſcalceatorum S. Auguſtini nuncupandam, & per vnum illius Vicarium Generalem modo, & forma præmiſſis regendam, & gubernandam cum omnibus, & ſingulis priuilegiis facultatibus, & indultis eiſdem Fratribus tam in genere quam in ſpecie, ac alias quomodo libet tam per nos quam alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſis, auctoritate, & tenore prædictis de nouo quatenus opus ſit erigimus, & inſtituimus. Nec non eiſdem fratribus diſcalceatis, vt omnibus, & ſingulis priuilegiis gratiis, & indultis tam ſpiritualibus quam temporalibus dummodo ſint in vſu, & non ſint reuocatæ, neque ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa, ac ſacri Concilij Tridentini decretis, & conſtitutionibus Apoſtolicis non aduerſentur, & quibus alij ordinis S. Auguſtini FF. vtuntur, potiuntur, & gaudent, pari modo vti, potiri, & gaudere libere & licitè valeant, aucto-

ritate;

ritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus Decernentes præſentes literas validas firmas, & efficaces exiſtere, & fore &c. datum Romæ apud S. M. Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 31. Auguſti 1622. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Vt autem omnibus manifeſtum eſſet eorum obſeruantiam, cæteris ſtrictiorem eſſe motu proprio & ex certa ſcientia prohibuit Paulus Quintus, ne vllus præfatæ Congregationis ad alias ſiue eiuſdem ordinis, ſiue alterius ſub excommunicationis pœna tranſire poſſit.

PAVLVS PP. V.

Ad futuram rei Memoriam.

PAſtoralis officijs ratio poſtulat, vt religionum maximè ſtrictioris obſeruantiæ conſeruationi, & Religioſorum ſpirituali profectui, quantum nobis ex alto conceditur opportunè conſulamus. Motu itaque proprio ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnâ excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda, diſtrictè præcipiendo mandamus, ne vllus ordinis S. Auguſtini reformatorum: ſeu diſcalceatorum nuncupatorum Congregationis Hiſpaniarum proſſeſſor, tam in Hiſpaniarum Regnis quam in partibus Indiarum exiſtens, in aliqua alia prouincia, aut Congregatione S. Auguſtini: aut cuiuſuis alterius Religionis, præterquàm Carthuſianorum, abſque noſtra, & ſedis Apoſtolicæ, aut ſuper intendentis licentia recipiatur, & ſi receptus fuerit ſtatim prædictis reformatis reſtituatur. Nonobſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque: Volumus autem vt præſentium tranſſumptis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur quæ præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 20. Martij 1615. Pontificatus noſtri anno 10.

§. IV.

Progreſſus Auguſtinianorum diſcalceatorum in Iaponia.

CIrca annum 1623. Patres excalceati S. Auguſtini in Philippinis conſtituti, intra hos limites continere ſe non valuerunt: nec contenti tot maris, & terræ ſpatia peragraſſe, crudeliſſimas audientes impij Iaponiæ Tyranni in Chriſtianos perſecutiones, atrociáque Sanctorum Euangelij Miniſtrorum diuerſarum Religionum tormenta, ad Bellum & victoriam excitantur: *ſicut enim gaudent equi, atque ſtrepunt cum ſignum imminentis conflictus audierunt: ſic & viri ſancti huiuſmodi gaudio gaudent, cum bellum tribulationis aduerſum* *Guillelmus Pariſ. l. de de moribus, tract. de ſpe in fine.*

uerſum ſe conſurgere cognouerunt. Quare hi Sancti Patres jam ſimilibus aſſuefacti laboribus, diuina ſpiritus ſancti flamma accenſi, ad pugnam ſe præparant: vt fortiter atrociſſimo reſiſtere tyranno, nouellas in fide plantas confirmare, aliàs de nouo in floretiſſimo Eccleſiæ viridario plantare, eáſque ſanguine proprio irrigare poſſint. Fœlix ſors, & diù deſiderata cecidit ſuprà R. Patrem Vincentium à S. Antonio Algarbenſem in Regno Portugalliæ, & R. Patrem Franciſcum à Ieſu Villamedianenſem in veteri Caſtella: qui poſt multas, & ardentiſſimas Deo oblatas orationes, jejunia, diſciplinas, ac ejuſmodi mortificationes à ſuis Superioribus ad hoc opus tam arduum, tantíque momenti miniſterium electi, gaudentes ſe pro nomine Ieſu multas contumelias pati, diráque tormenta ſuſtinere, dignos fuiſſe inuentos. Proprium Religionis habitum (vt moris eſt) dimiſerunt, & Iaponenſium more veſtiti ſunt, aliter enim impunè Iaponiam ingredi minimè potuiſſent: ſic olim Chriſtus vt animas lucrifaceret *formam ſerui accipiens habitu inuentus eſt vt homo.* *e* Magdalenæ in habitu hortulani apparet *f* diſcipulis in Emaus in veſte peregrini *g*, & piſcantibus Apoſtolis in habitu incognito *h*. Vnde S. Petrus Chriſologus ſermone 170. *Sic habitus ſuſcipit, formas variat, & vt te mutet in melius, ipſe ſua toties mutat, & commutat officia.* Non mirum ego ſi Miniſtri Dei, ſanctique Euangelij præcones, vt animas Chriſto lucrifaciant Religionis ſuæ mutent habitum aliúmque induant: quod iſti Religioſiſſimi Patres fecerunt, qui tandem iter aggreſſi poſt multa pericula, labores, & incommoda (vt poſteà ad R. Patrem Petrum à Matre Dei Vicarium prouincialem ſcripſerunt) ſalui: & incolumes ad Ciuitatem Nangaſaqui, & loca vicina peruenerunt: vbi aliquandiù cum aliis Religioſis Dominicanis, & Franciſcanis (à quibus benignè accepti ſunt) abſconditi, & in publicum minimè prodeuntes Meſſem quidem amplam, & copioſam, operarios verò paucos inuenerunt: multi ſiquidem erãt Chriſtiani, aliique infideles quotidiè conuertebantur, & crudeliſſima in illos ſæuiebat perſecutio. Die enim feſto S. Catharinæ triſtis, & infauſtus ex Ciuitate Yendo, quæ eſt Auguſta Imperatoris curia, de cujuſdam Patris ſocietatis Ieſu captiuitate cum ſeptuaginta Chriſtianis, ad eos peruenit rumor: deinde verò die 4. Decembris certo didicerunt Reuerendum Patrem Angelum ex ſocietate Ieſu, & Franciſcum Saluez Ordinis S. Franciſci, cum 54. Chriſtianis pro publica fidei Chriſtianæ confeſſione, igne fuiſſe conſumptos: ac præterea in Regno Figen anno circiter 1624. maximam in Chriſtianos ortam fuiſſe perſecutionem, quo tempore Patres noſtri cum aliis Religioſis Miſſionariis, triſtes eos & afflictos conſolabantur, cathecumenos baptizabant, nouóſque ad fidem Catholicam conuerſos inſtruebant. Poſtea verò ſic afflante ſacro numine R. Pater noſter Franciſcus à Ieſu ſpe majoris fructus illectus relicto ibi ſocio ſuo R. P. Vincentio: cũ alio Patre ordinis S. Franciſci in prouinciam Nagai Septentrionalem, à Nangazaqui 15. leucas diſtantem profectus, ibi mirabilia operatus eſt, vt poſtea die 26. Martij 1627. ad R. Patrem prouincialem Philippinarum ſcripſit. Refert enim poſt ſuum aduentum. Se cum aliis tribus Religioſis ſex millia Iapponenſium baptizaſſe, inter quos ipſe 1500. Chriſtianos effecit. Narrat prætereà regionem illam frigidiſſimam eſſe, ſingulíſque

R. P. Innocentius à S. Antonio, & P. Frãciſcus à Ieſu in Iapon. mittuntur.

e Ad Philipp. 2. 7.
f Ioan. 20. 15.
g Luc. 24. 28.
h Ioan. 21. 4.

Sex mille Iaponenſes conuertantur.

guliſque annis vinum in doliis congelari, & tam copioſam Niuem delabi, vt in altitudinem duodecim pedum aſſurgat: ideóque ex illo intollerabili frigore multa pati S. Euangelij Prædicatores, cum in locis abditis, & ſecretis delitеſcere cogantur: addit etiam gentem illam optimæ eſſe indolis eóſque qui ad fidem noſtram conuertuntur, plurimum eſſe de ſua ſalute ſollicitos: itavt infrà menſem omnes Chriſtianorum orationes nullo negotio addiſcant, id quod maximam Miſſionariis præbet conſolationem. Sed quod pejus eſt, inquit præfatus Pater, crudeliſſimus Imperator nouo ſuo, & impio decreto, ſic præcipiti furore, & effrenata ferocitate in Chriſtianos inuehitur, vt amplius comparere non audeant, ac pauci ſimus verbi Dei diſpenſatores, ſacrique Euangelij Miniſtri: idcirco neceſſe eſt, vt alij veniant Coadjutores, & operarij, qui nobiſcum in hac noua, ſed maximè fructifera laborent vinea.

Interim copioſorem adhuc meſſem collegit hic noſter Franciſcus à Ieſu, vt ex ipſa relatione illius R. patris ordinis S. Franciſci conſtat. Solus enim plus ſeptem millia Iaponenſium baptizauit, Maioréſque progreſſus in his regionibus facti fuiſſent, ſi plures ſacri Euangelij miniſtros, & præcones habuiſſent hi religioſiſſimi Patres quorum maxima fuit penuria: multi ſiquidem ex omnibus religioſis ordinibus, varijs tormentorum generibus, glorioſa morte pro Chriſto occubuerant, & niſi ſumma cum difficultate illuc alij tranſmigrare non poterant, maximè verò cum omnibus nautis, nauiumque gubernatoribus ſub pœna mortis, quoſcumque in Iaponiam deuehere, aut aliquid ad iſtos transferre prohibitum ſit. *P. Frãciſcus à Ieſu 7000 Iapon. Baptiſat.*

His tamen nonobſtantibus famoſiſſimæ S. Dominici, Franciſci, & Auguſtini calceatorum, & diſcalceatorum religiones propriis expenſis nauem occultè inſtruxerunt cum triginta Religioſis, inter quos ſex erant ex noſtris diſcalceatis: qui cum nauigationi proſpero ſatis vento ſe commiſiſſent, ad optatum tamen portum peruenire non potuerũt, nauis enim poſt ſexagintas Leucas ſaluis ſolis hominibus naufragio facto miſerabiliter periit. Hæc adeò grata Deo, & Eccleſiæ fuerunt obſequia, & accepta miniſteria quæ à diſcalceatis Sancti Auguſtini in hac Prouincia, aliiſque Iaponiæ regionibus præſtantur: vt ſanctiſſimus Pontifex Vrbanus VIII. eorum Superiores ſollicitauerit, quatenus nouos illuc mitterent operarios quòd conſtat ex decreto ſacræ Congregationis de propaganda fide die 30. Nouembris 1629.

Sacra Congregatio decreuit, primo cenſuit ſollicitandos eſſe Superiores Auguſtinianorum diſcalceatorum, vt miſſionem fratrum quam parant quamprimum ad Iaponiam dirigant, ne fideles ibi degentes operariis careant præſertim hoc tempore quo dicta perſecutio perdurat. *Sollicitãtur diſcalceati S. Aug. vt Miſſionarios mittãt in Iaponiã.*

Quòd verò maxima tunc fuerint perſecutio teſtantur litteræ Patris Vincentij à S. Antonio excalceati noſtri ſub die 5. Octobris 1627. In quibus ſequentia continentur. Anno 1625. P. Franciſcus Pachecus prouincialis ſocietatis Ieſu, & P. Ioannes Baptiſta ſola, Catenis vincti in teterrimum carcerem detruſi ſunt, anno verò ſequenti 1626. P. Baltazar de Torres ejuſdem ſocietatis Ieſu, & cum eo Gaſpard Iaponenſis frater, & Vincentius de Iucu, & alij quatuor qui in eorum ſocietate viuebant, in vincula ſimiliter conjiciuntur: *Perſecutio in Chriſtianos.*

ſicut & illorum hoſpites inter quos puer erat quinque annorum, mulieres tres Monica, Suſanna & Maria, homines verò, Ioannes, Ioannes, Petrus Mathias, Mancius, menſe verò Iunio præfati Patres ſocietatis Ieſu cum F. Gaſpare, & Vincentio illuſtrem Martirij coronam adepti ſunt & hi quinque protomartyres fuerunt, quorum conſtantiſſimo Martyrio interfuit Vincentius noſter à S. Antonio.

Martyres à ſocietate Ieſu, cum aliis.

Glorioſam posteà Martyrij palmam obtinere meruerunt hoſpites eorum, poſtquam in fœditiſſimo carcere atrocia tormenta paſſi ſunt, præcipuè Suſanna cujus caput cum abſciſſum eſſet, & vnco ferreo infixum non ſine ſtupore, omniúmq; gentilium aſtantium admiratione, ter ad cælum oculos commouit: puer etiam quinque annorum cum aliis mulieribus, capite abſciſſo Martyrio coronatus eſt: hæ autem mulieres cum gladio percuterentur innocens ille puer flores in campo colligebat, ſuæque genitrici, & aliis porrigebat (quarum jam aliquæ eodem Martyrij genere vitam cum ſanguine effuderát) ſibíque etiam, harum Martyrum extincta corpora in orbem juxta ſtruem lignorum ita diſpoſuerunt impij Carnifices, vt diſtinctè ab earum viris ad columnas alligatis viderentur, ſtatímque vt ſimul cremarentur ignem impoſuerunt. Sed ô res miranda? Combuſtis enim funibus quibus alligatus erat Ioannes, R. Patris Balthaſaris ſocietatis Ieſu quondam chariſſimus hoſpes, annos natus quinquaginta, ex ſua diceſſit columna, & accedens ad corpus vxoris ſuæ, apertis brachiis tenerè admodum amplexus eſt quod ſimiliter aliis præſtitit ſanctarum Martyrum corporibus: ad locum deinde ſe contulit, vbi corpus Mancij, vt cum aliis combureretur ad palum alligatum erat (jam enim à duobus diebus in carcere conſtitutus, ex corporis vinculis ad cœlos euolarat) quod cũ ſimiliter oſculis, & amplexibus excepiſſet, illi præſertim cõgratulatus eſt quod ipsũ, & alios ad cœlũ iturus præceſſiſſet: idem etiam fecit aliis, qui jam ferè omnes voracibus flammis conſumpti fuerant. Tandem ad aſtantes Chriſtianos conuerſus qui inauditam hanc conſtantiam admirabantur petita ab eis venia, & vltimum vale dicens intrepidus ad priſtinum ſuum locum rediit, & majori Spiritus ſancti flamma intus accenſus, alacris in ignem ſibi paratum, ſe injecit: ipsáſque flammas, & carnifices vrgebat, vt citiùs vitam finiret & cum aliis martyribus in cœlis conjungeretur: & ſic omnes conſtantiſſima confeſſione illuſtre teſtimonium Ieſu-Chriſto dederunt, & pro fide Chriſtiana glorioſam mortem ſubierunt.

Mirabilis conſtantia Ioannis.

Poſt hanc crudeliſſimam Chriſtianorum perſecutionem, quotquot erant in Nangaſangui, Alternatim vocati ſunt vt fidem Chriſtianam abnegarent: quibus in vnum Congregatis, ab omnibus diuerſorum ordinum Miſſionariis decretum fuit debere omnes in publicum prodire: ſi maximum aliquod inſtaret periculum, ad confirmandos in fide Chriſtianos, eóſque ad pugnam, & victoriam animandos. Ad hoc inſigne charitatis officium omnes parati erant, nemo tamen palàm comparuit, hoc enim cum reſciuiſſent Chriſtiani major eorum pars, in fide conſtans, & immutabilis perſeuerauit, non ſine ingenti lætitia, & Religioſorum omnium incredibili conſolatione.

Ab omnibus poſtea Chriſtianis pecunias ſibi creditas & commiſſas vt

extra

extra regnum negotiationi operam darent, abſtulerunt: ſicque bonis omnibus, & facultatibus deſtituti ſunt. Nullus præterea officialis Chriſtianus, aut artifex artem ſuam, & officium exercere poterat: vnde pauperes, qui ſolis laboribus victum, & veſtitum ſibi comparabant fame, ac inædia conſumebantur. Omnibus inſuper Iaponenſibus, domos ſuas luſitanis, & quibuſcumque Chriſtianis locare, cum illis ſocietatem inire, mercaturam aliquam exercere, aut eos tanquam ſeruos apud ſe retinere diſtrictè prohibitum erat: hac impia crudelitate credentes fidei Chriſtianæ propagationem non ſolùm impedire verum etiam iam propagatam extinguere, Ideóque numeratis omnibus, & deſcriptis Chriſtianorum omnium nominibus minis, & factis eos terre facientes, flamma, & gladio cunctos delere velle vociferabantur, quare omnes cum propriis vnius cuiuſque confraternitatis habitibus ad crudeliſſima quæcumque tormenta libenter ſubeunda promptiſſimi, illuſtrem Martyrij Coronam recipere ſperabant. Et ſanè mirum eſt quod Reuerendi Patres Miſſionarij inter tot pericula, & atroces perſecutiones: nonobſtante immani gubernatoris ferocitate, multorúmque Apoſtatarum qui illos perfectè agnoſcebant, ſalui ſemper & incolumes permanſerint. Quod profectò non ſine ſingulari Dei prouidentia accidiſſe credendum eſt, qui dilectæ vineæ ſuæ diligentiſſimos operarios tunc temporis præſeruare voluit, vt fructus vberiores, & copioſiores poſtmodum producere, pluresque animas de tenebris gentium, & infidelitate paganorum, ad veram lucem quæ Chriſtus eſt, & fidem Chriſtianam conducere poſſent.

Conſtantia Chriſtianorum in perſecutionib.

§. V.

Progreſſus Auguſtinianorum diſcalceatorum in Regnis Caldea, Prouinciis Baſſora, Chaban, Muniectar, Durach, Abiza earumque Inſulis, cum obedientia ab illis ſedi Apoſtolica praſtita; opera, & ſtudio R. P. Roderici, à S. Michaële Auguſtiniani diſcalceati.

POſt tot miraculoſas conuerſiones in Indiis Philippinis, & Iaponia factas, ad partes Orientales miſſus eſt R. P. Rodericus à S. Michaële ordinis S. Auguſtini excalceatus, vir vtique religioſiſſimus, multarum linguarum notitia clarus, & in Intelligentia exterarum Nationum longa exercitatione periſſimus: cuius mirabiles progreſſus in his regnis deſcriptos videbis in ſequentibus litteris Vrbani Papæ VIII. ad Catholicum Hiſpaniarum Regem directis.

Mirabiles progreſſus R. P. Roderici à Sancto Michaële diſcalceati ordinis S. Auguſtini.

REGI CATHOLICO.

VRBANVS PAPA VIII.

C*Hariſſimè in Chriſto fili noſter ſalutem &c. Furentes fluctuum procellæ, & in nauigantium perniciem venti eorum ſacerdotum imperio quandoque pa-*

rent, quos ſitis animarum, & Spiritus ſancti aura vehit per æquora naufragiis famoſa. Quare cum ad animas Chriſto lucrandas frequenter Oceanum peragrauerit Dilectus filius Rodericus à S. Michaele Sacerdos Auguſtinianus excalceatus, nunc nota itinera repetere, fluctuum pericula contemnere audet, in Inſulis regio Maieſtatis tuæ nomine claris ſæpius de Principe tenebrarum diuinæ lucis armis triumphauit, multoſque gentiles à Diabolica tyrannide eripuit. In Baſſoræ &c. Beſſæ ſcopulis verbum dei adeo fœliciter diſſeminauit, vt regiones illæ ferè videantur non minus Chriſtianæ religionis fructibus fœcundæ, quam gemmarum fertilitate illuſtres. Multa præterea in Oriente cœnobia extruxit, vbi ſeueriori D. Auguſtini diſciplina imbuuntur fideles illi tyrones. Ibi etiam ampliſſimus gloriæ campus patet Catholicis regibus, qui imperij ſui fines ſe verè extendiſſe non arbitrantur, niſi in illis vera fides ſimul propagetur. Proinde ſi Religioſi huius viri pietatem regali authoritate armauerit maieſtas tua, non veremur quin ab inferna circumfrementium luporum rabie eximat magnam illius gregis partem ſanè non eſt cur longioribus hortationibus tuum patrocinium illi paremus, qui Religioſæ paupertatis exemplis duces, cæleſtis regni theſauros Regionibus importat, diuitiarum vbertate tibi famulantibus: illi igitur tam eximiis meritis commendato opem tuam haud defuturam eſſe confidimus volumus tamen hoc Apoſtolicarum litterarum addere teſtimonium vt compertum ſit Pontificum animum ijs officiis obſtrictum iri, quibus pios illius conatus inuehit maieſtas tua, cui paternam noſtram benedictionem amantiſſimè impartimur. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem die vigeſima prima Iulij anno Domini 1626. Pontificatus noſtri anno tertio.

Has ideò ſcripſit litteras ſummus Pontifex, quia vberes progreſſus, & mirabiles animarum conuerſiones operatus fuerat hic Religioſiſſimus Pater; maximè verò propter obedientiam ab illis Barbaris Nationibus ſedi Apoſtolicæ præſtitam prout ex ſequentibus litteris conſtat ad ſummum Pontificem, à præcipuis & Nobilioribus, & Potentioribus illarum Regionum directis, eidemque à præfato Patre oblatis.

DOMINO IESV MARIÆ FILIO
Vicario ejus Domino Papæ.

SAlutamus Dominum, noſtrum Herum noſtrum, Rectorem noſtrum Defenſorem noſtrum, firmamentum fidei noſtræ, ſeniorem præſtantiſſimum, perfectiſſimum ſapientiſſimum, & fulcimentum operantium, qui ſunt vniuerſus fidelium cætus, ſeruet illum Deus excelſus in perpetuum, cæteris Chriſti fideles, qui ſunt in omnibus mundi partibus, tam in terra quam in mari, ex iis qui verè credunt in Chriſtum certiorem te fecimus ô Pater Beatiſſimè de ſtatu Nationis Chriſtianorum S. Ioannis Caldæorum commorantium in Regione Ciuitatis Baſſarienſis, & habitantium Chabam, & muniectar, & Durach, & Abiza, & inſulas, cunctoſque terminos regionis Baſſoræ, & quoad illam attinet, quòd obedientiam Deo excelſo præſtamus, & Chriſto filio dei obtemperamus, ac ſub religione Domini Papæ nos ipſos recipimus, quoniam apud ipſum veritas eſt, & ipſe eſt verus, & pro-

& profeſſio noſtræ fidei eſt in nomine Patris ; & filij , & ſpiritus ſancti, Dei vnius & in deum quoque credimus , quòd vna ipſius inueniatur Eccleſia quæ eſt Congregatio Chriſtianorum fidelium qui baptizantur , & credunt , & proffitentur fidem Chriſti , & confitentur Dominum Papam Romanum eſſe Vicarium Domini Ieſuchriſti , & ſummum Sacerdotem , & caput totius Eccleſiæ ſuper terram , cui obedimus. Nos ergo cœtus Chriſtianorum Caldæorum ex Baſſore credimus Deum , & in ſummum Pontificem videlicet.

Senior Zacharum	*Naſſer filius Ioyada*
Et Senior Sam.	*Hamad*
Et Senior Bacthiar	*Ghanen*
Et Senior Adam	*Achab*
Et cæteri ex Chriſtianitate Caldæorum	*Adam pater Ieya*
Nagen filius Abdalla	*Iaia filius Sem*
Nagar filius Manſur	*Delame filius Ghanem*
Sabaar	*Aaziz*
Haraz	*Sciams*
Iaya	*Halad*
Rabia	*Aballa*
Darag	*Aziz filius Barag*
Farag	*Et naſſer.*

In æra menſis Aprilis anni milleſimi trigeſimi quarti Hegiræ I. ſfuga Mahumedis gubernante Baſſoram , Ali Baſcia filio vltimo Aſnam, ſcripsitque ſcripturam ſenior Salomon filius Ghanem qui fuit inſignis Regis Perſarum miles , prememorati vero ſunt primates harum nationum.

Porro notandum eſt in hoc maximè celebrem eſſe hanc generalem conuerſionem , & obedientiam ſummo Pontifici præſtitam , quòd in his regionibus Chriſtiani ſunt Eccleſiæ Græcorum Schiſmatici, & ideo difficilius conuertuntur.

§. VI.

Progreſſus Auguſtinianorum diſcalceatorum in Regnis Vraba, Dariel, Matamoros, Chia, Chicaes, &c. Regionis Peruanæ.

CIrca annum Domini 1606. in nouo Granatæ Regno, ad inſtar Recollectionis Auguſtinenſium excalceatorum Hiſpaniæ , duo ex Patribus Obſeruantiæ S.P.Auguſtini, non minus ſcientia quam pietate celebres, Reuerendus nempe Magiſter Mathæus Delgado , & Pater Alphonſus à cruce majoris perfectionis, & pœnitentiæ cauſa aliam diſcalceatorum congregationem inſtituerunt quæ in his prouincijs ſequentes habuit Conuentus Candelarienſem S. Mariæ propè Tingiam, Carthaginenſem extra muros, S.Crucis de Puppi , & Pananienſem S. Ioſeph à Reuerendo patre Magiſtro Vincentio Mallod fundatum, neque alios habere potuerũt quandiù ſub obedientia pro- *Diſcalceati in nouo Granata Regno.*

 uincialis,

uincialis calceatorum vixerunt, vnde à ſummo Pontifice Vrbano VIII. die 10. Iulij 1629. Eos à præfata Iuriſdictione exemptos, congregationi diſcalceatorum Hiſpaniæ ſub eorum Vicarij Generalis obedientia, perpetuò vniuit & incorporauit.

Vnio quarundam Domorum Regularium Prouinciarum noui Regni Granatenſis, ſeu Quintenenſis in Indiis Occidentalibus Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſub gubernio Fratrum Calceatorum ejuſdem Ordinis exiſtentium. F. F. Diſcalceatis dicti Ordinis Congregationis Hiſpaniarum.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

VNiuerſalis Eccleſiæ regimini nullis licet noſtris ſuffragantibus meritis, ſed immenſa redemptoris noſtri benignitate præpoſiti, ex iniuncti nobis muneris debito Chriſti fidelium ſub ſuaui Religionis iugo, & ſtrictioris obſeruantiæ regularis altiſſimo famulantium votis, perquæ proſpero, fœlicique eorum ſtatui, atque progreſſui opportunè conſulitur libenter annuimus, ac deſuper eiuſdem muneris partes protenſis ſtudiis interponimus, vt idem Chriſti fideles in pacis amœnitate, ac iuſtitia, & ſanctitate coram Domino felicioribus in dies proficere valeant incrementis.

Exponi ſiquidem nobis nuper fecit dilectus filius Franciſcus de reſurrectione Procurator Generalis Fratrum diſcalceatorum nuncupatorum ordinis Eremitarum S. Auguſtini, domorum Regularium B. Mariæ de candelaria, ac ſanctæ Crucis de la Popa in Prouincia noui Regni Granatenſis, nec non S. Ioſephi de Panama eiuſdem ſeu Quintenenſis Prouinciæ in Indiis Occidentalibus ſub cura, & gubernio calceatorum FF. eiuſdem ordinis exiſtentium, quod FF. prædicti pro maiori diuini cultus incremento, ac Catholicæ Religionis propagatione, & fœliciori eorum ſtatu, & directione, ſe & eorum domos prædictas dilectis etiam filijs diſcalceatis etiam nuncupatis dicti ordinis Congregationis Hiſpaniarum per nos vt infra vniri, & incorporari plurimum deſiderant, & ad hoc dilectorum filiorum dicti ordinis, ac vicarij dictæ Congregationis expreſſus accedit aſſenſus quare nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt eorum votis eiuſmodi annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur qui Religioſorum ordinum quorumcūque in Eccleſia Dei militantium pacem felicemque ſtatum ſinceris deſideramus affectibus Franciſcum, & FF. primo dictos ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis, ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis

occaſione

occaſione vel cauſa latis, ſiquibus quomodolibet innodati exiſtant, ad preſentium effectum duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium prapoſitorum conſilio, fratres diſcalceatos primo dictos, eorumque domos prædictis fratribus diſcalceatis Congregationis Hiſpaniarum ordinis huiuſmodi: itavt vnum corpus ſimul vnamque Congregationem, ſub eiuſdem legibus, conſtitutionibus, & iuribus conſtituant, nec aliqua inter eos ſit differentia, ipſique primo dicti FF. diſcalceati, ſecundo dictis FF. huiuſmodi ſeſe conformare, nec non Vicario generali dicta Congregationis, & commiſſario ab eo ad domorum regularium prædictorum regimen, & gubernium pro tempore deputando ſubeſſe, eiſque debitam obedientiam, & reuerentiam in omnibus praſtare debeant: Ita tamen vt iidem primo dicti fratres Conuentuum Indiarum huiuſmodi in eorum negotiis, & cauſis poſſint liberè, & licitè recurrere per viam appellationis ad Priorem Generalem dicti ordinis S. Auguſtini, nec non ad ſedem Apoſtolicam omiſſo medio, non ſecus atque ſi dicta vnio quod ad hoc facta non fuiſſet: Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus.

Eiſdémque primo dictis FF. & Regularibus domibus quod omnibus, & ſingulis priuilegiis, indultis, fauoribus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, Indulgentiis, conceſſionibus, & gratiis quibus alij prædicta Congregationis FF. eorumque domus de iure, vſu conſuetudine, priuilegio, aut alias quomodolibet vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere poſſint, & poterunt quomodolibet infuturum parimodo, & abſque vlla differentia vti prorſus, frui, potiri, & gaudere liberè ſimiliter, & licitè poſſint, & valeant in omnibus, & per omnia perinde ac ſi ab initio erectionis dicta Congregationis primo dicti Fratrum eorúmque domus Regulares prædicta eidem Congregationi vnita, & incorporata fuiſſent, authoritate, & tenore prædictis concedimus, & Indulgemus.

Decernentes preſentes literas, & in eis contenta quæcumque ſemper, & perpetuo, valida firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuóſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinère, ac primo dictis FF. in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari.

Sicque, & non aliter per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, ac S. R. E. Cardinales de Latere Legatos, & ſedis Apoſtolica Nuntios Iudicari, & deffiniri debere &c. Nonobſtantibus quibus vis Apoſtolicis, ac vniuerſalibus, Prouincialibuſque conciliis &c. Datum Romæ Apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris, die 16. Iulij. 1629. Pontificatus noſtri anno 6.

Quamuis autem ante hanc vnionem præfati Patres non multos haberent Conuentus, nec alios habere poſſent, fidei tamen Catholicæ propagationi, fideliúmque conuerſioni maximo cum progreſſu operam dederũt: inter quos R.P. Alphonſus à cruce è Conuentu S. Crucis à Puppi in Indiarum Carthagena, obtenta à ſuis Superioribus licentia ad prædicandum Chriſti Euangelium anno Domini 1626. in prouinciam Vraba, & Dariel ſe contulit, vbi per duos

R.P. Alphonſus à S. cruce Aug. diſcal. quamplures Indos conuertit.

duos annos ſacroſancta Eccleſiæ ſacramenta, de conſenſu ordinarij conuerſis infidelibus adminiſtrauit, multóſque Indos ſacro Baptiſmate, Ieſu-Chriſto regenerauit: ſed vnum præcipuè ex principalioribus quem Cacique ſiue ducem nuncupant, ſupremæ apud eos authoritatis, multóſque plures baptizaſſet, ſi aliquos ſecum habuiſſet Coadjutores, ſolus enim has prouincias cum quodam Indo eſt ingreſſus, qui ei in Auguſtiſſimo Miſſæ ſacrificio miniſtrabat: ſicque tantam Cathecumenorum multitudinem ſacro regenerationis lauacro abluere non poterat. Statim verò ac in has Regiones pedem intulit ab omnibus benignè acceptus eſt, eíque Eccleſiam conceſſerunt, in qua ſingulis diebus pro infidelium conuerſione incruentum corpus Chriſti-Sacrificium Deo Patri deuotiſſimè offerebat: vt verò hujus Religioſiſſimi viri aduentus fama per totam prouinciam diuulgata eſt, quam plures vndequáque vt illum viderent confluxerunt, quorum aliqui inito concilio in vitam ejus conſpirantes, aut ipſum interimere, aut Prouincia expellere ſtatuerunt: ſed Deus optimus, & maximus duos ſuſcitauit Duces quos appellant Caciquez qui ejuſdem Patris cauſam & patrocinium ſuſcipientes, vt ibi remaneret abſolutè præceperunt addentes inſuper ſe etiam ficti velle Chriſtianos: quare intrepidè Pater Alphonſus pueros, orationes Chriſtianorum docere cœpit qui optimè illum loquentem capiebant, breuíque tempore quas didiſcerant orationes pſallentes, & orantes, eas cum maxima parentum ſuorum ſatisfactione recitabant, quem propterea ſummo amore proſequebantur.

Venit poſtea Carthagenam cum ſex aliis illius Prouinciæ ducibus, qui ſimul cum Gubernatore de tributo Majeſtati Catholicæ ſoluendo tractarunt, & per benignè ab illo recepti ſunt quibus etiam veſtiméta dono dedit. Deinde cum iiſdem aliiſque religioſis diſcalceatis rediit in Vraba non ſine maximo Religionis Chriſtianæ progreſſu duas enim aliàs fundauit Eccleſias in quibus quam plures Indos baptizauit, cum ſpe majoris propagationis in ſeptem aliis Vicinis prouinciis Dariel, Matamoros, Maritudes, Chia, Chicao, &c. Quæ valdè ſunt populoſæ, fructiferæ, & metallorum fertilitate illuſtres: harum incolæ multos habent ritus, variiſque, & differentibus linguis loquuntur, contractus, & confederationes ſimul ineunt, non tamen ſecurè, & fideliter, facilè cum dæmonio paſciſcuntur, cui prætereà nonnulli ſolemnia, & nefanda prorſus offerunt ſacrificia: nullam habent cœleſtis gloriç aut pœnarum inferni notitiam, mortuorum corpora comburunt aliiſque multis anilibus, & contaminatis ſuperſtitionibus vtuntur.

Primus ergo fuit Reuerendus Pater Alphonſus à cruce qui venerandum ſanctæ Crucis vexillum, & legem Euangelicam in has prouincias introduxit, eáſque potentiſſimi Hiſpaniarum Regis Imperio ſubmiſit, Deo Regíque tot animarum millia lucrando, quæ ſub tyrannica dæmoniorum poteſtate miſerabilem vitam tranſigebant. Hanc enim gentem inter alias barbaras nationes ferociſſimam cœleſti ſua doctrina, ſingulari vitæ exemplo, & morum ſanctitate penitùs ad Deum conuertit, cum aliis ſui inſtituti Religioſis coadjutoribus Patre Ioanne Laureano Sacerdote, Fratre Ludouico de Caſtillo laïco, & alio Fratre ſimiliter laïco. Teſtes adhibeo populos qui nuncupantur Darna

quem

quem Mojarica, Chicara, chica, alióſque conuicinos. Teſtes inſuper ſunt tot Nobiliſſimi vtriuſque ſexus Indi Cachiques ſiue Duces, & gubernatores, aliique omnis ætatis. Teſtis denique mirabilis illa, & ſtupenda conuerſio octomillium Indianorum, magnique, & potentiſſimi Regis Carthaiæ, & conſtat ex decreto ſacræ congregationis Eminentiſſimorum S.R.E. Cardinalium de propaganda fide habitæ die 6. Auguſti anno 1629. in præſentia S.D.N. Vrbani Papæ VIII. tenoris ſequentis.

Conuerſio miraculoſa magni Regis Carthaiæ à R. P. Alphonſo à S. Cruce.

Referente R. Corſio conuerſionem octo millium Indianorum in prouincia Vraba prope Carthagenam Indiarum Occidentalium factam à fratre Alphonſo de Cruce ordinis diſcalceaorum S. Auguſtini mediante miraculoſa eiuſdem F. Alphonſi viuentis, & abſentis apparitione, quæ illius Prouincia Regi magno Carthia nũcupato accidit, & ſimul petitiones Procuratoris Generalis eiuſdem ordinis Sacra Congregatio decreuit vt infra primo decreuit litteras patentes miſſionis dicto fratri Alphonſo, cum duodecim ſocijs illi per Diffinitorium eius Prouinciæ, vel Vicarium Generalem, vel commiſſarium pro tempore domorum regularium eiuſdem ordinis præfatis indiis Occidentalibus exiſtentium aſſignandis, ad prædictam Prouinciam vraba & ad conuicinas videlicet Dariel, *Maritudes, Cathachinues, Charibana, & Thaironas. Secundo in defectu dicti F. Alphonſi cenſuit præfecturam huius miſſionis concedendam eſſe Religioſo eiuſdem ordinis, quem prædictum Diffinitorium, vel Vicarius, aut Commiſſarius præfati iudicauerint idoneum, donec Sacra Congregatio de Morte vel defectu dicti. F. Alphonſi admonita aliud decreuerit.*

G. CARDINALIS. BORGIA

FRANCISCVS INGOLVS *Secretarius.*

LOCVS † *Sigilli.*

SIc autem accidit miraculoſa magni illius Regis Carthaiæ conuerſio inter alios Cachiquez ſiue gubernatores illarũ Prouinciarũ major, & potentior eſt Carthaię gubernator qui propterea Rex magnus nuncupatur: hic à dæmone inſtigatus nouos illarum prouinciarũ Chriſtianos acriter perſequebatur, facilè ſibi perſuadẽs naſcentẽ religionẽ ex defectu Miniſtrorũ, & PP. S. Euangelij perituram. Quare ad Patrem Alphonſum & ſocios ejus miſit nuncios, vt ſub pœna mortis quamprimum illa regione exirent. Interim ſic Deo volente Rex grauiter infirmatur, non ſine imminenti vitæ periculo, cum autem lecto ſuo decumberet, de nocte cubiculum ejus Religioſus quidam ingreſſus eſt, cum mitra, cappa, baculo, & habitu nigro reformationis diſcalceatorum indutus, eique minitans mortem, niſi ſtatim impiam exilij ſententiam quam contra præfatos Religioſos tulerat, reuocaret: & optimam promittens ſanitatem ſi ſalutari regeneratus lauacro, ſublatiſque inanium Deorum ſimu-

ſacris verò Deo cultum adhiberet, ac legem Chriſtianam admitteret: quod ſtatim ſe facturum promiſit: Quia verò Rex infirmus eum qui ſibi talia locutus fuerat certo credidit fuiſſe Patrem Alphonſum à S.Cruce eundem ſummo manè diligentiſſimè conquiſitum vocauit, apud quem conqueſtus eſt cur eum de nocte terruiſſet ſuámque domum per feneſtras ingreſſus eſſet; in qua tamen multæ erant januæ, omnem ei ſuam referens, quam habuerat apparitionem. Ex quibus præfatus Pater intellexit eum qui ſic apparuit fuiſſe D.P.Auguſtinum, qui feruentiſſimo exaltationis S.Eccleſiæ zelo, & ſingulari filiorum ſuorum protectione, à Deo miraculoſam illius Regis obtinuit conuerſionem ſic ego magnus ille Catthaiæ Rex ad Deum conuerſus eſt, ſuóque exemplo, cum in his prouinciis ſit potentiſſimus, quam plures alij quotidie conuertuntur.

LITTERAE PATENTES SEDIS APOSTOLICAE Ad Patrem Alphonſum de Cruce ſuper Miſſione ad Prouincias de Vraba.

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & dominus noſter Vrbanus diuinâ Prouidentia, Papa octauus omnium hominum ſaluti pro ſuo Apoſtolico munere prouidere cupiens te F. Alphonſum de cruce ordinis Eremitarum Reformatorum S. Auguſtini, vna cum duodecim ſociis eiuſdem ordinis tibi per definitorium Prouinciæ tuæ: vel per Vicarium Generalem Congregationis Hiſpaniarum, & Indiarum: aut commiſſarium pro tempore domorum Regularium eiuſdem ordinis præfatis Indijs Occidentalibus exiſtentium aſſignandis, ad Prouinciam vraba Carthaginem: & ad conuicinas videlicet Dariel, Maritudes Cathachinues, Carabina, & Taironas Indiarum Occidentalium mittere decreuit, & mittit: vt in ea cum facultatibus vobis per alias literas concedendis, Euangelium Domini noſtri Ieſus Chriſti annuntietis, & gentes illas doceatis ſeruare quæcumque Sancta Mater Eccleſia, Apoſtolica Romana præcipit: & præſertim vt Iudicium vniuerſale futurum eiſdem conteſtemini. Vos Itaque rei magnitudinem, & Apoſtolici muneris vobis commiſſi grauitatem ſerio perpendentes Imprimis cauete ne ad infidelium Ritus quoſlibet quouis prætextu vel cauſa accedatis. Deinde omnem adhibete Curam vt Miniſterium veſtrum dignè & fideliter, etiam cùm Sanguinis effuſione, ac morte ipſa ſi opus fuerit impleatis: vt immarceſſibilem Coronam à Patre Luminum recipere mereamini. Datum Romæ ex Sacra Congregatione de propaganda fide die VII. Aug. 129. Pontificatus. eiuſdem S. D. N. anno.6.

CARD. BORGIA.

FRANCISCVS INGOLVS Secretarius.

LOCVS † Sigilli

Fa

Facultates conceſſæ à S. D. N. Vrbano P. VIII. F. Alphonſo de Cruce Presbytero profeſſo Ordinis Eremitarum diſcalceatorum S. Auguſtini Miſſionario ad Prouincias Vraba Dariel, Maritudes, Cathachinues, Caribana & Taironas in Indiis Occidentalibus.

EXercendi omnes actus Parrochiales vbi non ſunt Epiſcopi, vel parrochi, & vbi ſunt de eorum licentia, vel ſi ita diſtant vt commodè conueniri non poſſint Abſoluendi in foro conſcientiæ à caſibus reſeruatis per quaſcunque conſtitutiones Apoſtolicas, & in ſpecie per Bullam Cœna Domini, iniunctis iniungendis.

Abſoluendi ab hæreſi, & ſchiſmate Indos etiam relapſos.

Diſpenſandi in 3. & 4. ſimplici, & mixto conſanguinitatis, vel affinitatis in contractis matrimoniis, vbi non ſunt Epiſcopi ſimiles facultates habentes, & cum cauſa.

Declarandi prolem legitimam in prædictis matrimoniis de præterito contractis ſuſceptam Diſpenſandi ſuper quacumque Irregularitate, ex delicto occulto præterquam ex homicidio voluntario contracta: & relaxandi ſuſpenſiones quaſcunque à ſecularibus, vel Regularibus incurſas, præterquam ab homine impoſitas iniunctis iniungendis, & vbi non ſunt Epiſcopi, vel Vicarij habentes ſimiles facultates, vel ſi commodè adiri non poſſunt commutandi vota ſimplicia exceptis votis caſtitatis, & Religionis, vbi non ſunt Epiſcopi, vel eorum Vicarij ſimiles facultates habentes: vel ita diſtant vt commode adiri non poßint vel de eorum licentia.

Relaxandi Iuramenta iuſtas ob cauſas: vbi non ſunt Epiſcopi; vel eorum Vicarij habentes ſimiles facultates: vel ita diſtant, vt commode adiri non poſſint, vel de eorum licentia.

Adminiſtrandi Sacramenta ſine ceremonijs ſolitis, non tamen neceſſariis: exceptis Confirmatione, & ordine.

Vtendi oleis, & Chriſmate veteribus, quando noua de facile haberi non poterunt.

Benedicendi Paramenta, diſtante Epiſcopo vltra duas diætas.

Benedicendi Cappellas, & cætera, quæ ad diuinum cultum ſpectant, vbi non adhibetur Sacra vnctio.

Celebrandi miſſas quocumque loco decenti etiam ſub dio, ſub terra, tribus horis ante, lucem, & hyeme vna hora poſt meridiem: bis in die vbi neceßitas poſtulauerit iuxta Sacros Canones, in altari portatili, ſine obligatione inquirendi, an ſit fractum: vel contineat Sacras Reliquias, nec ne. Quod de aliis etiam altaribus intelligatur. Coram hæreticis, infidelibus, atque excommunicatis: dummodo miniſter non ſit hæreticus & in caſu neceſſitatis.

Deponendi habitum Regularem, & pecuniæ vſum habendi, ſi neceſſitas requiſiuerit.

Recitandi Roſarium Beatæ Mariæ Virginis, loco diuini Officij: quando aut

Breuiarium non habere: vel illo vti ſine vitæ periculo non poterit.

Concedendi Indulgentias 40. dierum, in feſtis de præcepto, & primæ Claſſis, & plenariam in diebus Natiuitatis D. N. Ieſus Chriſti, & Aſſumptionis B. M. Virginis, & ſemel facientibus Confeſſionem generalem ſuorum peccatorum, ac ſemper in mortis articulo.

Vtendi ſupradictis facultatibus, in dictis Prouinciis eáſque communicandi in toto, vel in parte duodecim aliis ſociis eiuſdem ordinis, ei aſſignandis per deffinitorium eius prouinciæ.

Feria V. die VI. Septembris anno 1624.

In Generali Congregatione S. Romanæ, atque vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico quirinali S. D. N. Vrbanus diuina prouidentia Papa VIII. Conceſſit ſupradictas facultates Præfato P. Alphonſo de Cruce ad ſeptemnium proximum. Ioannes Gareſca Epiſcopus Tuſculanus Cardinalis Millinus, Ioannes Anthonius Thomaſius S. R. & Vniuerſalis Inquiſitionis Notarius.

Facultatibus his munitus Alphonſus, qua potuit majori alacritate, injunctum ſibi munus adminiſtrauit: donec appropinquante hora in qua copioſā laborum ſuorum mercedem erat percepturus ſanguinem ſuum pro Chriſto effundens glorioſa morte, vt ſequenti dicemus paragrapho fœliciter occubuit.

§. VII.

De Viris Illuſtribus, aliíſque multis Auguſtinianis excalceatis, qui in Indiis Inſulis Philippinis, & Iaponia pro Chriſti Nomine, Sanguinem ſuum glorioſè fuderunt.

i lib. 3. c. 11 *Diſſeminata eſt Eccleſia ſuper omnem terram Columna autem, & Firmamentum Eccleſia eſt Euangelium, & Spiritus vitæ* iuquit S. Ireneus I. Procuius glorioſa confeſſione generoſi quàm plures Chriſti atlhetæ ſanguinem ſuum effundere non timuerunt: & ideò ſuos ſemper habuit Martyres, *Eccleſia in omni loco ob eam quam habet erga Deum dilectionem multitudinem Martyrum in omni tempore præmittit ad Deum, non quod ipſi Euangelium faciat*

k lib. 5. c. 4. *ſed per Euāgeliū fiunt*, ait S. Cyprianus k, & quod maximè mirandum eſt Eccleſiam ipſam ſanguinis ſui effuſione, illuſtriorem faciunt, & Sacroſanctum Ieſu Chriſti Euangeliū cunctis gentibus venerandum ſimul, & formidabile reddūt

Perſecutionibus augetur Eccleſia. *hoc enim habet proprium Eccleſia dum perſequitur floret, dum opprimitur creſcit, dum contemnitur proficit, dum læditur vincit, dum arguitur intelligit, tunc ſtat cum ſuperari videtur.* S. Hilarius de Trinitate. *Tunc Sancta Eccleſia Valentius in veritate reficitur, cùm ardentius pro veritate fatigatur.* S. Gregorius

rius in moralibus *Nouit enim Eccleſia beneficio Domini triumphare de ſuis cladibus, ingrauata perſecutionibus, ſiquidem proficit, afflictionibus ſemper augetur, Sanguine Martyrum irrigatur, triſtitia magis erigitur, Anguſtia dilatatur, fletibus paſcitur, Ieiuniis reficitur, & inde potius creſcit vnde mundus deficit.* Caſſiodorus in Pſalm.

Quare à principio naſcentis Eccleſiæ ſæuientibus vndique perſecutioni bus, ipſa ſemper in dies profecit, & tot millium Sanctorum Martyrum ſanguinis effuſione irrigata, vberrimos fructus, & copioſos produxit: hæc omnia ex Superioribus clarè patent, vbi vidimus in Indiis, Inſulis Philippinis Iaponia, aliiſque barbaris Nationibus Euangelium Chriſti fœliciter diſſeminatū, miraculoſas tot millium Infidelium conuerſiones, & Eccleſiam Dei longè latéque propagatam à R.P. Ieſuiſtis, Dominicanis, Franciſcanis, ſed præcipuè excalceatis Auguſtinenſibus, qui illam proprio ſanguine fœcundam maximè & fructiferam effecerunt. Horum omnium nomina placuit hic attexere qui in tot laborum ſuorum, & periculorum præmium, ac compenſationem illuſtrem Martyrij palmam, & coronam obtinuere meruerunt.

Nomina Auguſt. diſcalceat. qui pro fide Ieſu Chriſti ſanguinem ſuū fuderunt, R.P. Ioannes à Matre Dei lanceis confoſſus occiditur.

In primis R.P. Ioannes à matre Dei Villabanenſis, de quo ſuprà §. 30. cum Indum quendam quem ad fidem Catholicam conuerterat, de vitiis & nefandis ſuperſtitionibus ſuis acriter reprehendiſſet, eúmque vt vxorem ſuam liberam tractaret quam vt ſeruam tenebat, paternè monuiſſet, anno 1625. ab ipſomet lanceis confoſſus ætatis ſuæ anno 39. ad Martyrij palmam in cœlum glorioſus vt piè creditur migrauit.

Deinde verò R. P. Franciſcus à Ieſu Villamedianenſis, & R. Pater Vincentius à S. Anthonio algarbenſis de quibus ſuprà §. 4. poſt inſignem Iaponenſiū aliorúmque barbarorum conuerſiones ab ipſis factas anno Domini 1629. in ciuitate Vomura vinculis conſtricti, in horribiliſſimos carceres detruduntur: hinc varias Epiſtolas ad Prouincialem excalceatorum Auguſtinenſium, inſularum Philippinarum ſcripſerunt, ea omnia fideliter exponentes quæ in hac prouincia tranſacta fuere: ac crudeliſſimos cruciatus quos omnes Chriſti Martyres anno 1630. in ciuitatibus Vomura, & Nanſagaqui conſtantiſſimè ſuſtinuerant.

R.P. Franciſcus à Ieſu & R.P. Vincentius à S Antonio.

In vltima verò epiſtola ſeriem, & cathalogum omnium Martyrū Auguſtinianorum diſcalceatorum tranſmiſerūt, quorum numerum ipſimet complere ſperabant: certi & ſecuri de impia Regis voluntate, qui eos in crudeliora ſupplicia quæ vnquā fœrocitas humana aut inferna crudelitas excogitare potuit reſeruabat: ita ſibi ſed in vanum perſuadens tanto ſuppliciorum horrore, ſancti Euangelij non ſolùm cōprimere progreſſum, verùm etiam fidem Chriſtianam jam propagatam penitùs extirpare. Hæc autem maximè memorabilia præfati PP. Chriſti Martyres deſignati, de alijs Martirib. in ſuis litteris referūt.

In Ciuitate Vomura anno 1629. quamplures ex mantellatis & corrigiatis noſtris Martyrio coronati ſunt quorū omnium anteſignani fuere tres noſtræ reformationis conuerſi F. Petrus à S. Sacramento, Ludouicus à S. Michaele, & Ludouicus à S. Auguſtino qui viui combuſti ſunt quadraginta verò corrigiæ S. Patris Auguſtini Confratres bini & bini ad ſtipites alligati flammis

etiam viui crudeliter conſumpti: reliqui vero capite damnati, & vnus lanceæ transfixus ad cæleſtem Patriam euolarunt. Et hi erant ex numero octingentorum, & quadraginta Infidelium quos ad fidem Catholicam præter alios multos de quibus ſuprà §. 4. R. P. Franciſcus à Ieſu, & Vincentius à S. Antonio diſcalceati conuerterant.

Horum omnium nomina ſic deſcribit R. P. Andreas à S. Nicolao Auguſtinianus, excalceatus Congregationis Hiſpaniarum, in ſuo prouentu Meſſis Dominicæ fol. 122. veſtigijs illorū inſtiterunt 23. Ejuſdem reformationis noſtræ mantellati ſeu Fratres de pœnitentia, qui ejuſmodi labores, calamitates, & tentationes perpeſſi, Capitum abciſſione, vel Corporum combuſtione purpuream lauream inuenerunt videlicet Gregorius Rucozeimo, ex oppido de Saſoco.

Petrus cazúque, & Maria conjux ejus ex oppido de Firaxima igne conſumuntur, & in medio flammarum expenſis manibus, eleuatíſque in cœlum oculis, vſque ad ſpirituum emiſſionem ſteterunt, quod alij ſimiliter fecerunt.

Inter hos quoque annumeratus eſt Simon Ioſyoye ex oppido, de Mye, qui antequam alligaretur, ad palum nudatus eſt, veſtéque paleis confecta indutus adjecto igne leuiter amburi cœpit, & tandem conſumpta veſte, fuit caput ejus fuſte immaniter percuſſum, & adhuc viuens cum vxore ſua gratia nomine igni traditus eſt, in quo fœlicem animam efflarunt.

Petrus Iaxichiro ex eodem oppido, & Magdalena vxor ejus pulcherrima diuerſis modis tentati vt veram Chriſti fidem abdicarent, ſemper in eadem conſtantes voracibus flammis comburuntur, ſicque deuotiſſimè, inuocatis nominibus Ieſus & Mariæ fœliciter in cœlum euolarunt.

Erat tunc Magdalena prægnans, & infans antequam lucem temporalis vitæ cerneret, in æternitatis lumen tetendit, nondúmque plorare incipiens æterna gaudia poſſedit.

Michaël Xichiſce Ludouici Gozeimon filius, & vxor ejus Martha ejuſdem oppidi accolæ.

Michaël Iſiyoye, Michël Suquezo ex oppido de Coyama, & Dominicus Coſiyoye, ex oppido de Nagata.

Ignatius Teuqueiemon ex oppido de Teguma, Antonius Magóſque, ex oppido de Coye, Michaël Riſque, & Clara ipſi nupta, ex oppido de Curocuchi eodem Martyrij genere vitam ſuam finierunt.

Ioannes Cabyzye, Ludouicus Gonemon, Thomas Iaquichi, Michaël Feizacu, Gaſpar Saquizo, Petrus Faſuque ex oppido de Mye: & Paulus Xinemon ex oppido de Coye capitum obtruncatione Cœleſtem patriam adierunt.

Hanc vltimo generoſam aciem quadraginta ſex alij illuſtrarunt, ab iiſdem venerabilibus patribus Franciſco, & Vincentio in confraternitatis Corrigiæ Auguſtinianæ conſortio poſiti, ſcilicet,

Margareta vxor Gregorij Rucozeimo inter Mantellatos ſuprà memorati ex oppido de Saſoco.

Dominicus Ioſiyoye cum Magdalena vxore, & Thomas Nizo ex oppido de Iquiriqui.

Michaël

Michaël Ichizeimō, & Elizabeth ejus cõjux ex oppido de Nicumigauachi.

Martinus Iirobiyoye, ejúſque vxor Catharina, ex oppido de Ienoxima.

Marina vxor Michaëlis Iiſiyoye inter Mantellatos ſuprà relati, & Rufina, vxor etiam alterius ſuprà poſiti mantellati Michaëlis Suquezo, ex oppido de Caxiyama.

Marina Dominici Cofiyoye ſimiliter mãtellati cõiux ex oppido de Nagata.

Iacobus Ficozeimon cum Maria coniuge ſua ex oppido de Curozaqui.

Ioannes Chiugito, Ioannaque vxore, ex oppido de Xitcu.

Ioannes Fiyoyemon cum ſua conjuge Rufina, ex oppido de Iquexima.

Catharina vxor Antonij Magoſque mantellati, & Ludouicus Goixichi ex oppido de Coye tranſeuntes per ignem, inuenerunt locum refrigerij, & æternæ beatitudinis claritatem.

Michaël verò vndecim, & Dominicus ſeptem annorum pueri ac filij Gregorij Rucozeimon, & Margarita ex oppido de ſazaco.

Michael Magozeimon, Mariaque coniux ex oppido de Teguma.

Petrus cùm vxore ſua tribuſque paruulis filiis ex oppido de Iquiriqui.

Paulus cum alio fratre ſuo, vtérque natus Michaëlis Ichizimon, & Elizabeth ex oppido de Nicumigaui.

Michael Iemon, filius Martini Irobiyoye, & Catharinæ ex oppido de Ienoxima.

Paulus alter Suquegorus, filius Petri Caſuque, & Mariæ ex oppido Firoximæ.

Ioannes ſeptem annorum puer filius Simonis Ioſiyoze, & Gratiæ, Ludouicus Gozeimon, Pater Michaëlis Xichiſce mantellari, Paulus alter quatuordecim Michaël nouem, & Franciſcus ſeptem annorum pueri, filiíque Ludouici Gonemon mantellati ex oppido de Mye.

Petrus quinque annorum puer filius Michaëlis Suquexo & Rufinæ ex oppido de Caxiyama, & puer alius ex oppido de Nagata, filius Dominici Cofiyoze, & Marinæ.

Alexius filius Iacobi Ficozeimon, & Mariæ ex oppido de Curoſaqui, ac puer alter ex oppido de Iquezeina filius Ioannis Fiyoyemon, & Rufinæ.

Dominicus Iinemon, & alter puer etiam Dominicus filius Michaëlis Magozeimon, & Mariæ, ex oppido de Teguma.

Ioanues & Ludouicus, filij Antonij Magoſque, & Catharinæ ex oppido de Coye capitibus amputatis ſpiritum Deo reddiderunt. Chriſtophorus autem, quindecim annorum adoleſcens ex oppido de Xeto lanceis confoſſus occubuit qui inuincibili conſtantia accepturus vulnera, in modum crucis aptauit Brachia.

Præter hos numeratos qui Vomuræ igne cõſumpti, gladióque & lanceis, percuſſi pro fidei deffenſione conſtanter ſanguinem fuderunt, in aliis, Iaponiæ prouinciis eadem de cauſa diuerſis mulctati cruciaribus interierunt, & ad perpetuam fœlicitatem tranſmigrarunt, penè trecenti ejuſdem corrigiæ confraternitatis magni parentis S. Auguſtini alumni, & ab ipſis PP. Franciſco & Vincentio admiſſi quorum nomina ſunt in libro vitæ.

F. Petrus à Matre Dei Auguſtinus à Ieſu Maria, Laurẽtius à S. Nicolao, Sebaſtianus, Paulus & Ioannes trũcatis capitibus moriuntur.

In Vrbe Nanſagaqui anno Domini. 1630. Die vigeſima octaua Septembris ſex Auguſtinenſes diſcalceati abciſſis eorum capitibus Martirij corona decorati ſunt, videlicet F. Petrus à Matre Dei F. Auguſtinus à Ieſu Maria, & F. Laurentius à, S. Nicolao. Tres verò ſequentes erant tertij Ordinis Sancti Auguſtini quos Mantellatos appellamus F. Sebaſtianus, F. Paulus, & F. Ioannes qui omnes glorioſa morte pro Chriſtiana Religione diem ſuum obierunt.

R.P. Hyacinthus à Ieſu Maria. R.P. Petrus à S.Thoma R.P. Alphõſus à S. Ioſeph ferro tranſfiguntur.

Interim in Prouincia de Caragallia prope Inſulas Philippinas deſtructis quatuor diſcalceatorum cœnobiis, peruigiles, eorum moderatores cum R. Patre Petro à S. Antonio ferro transfixi vitam hanc mortalem, & caducam cum glorioſa morte commutarunt, nempe R. Pater Hyacintus à Ieſu Maria Prior de Tago ſecundùs R. Pater P. à S. Antonio Prior de Vacuago, tertius R. Pater Petrus Ioannes à S. Thoma Prior de Tanda, & vltimus Pater Alphonſus à S. Ioſeph qui omnes anno 1630. menſe Auguſto pro Chriſto Martyrij palmam obtinuerunt.

R P. Alphõſus à S. cruce, & Bartholomæus de Angelis lanceis & ſagittis, perimuntur.

In Vraba noui Orbis iuxta Carthagenam die Sacra Cinerum quæ fuit 13. Februarij anno 1630. cum diſcalceatorum Cœnobium potentiſſimus quidam Indus occupaſſet, Reuerendus Pater Alphonſus à ſancta Cruce de quo ſuprà §. 6. qui illum de Matrimonio cum conſobrina contracto arguerat, ejúſque Socius Pater Bartholomues de Angelis lanceis ac ſagittis ab impiis Statellibus confoſſi ſunt.

R.P. Martinus à S. Nicolao Melchior à S. Auguſtino, P. Ioannes à S. Antonio Franciſcus à S. Monica Michaël à S. Magdal. Franciſcus à matre Dei Io ãnes à S. Nicolao viui comburuntur.

Anno 1632. Reuerendi Patres Martinus à S. Nicolao, & Melchior à S. Auguſtino Sacri Euangelij diſertiſſimi præcones; dum viui in Iaponia comburerentur horas decem, & octo laudantes ſemper, & benedicentes Deum inter flammas extiterunt: quibus addo Patrem Ioannem à S. Antonio. Patrem Franciſcum à S. Monica Patrem Michaelem à S. Magdalena F. Franciſcum à Matre Dei, F. Ioannem à S. Nicolao laicos.

Crudeliſſimum R. P. Franciſci à Ieſu & Vincentij à S. Antonio, Martyriũ.

Sed redeamus ad R. Patres Franciſcum à Ieſu, & Vicentium à S. Anthonio qui ab anno 1629. in obſcuriſſimis Ciuitatis Vomutæ Carceribus detenti fame inædia, Variiſque ærumnis afflicti, ad maiora pro fide Chriſti ſuſtinenda tormenta ſumma patientia, & incredibili ardore patiendi exercebantur. Ibi enim eorum fides exquiſitiſſimis tentata tormentis tanquam igne aurum in cruciatibus magis enituit: dum enim ad Martyrium ducerentur, nec horror ſupplicij, nec inaudita impij Tyranni crudelitas eos potuit à Charitate Chriſti ſeparare, non ſic ad epulas, & thalamum nupti properarẽt vt ad Martyrij locum læti ſucceſſu, gradu feſtini, hi duo Religioſiſſimi Patres inter cruentas carnificum manus ſemper impauidi proceſſerunt hinc vident aquas ſulphureas ebullientes ad ſua corpora conſumenda paratas, inde columnas baſibus ſiue fulcimentis, acculeis ferreis vndique armatis ad ſuos pedes transfigendos impoſitas: nec tamen horrent, iſtoſque crudeliſſimos cruciatus pertimeſcunt quiſque enim ad ſuam aligatur columnam, eorumque pedes ſubſtratis acculeis ferreis crudeliſſimè infiguntur: interim truculentiſſimi Carnifices torrentes aquas ſulphureas, conſtantiſſimorum Martyrum capitibus guttatim, & tandiu infundebant donec medici tactis eorum pul-

ſibus

ſibus, ne in tormentis deficerent, ab eis amouendos eſſe iudicarent: ſtatímque ad locum paratum transferebantur vbi in lecto molli, & delicato recumbentes, cibis optimis, & exquiſitiſſimis ad reparandas Vires, crudeliſſima pietate nutriebantur: inde enim reaſſumptis viribus ad eadem tormenta reducebantur, è quibus iterum ſemi mortui vt priùs extrahebantur donec tandem tot iteratis vicibus in his crudeliſſimis cruciatibus quos ſemper conſtantiſſimè paſſi ſunt tandem glorioſa morte voracibus flammis traditi menſe Septembri eiuſdem anni immortalem gloriam Martyrij ſunt conſecuti, quinquies enim R. Pater Vicentius, & ſepties R. Pater Franciſcus à Ieſu hæc crudeliſſima tormenta victores ſemper ſuſtinuerunt, alij verò Martyres in medio flammarum quamuis eorum ora impij Satellites, obturaſſent laudantes, & benedicentes Dominum extremum ſpiritum effuderunt, quorum nomina in libro Vitæ ſcripta à nobis ignorantur exceptis his tribus Paulo, Simone, & Andrea Venerandas verò R. Patris Franciſci à Ieſu, & Vincentij à S. Antonio reliquias, ſicut, & aliorum Martyrum Chriſtiani Iaponenſes in Ciuitatem Manilenſem apud Inſulas Philippinas non ſine magnis expenſis tranſmiſerunt. In quorum poſtea locum quam plures alij eiuſdem ordinis Patres dimiſſi ſunt die ſexta Iulij 1634.

Alij viui cremantur, cum Paulo, Simone & Andrea.

Corpora transferuntur in Ciuitatem Manilenſem.

Summum hìc nefas exiſtimarem, nobiliſſimæ illius Virginis Magdalenæ Iapponenſis memoriàm prætermittere, quæ Nangaſaquij diuitibus, nobilibuſque Chriſtianis orta parentibus, qui iam ſpretis huius mũdi illecebris, diuitias ſuas vt Chriſtum lucrifacerent abjecerant, ſimulquè cum filiis ſuis, tormenta, & Tyrannum ſuperantes ſanguinem pro Chriſtiana fide fuderant, totam ſe Ieſu Chriſto Conſecrauit, & à Venerabili P. Franciſco de Ieſu in mantellatarum noſtri Sacri ordinis cætum, & profeſſionem admiſſa, ad Doxicorum etiam munus tranſiit hæc ſiquidem Reuerendos Patres noſtros in conuerſione gentium plurimum adiuuit: veneranda enim ſalutis noſtræ myſteria ardentiſſimo zelo gentilibus exponebat, quibus etiam in abſentia Sacerdotum aliorúmque, Baptiſmi Sacramentum conferebat, fidei deſertores arguebat & ad gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ ſuauiter reducebat. Vrgente Tyranorum peſecutione cum aliis Chriſtianis ad deſerta confugiebat, Afflictos ſolabatur, & infideles ad eam venientes, ſanctis ſuis colloquiis, & perſuaſionibus conuertebat Cum autem ſæui Tyranni, immanem in Chriſtianos ferocitatem aliquando objurgaſſet, ſtatim hæc nobiliſſima virgo in atrociſſimum coniicitur carcerem, in quo crudeliſſima ſuſtinuit tormenta. Primo enim in os eius venerandum, copioſas impij Satellites iuſſu Vneme Iudicis infuderunt aquas: & ventre pleno vt viſcera crudeliter effunderet, vtrumquè pedem ſuſpenderunt, vngulis poſtea, & Carni accutiſſimas affixerunt arundines tandemque cum hæc crudeliſſima tormenta fortiter, & conſtanter ſuſtinuiſſet, in cruce ſub profunda, & aperta foſſa erecta, duris ligata nexibus ſuſpenditur: & ore eius ad terram applicato pedes ſurſum collocant, eamque in concauum locum mittunt, foris crura relinquentes, & oſtium foſſæ obſtruentes, itaut nullum pateret foramen, ex quo ſpiritum aliquem aut aërem haurire poſſet. Sic remanſit con-

Ex P. Andrea à S. Nicolao.

Vita & mors glorioſa Magdalena Iapponenſis.

ſtantiſſima noſtra Magdalena per aliquot dies, quibus elapſis, eam cuſtodientes recluſo oſtio, vinculis ſuis ſolutam, & Deum laudantem viderunt. Quare manus iterum Virginis ligant, & foſſam vt priùs claudunt, vt omnis prorſus deeſſet anhelitus: qua iterum poſt aliquot tempus detecta, manus etiam ſolutas, & liberas inuenerunt. Eas tertio fortius ſtringunt ſcrobémque denuò occludunt, ſed in vanum reſerato enim poſtea foſſę oſtio eam viderunt ſolutis, & liberis manibus laudantem, & benedicentem Dominum. Remanſit itaque nobiliſſima virgo ſuſpendio demiſſa poſt atrociſſimam illius ſine vllo cibo, & potu tertij ſuprà decem diei ſuſpenſionem. Tandem cum grandis imber decidiſſet, totámque foſſam impleuiſſet copioſis Spiritus ſancti gratiarum aquis plena, obdormiuit in Domino, vt ſponſo ſuo quem ardenter amauerat in terris, fœliciter, adhæreret in cœlis. Huius deuotiſſimæ Virginis vitam, & paſſionem elegantiſſimis verſibus Iambicis deſcripſit R. P. Andreas à S. Nicolao ſuprà citatus, Manip.8.fol. 137.

Nobiliſſima & deuotiſſima Clara Mantellata Ordin. S. Aug. diſcal.

Huic addere poſſem N. fœminas Claram, & Elizabetham, illa enim quædum Æthnicis ſuperſtitionibus imbuta eſſet, Caliman vocabatur: maiorum ſuorum nobilitate clariſſima, multiſque diuitiis abundans, & admiranda pulchritudine prædita, ad Chriſtianam Religionem, à Patribus noſtris adducta eſt, & vt ſacro ſe Baptiſmati ſuſcipiendo præpararet, charitatis operibus vacans quamplures manumiſit ſeruos, & copioſas, pauperibus, & Eccleſiæ contulit eleemoſinas. Mortuo poſtea marito habitum mantellatarum inſtanter petiit, obtinuit, & recepit à R. P. Hyacintho à S. Fulgentio Priore Butuanenſi, adſtantibus, & admirantibus omnibus qui ad hanc ſolemnitatem conuenerant. Habitu veſtita aſperrimo, & tunica interiori, & rudi ſtaminea, cilicióque continuò ſetis horrendis contexto corpus ſuum ſemper macerauit, quod blandis olim deliciis exaltauerat, & libidinum colluuie, obſcenitatibus, & laſciuie, deturpatum fuerat, ſeueris illud verberationibus caſtigauit, rigidúmque ſemper, & auſterum quoad vixit obſeruauit ieiunium, tenuiſſimo ſolùm herbarum victu contenta. Orationi mentali in Eccleſia Patrum noſtrorum, ante altare genuflexa tanquam immobilis quatuor horarum ſpatio quotidie inſtabat, ac tribus hebdomadæ diebus Auguſtiſsimo Euchariſtiæ Sacramento refecta, ſoli ſponſo ſuo intimè vnita ardentiſſimum perfectæ charitatis ignem ſpirans ab illa menſa recedebat.

Domum poſteà reuerſa, & diuerſis charitatis operibus intenta, graui morbo affectos ſæpiùs viſitabat, propriiſque manibus cibum eis miniſtrabat, moribundos ſalutaribus monitis, & verbis efficacibus ad æternæ fœlicitatis deſiderium hortabatur, ac pauperibus mortuis funebre ædificabat, & inſuebat velamen. Eximiis ſuis virtutibus, & exemplis Clara, jam vas honoris quæ olìm fuerat contumeliæ, ita omnibus veneranda extitit, vt ea præſente aliquid indecens, & indecorum nemo vnquam facere, aut dicere attentauerit. Ex omnibus ſuis Prouentibus copioſas Eccleſiæ, monaſteriis, & pauperibus diſtribuebat eleemoſinas: & quæ ſupererāt domus ſuæ ſuſtentationi reſeruabat: Tandem ſexdecim annis à ſua conuerſione elapſis, & in præfatis charitatis, aliarúmque virtutum exercitationibus, conſumptis, in grauem morbū incidit

ſuſce

ſuſceptíſque deuotiſſimè Sacro viatico, & extrema vnctione ad celeſtem patriam aduolauit.

Altera fuit per idem tempus fœmina in oppido Butuanenſi, à noſtris Euangelica claritate, eam Prouinciam illuſtrantibus à falſo Idolorum cultu ad Religionis Chriſtianæ conuerſa veritatem, non minoribus fuit decorata virtutibus, nam ſacro Baptiſmatis fonte Chriſto regenerata, & Elizabeth inſignita nomine Neophitorum omnium ſpiritualis mater, multarúmque Magiſtra Nationum magnos in fide Catholica fecit progreſſus, Euangelizantibus ſiquidem noſtris Nobiles Virgines & puellas ad fidem Chriſtianam allectas ſacræ diſciplinæ myſteriis: ac moribus optimis initiabat. Conſtitutis horis in Eccleſiam quotidie conueniebat, & confluente populo Rudimenta fidei ignorantes docebat, conuerſioníque infidelium, die noctúque maximo cum feruore inſtabat: vnde magnas animarum copias Chriſtianæ acquiſiuit Religioni. *Inſignis fœmina Elizabeth māntellata.*

Conjuge vita functo Mantellatarum noſtrarum habitum de manu R.Patris Hyacinthi à S.Fulgentio accepit, vitámque Angelicam ducens in terris ſe totam deinceps, in rerum cæleſtium cōtemplationem contulit. Claræ, Caliman firmiter adhærens, & ejus inſiſtens veſtigiis: ægrotos ſæpiùs inuiſebat quibus humiliter ſeruiebat, omniáque neceſſaria adminiſtrabat: Tandem virtutibus & meritis plena, & his ſanctis exercitiis occupata, interioris gaudij modeſto riſu ſemper geſtiens, ſuorum auxit præmia laborum, quæ vt conſequeretur lecto decumbens: & ſancta ſuſcipiens ſacramenta in pace requieuit. *Charitatis Officia.*

Hi ſunt glorioſi fructus tot laborum Patrum noſtrorum diſcalceatorum Hiſpaniæ, qui longè latéque in his Barbaris Regionibus ſemen Euangelicæ Prædicationis proprio irrigatum ſanguine copioſa meſſe diſſeminarūt, quanquam enim hora vndecima in inſulas Philippinas aduenerint, non minores aliis in vinea Domini propaganda fuerunt, ab anno ſiquidem prædicationis ſuæ primo vſque ad 1650. de vano, & ſuperſtitioſo Idolorum cultu ad veram Chriſti Religionem addúxerunt, baptizarunt, inſtruxerunt, & inceſſanter docent.

Mirabiles & quāplures conuerſiones factæ ab Auguſt. diſcalceatis in Inſulis Philippinis.

In oppido Butuanenſi, & aliis conuicinis, mille & quingentas animas.
In oppido Linaoenſi, & conterminis mille & ſexcentas animas.
In oppido Caghaianenſi & finitimis aliis, mille & octogintas animas.
In oppido Baiughenſi, & aliis adjacentibus, familias mille ſuprà ducentas.
In oppido Laiauanenſi, & aliis in ejus circuitu, ſeptingentas familias.
In oppido Camiguenſi, & Laianghanenſi, familias ſexcentas.
In oppido Bacuaghenſi, & vicinis familias mille ſuprà ducentas.
In oppido de Sidargao, & aliis familias bis mille.
In oppido de paraſao familias octingentas.
In oppido Tandaghenſi familias ſeptingentas.
In oppido de Tagho, & Adlao familias nongentas.
In oppido Biſiinenſi, familias bis mille.
In oppido Baganganenſi, familias octingentas.
In oppido de Binalgaban, familias mille ſuprà quingentas.

In oppido Tuggauanenſi, familias trecentas ſuprà mille.
In oppido de Romblon, familias mille ſuprà ducentas.
In oppido de Cuyo familias bis mille.
In oppido Diuilenſi familias mille ſuprà trecentas.
In oppido Dumaranenſi, mille, & quatercentum animas.
In oppido de Bolinao, mille etiam, & ſexcentas animas.
In oppido de Maſinglo bis mille animas.
In oppido Sigaianenſi, ſeptingentas animas.
In oppido de Mariuelez, mille ſuprà quingentas animas.

Mille prætereà numeramus animas quibus in Conuentu S. Ioannis Baptiſtæ, & tercentàs in Conuētu ſancti Sebaſtiani extra Manilam: ſexcentáſque in conuentu Zebuenſi ſpiritualia adminiſtrantur, abſque Aduenis gentilibus mercaturam ibi agentibus qui quotidie non ſine incommodis, & labore magno ad fidem Catholicam conuertuntur.

De his omnibus præfatis excalceatis martyribus Auguſtinianis, ampliores factæ ſunt, & quotidie fiunt informationes: vt ſuo tempore ſanctorum martyrum numero à S. Sede Apoſtolica adſcribi poſſint ſine cujus authoritate, & expreſſa declaratione nullus verè martyr, & vt Sanctus venerari poteſt. Quæ de iſtis non tanquam de ſanctis martyribus declaratis locutū me fuiſſe profiteor, proteſtor enim quæcunque in his duobus libris de Elogiis virorum Illuſtrium dixi quæ ſanctitatem aliquam, miracula, martyrium: & ſi quæ ſint alia indicare poſſunt; imò ſi vulgato nomine martyrij, aut beati vſus ſum, me nolle ſic intelligi, vt verè aliquem beatum, aut martyrem proponere velim, quem talem non declarauit Eccleſia. Nec quod hæc omnia ab Apoſtolica ſede examinata, & approbata fuerint, ſed tantum modo quæ à ſola Authorum ſuorum fide, vim aliquam habeant: atque adeò non aliter quam humanam hiſtoriam: & ſecundum communem hominum æſtimationem.

Authoris proteſtatio.

Nec ſolùm præfatos martyres habuit Hiſpanica diſcalceatorum S. Auguſtini congregatio: ſed multos etiam, in diuerſis prouinciis viros Illuſtres, pietate, ſcientia, & dignitate celeberrimos, qui ſe ad Auguſtinianam hanc ſtrictiorem reformationem dedicarunt, & ſeueriorem hanc congregationem: virtutibus, & exemplis maximè illuſtrârunt, quorum nomina ſic refert R. P. Andreas à S. Nicolao Hiſpano ſuprà citatus, fol. 8.

P. Frāciſcus Briones.

Venerabilis Pater Franciſcus Briones Segouiæ ex parentibus vallis oletanis natus, Conuentus S. Philippi Matritenſis, fortunata proles, perfectæ orationis vir & totus in Deum abſorptus cujus corpus in Eccleſia Parrochiali nauæ Regiæ in Caſtella veteri depoſitum, poſt decem annos integrum, & illæſum repertum extrema narium parte concuſſa tantum, potiùs quam corrupta dum ad noſtram tranſlatum eſt: quidam manum ejus & habitum quaſi deoſculaturus accedens, vt pio quodam furto ſed temerariò, deuotioni ſatisfaceret, dentibus digitum abſcidit, & continuò quaſi de viuo corpore copioſus è vulnere ſanguis emanauit, quod idem corpus poſt aliquos deinde annos, inter intritam calcem in Conuentu ipſo incorruptum adhuc, & palpabile inuentum fuiſſe ab oculari & fide digno teſte audiuimus.

Vene-

Venerabilis P. Ioannes Baptiſta coronas in oppido Graus, comitatus Riparcurciæ in Regno Aragoniæ natus, relictis ſæculi pompis, & cœleſtia appetens in Conuentu oſcenſi S. P. Auguſtini habitum induit: & in Conuentu Cæſarauguſtano dum Priorem ageret. P. Gregorius de Alarcon, poſtea Epiſcopus Hauanenſis ſeu S. Iacobi de Cuba, excalceatæ noſtræ congregationis jugum ſubiit inde ad conuentum Borgiæ miſſus, vbi tunc Hyeronimus de Chriſto, & Michaël de Bombau ſanctitate florebant: Deinde verò ad Bibliranum, in quo floruit tanquam lignũ quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dedit in tempore ſuo. In conuentu Cæſarauguſtæ Nouitios nouem annorum ſpatio, mira prudentia, & ſingulari vigilantia educauit, pluréſque Illuſtres Auguſtinianæ arbori inſeruit palmites. Electus in Priorem conuentus Dominæ noſtræ Sanctorum de Zuera obediit, & ſtatim officio ceſſit. *P. Ioan. Baptiſ. coronas*

Exinde factus Prior Matritenſis & Prouinciæ Rector inſtitutus, tandémque Aragoniæ Prouincialis creatus, cum vix Cæſarauguſtam perueniſſet in morbum incidit, & ad cœlos non ſine euidentibus ſanctitatis indiciis tranſmeauit: oratione enim continua, caſtitate Angelica, pœnitentia mirabili, cæteríſque virtutibus Clarius diuinis ſemper reficiebatur conſolationibus, & in oratione non ſemel à fratribus ſydereo ſplendore coruſcans viſus eſt.

Venerabilis P. Ioannes de Caſtro vrbis, & conuentus Toletani filius, celebris ſuo tempore concionator, qui cum eſſet vnus ex primis qui in conuentu Talabricenſi reformationem inchoarunt, ipſámque ſuis virtutibus, & exemplis decorarunt. Cum ad Reuerendos Patres de obſeruantia rediiſſet ex Priore domus Salmaticenſis Archiepiſcopus ſanctæ fidei, in nouo regno Granatenſi deſtinatus, ſed poſt conſecutionem mox renunciato Præſulatu, & Regius Prædicator electus Matriti, manſit in conuentu S. Philippi vbi non ſine modico ſanctitatis odore vitam hanc mortalem cum immortali tranſmutauit. *P. Ioannes de Caſtro.*

Venerabilis P. Andreas de Canouas ſiue de S. Nicolao vir planè Apoſtolicus qui dum feruentiſſimo animarum zelo ductus, ad Inſulas Philippinas ſe conferret, jam portum terrenum acceſſurus, magnis relictis ſanctitatis indiciis ad cœleſtem fœliciter peruenit. *P. Andreas de Canouas*

Venerabilis P. Ioſephus de Parada, è primis etiam fuit, qui in Talabricenſi cõuentu, ſtrictiorem reformationem amplexi ſunt, vir inſignis, Patria Salmaticenſis, & ejuſdem Vrbis Monaſterij alumnus, magnarum virtutum ſplendore Illuſtris, ardentiſſima in pauperes charitate præſtans, ſumma fuit ejus humilitas aſſidua oratio, indefeſſa chori aſſiſtentia, domi clauſura ferè perpetua, & à Nouitiatu vſque ad obitum virtutum omnium exemplar fuit, quibus nouam reformationem mirum in modum ædificauit, quovſque dum in conuentu Nauæ Regiæ degeret: æger admodum & infirmus ad R.PP. calceatos rediit, vbi in propria Salmaticenſi domo, obdormiuit in Domino. *P. Ioſephus de Parada.*

Venerabis P. Michaël Bombau ſiue de S. Maria, validus corporis domitor vulgò appellatus, Cæſarauguſtanus, Religione, & virtutibus clarus, in prima expeditione fratrum noſtrorum ad Philippinas inſulas contendens: dum in oppido de Mariuelez Euangelium prædicaret: multáque ob eam cauſam opprobria, & incommoda paſſus eſt [illegible] *Michael. Bomban.*

P.Gregorius de Ayala. Venerabilis P.Gregorius de Ayala, clara ſtirpe oriundus, poſtquam inter Calceatos Aragoniæ Prouincialis Munus laudabiliter obiiſſet, nouam & auſteram excalceatorum reformationem ſuſcepit. Vtrobique humilitatis,& ſanctitatis perfectum fuit exemplar:totus ſiquidem orationi,ac rerum cœleſtium meditationi deditus,& prædicationi,ſacrarúmque literarum,ſtudio intentus, jejuniis præterea, & pœnitentiis corpus domabat, cilicio ferreo ad nudam carnem ad vltimum vſque finem, affixo potiùs quam appoſito, in aſſiduis & periculoſis caſtitatis certaminibus, glorioſam ſemper victoriæ palmam obtinuit. Demùm cum eſſet Cæſarauguſtanus Prior ægritudine languens,pro ingenti lachrymarum copia & doloris exceſſu, quo in ſua confeſſione generali præteritæ vitæ maculas deplorauerat,cum maxima ſanctitatis opinione piam animam exhalauit.

P.Franciſc. de Bombau. Venerabilis P.Franciſcus de Bombau,ſiue de ſanctis Cæſarauguſtanus,cum bis in die,magno feruore. Paſſionis Dominæ ad populum concionem habuiſſet, Bilbili vitæ & laboribus finem impoſuit,cujus corpus(tanta erat apud omnes de ejus ſanctimonia,exiſtimatio.)Venerabilis Baſilicæ Marianæ Canonici,pro ingenti dono petentes in templo ſuo terræ commendarunt.

P.Rodericus de Ayala. Venerabilis P.Rodericus de Ayala Burghenſis ſpreto majoratu, ad paupertatem & humilitatẽ excalceatorum Euangelicã aduolauit, vt nudũ Chriſtum & crucifixum ſequeretur:magno ſemper Spiritu Verbum Dei populis annuntiauit, tempore peſtis charitate flagrans maximam infirmis opem tulit. Eximia puritate,pœnitentia & oratione clarus effulſit. Et in conuentu Cæſarauguſtano ex hac lacrymarum valle, ad immortalitatis gaudij montem magno cum ſanctitatis odore migrauit.

P.Hyeron. de Chriſto. Venerabilis P.Hyeronimus de Chriſto, doctrina, prædicatione, & virtutibus inſignis, Aragoniæ prouinciæ filius: dum ad Inſulas Philippinas feruentiſſimo animarum zelo transfretaſſet, & copioſam animarum meſſem collegiſſet, Bolinai terrena deſeruit,vt cœleſtia conſequeretur præmia.

P. Ioannes de Burgos. Venerabilis P.Ioannes de Burgos qui Verbum Dei vſque ad vltimam ægritudinem impretermiſsè,& alacriter prædicauit. Corpus quod jejuniis,continuíſque mortificationibus domuerat: vt ſpiritui ſubeſſet in conuentu fontis ſancti de portillo poſt menſem viſum fuit incorruptum.

P. Alphõſus ab Annunt. Venerabilis P. Alphonſus ab Annuntiatione Ampudiæ natus, humilitate abſtinentia,& vigiliis celeberrimus, diſcordias ciuium & nobilium Talabricenſium in dies nimis progredientes tanquam Angelus pacis fœliciter cedauit,tandem miraculis. Clarus Portilli glorioſa morte vitam finiuit.

P. Alphõſus de Caſtro. Venerabilis Pater Alphonſus de Caſtro Occannienſis,vnus è primis qui in Talabricenſi conuentu nouam reformationem profeſſi ſunt, multis fuit virtutibus inſignitus quibus cum inter excalceatos maximè luceret, præcipuè veró eximia in pauperes charitate, quorũ multos portilli funeſto famis tempore animoſa fide ſuſtentauit, renuens potius quàm libens ad R. patres calceatos rediit, inter quos Valliſoleti ſuauiſſimum relinquens ſanctitatis odorem, è vita diceſſit.

P. Didacus de Montoya Venerabilis P.Didacus de Montoya, venerandi Ludouici de Montoya, ex fratre

fratre nepos, poſt varios caſus diuerſóſq; pro Catolica fide in Anglia, & ſecūdū alios in Indiis, labores exantlatos in nouam diſcalceatorum congregationem ſe recepit, vbi plurimis virtutibus clarus teneririmis amoris nominis Ieſu exercitiis jucunditer immerſus, dum cœnobij Matritenſis eſſet prior, ad cœleſtem patriam, tranſit.

P. Franciſcus Fragoſo

Venerabilis P. Franciſcus Fragoſo Toletanus, qui inter excalceatos dum ſuauiſſimum virtutum odorem ſpiraſſet, & quadam die de extremo judicij die cum quodam ſpirituali viro diffuſum habuiſſet ſermonem, tanto peccatorum ſuorum tremore, & judicis venturi timore fuit correptus: vt ad cellam ſe recipiens ſanctiſſimique crucifixi imaginem accipiens, & ardentiſſimos contritionis actus producens, ſtatim præ dolore, cunctis admirantibus Religioſis, terreſtrem hanc habitationem Matriti, pro cæleſti commutauit.

P. Franciſcus de Tapia.

Venerabilis Pater Franciſcus de Tapia qui in Conuentu Talabricenſi ſtrictioris vitæ & obſeruantiæ regularis ardentiſſimus amator, præmia acceptutus æterna ex hac vita tranſiuit laborioſa.

P. Alphonſus Nauarro

Venerabilis Pater Alphonſus Nauarro Inculpatæ vitæ, & exemplaris, Matriti in Domino ſanctiſſimè quieuit.

P. Andreas Diez.

Venerabili Pater Andreas Diez Talabricenſis qui Religioſiſſimam, diſcalceatorū Italiæ erexit Congregationem, quam cum jam Neapoli in Conuentu S. Mariæ de Oliua plantaſſet. Et Vicarium Generalem Congregationis centū vrbium in Sicilia egiſſet dum ad propria remearet Tarracone mortuus eſt.

Hi ſunt qui ex Reuerendis Patribus de obſeruantia inter excalceatos, virtutibus, & exemplis correſcatunt, & ſtrictiorem hanc reformationem, fidelium ædificatione præpagarunt, ſuaque authoritate copioſo Religioſorum numero firmarunt, quorum omnium heroicas virtutes, téſque præclarè geſtas diffusè aliquando profferendas eſſe in domino ſperamus.

P. Gregorius de Alarcon & multi alij.

Eos ſecuti ſunt alij ex iiſdem RR. PP. de Obſeruantia videlicet R. P. Gregorius de Alarcon, virtutis amatorum fautor, & amator, qui Naufraganti reformationis nauiculæ non modico fuit adiumento. Demum electus Epiſcopus Cacerenſis, deindeque Hauanenſis ſiue S. Iacobi de cuba, dum jam propè portum illius ciuitatis eſſet, nec ad ipſam, validis reſiſtentibus procellis appellere poſſet antequam de naui deſcenderet ægritudine confectus, in mari periculoſos huius vitæ mortalis fluctus ſupremum agens diem euitauit. R. P. Hyeronimus de Saona quondam in Academia Barchinonenſi primarius Theologiæ profeſſor qui Hyerachiam myſticā, & tractatū de excellētia S. Petri, & Ioannis prælio mādauit R. P. Ioannes de Paſtrana qui ſuper Sacram Euchariſtiam quædā in lucem edidit opuſcula. R. P. Euſebius de Herrera qui deciſiones morales typis tradidit. R. P. de vera, Pater Gabriel Hurtado, P. Baltazar Martel àb aliquibus Hyeronimus per errorem appellatus P. Martinus de Aguero, P. Ioannes de Caſtillo P. Ioannes Hurtardo. P. P. de Herrera. P. Ioannes de Pamplona Pater Garſia de Prado. Hyeronimus de Argnello P. Benedictus de Caldera, & multi alij ſcientia, ac Religioſa Obſeruantia inſignes qui ad inceptum iſtud opus perficiendum conuolarunt.

Duos hic denique celeberrimos omittere non poſſum Reuerendum nempe

P. Matheus delgado. Mathæum Delgado, ſpendidiſſimum humilitatis Iubar, veriſſimum pœnitentiæ ſpeculum mirificum paupertatis exemplar, ac multis coruſcantem virtutibus qui anno 1637. cum in ſolitudine cādelariæ triginta annos ſanctè, & laudabiliter conſumpſiſſet die 21. menſis Octobris peracto ſacroſancto miſſæ ſacrificio ſe morti proximum eſſe dixit, & ſacramento extremæ vnctionis petito & accepto coram poſitis fratribus quos ad Auguſtinianæ Regulæ obſeruantiam hortatus cum B. Dei Genitrice Maria dulciter loquens obdormiuit in Domino, cum centum & quinque eſſet annorum, maximámque habuiſſet ſanctitatis famam. Exuuiæ ejus, hoc decorantur elogio.

Hic iacet venerandus P. Frater Matheus Delgado Nobilis Singilianus. Excalceatorum S. P. N. Auguſtini alumnus. Cænobioqne in hoc Deiparæ Virginis de Candelaria primus Eremitica vitæ reſtitutor, multorum poſtea Pater Monachorum, qui per triginta annos aſperam vitam duxit, Longæuaque ætate glorioſo fine quieuit XII. Calend. nou. anno 1631. ætatis ſuæ CV.

Hic manet occultus, mundus cui nolle tumultus,
Gratum; dum populos fugerat vt ſcopulos.

P. Thomas à S. Maria Alium addo R. P. Thomam à S. Maria, quem per errorem Cruſenius in Monaſt. cap. 48. p. 3. vocat Auguſtinum à Matre Dei. Hic natus in ipſa Scotiæ S. Andreæ Metropoli: vel non longè ab ea, parentes Catholicos habuit Andream Burd, & Mariam Lindſam, ex nobili familia Baronū de Lindſay oriundam. Cum ab eis in pueritia bonis moribus eſſet inſtructus, jam adoleſcens in Hiſpaniam profectus eſt, vbi apud Regiam Curiam in domo cujuſdam equitis Scoti Guillelmi ſimplicij diuerſatus, meliora æmulans ibidem in Cōuentu noſtræ congregationis Auguſtinianum habitum induit. Emiſſa profeſſione, & facto Sacerdote Romam profectus eſt, vbi fauoribus, gratiíſque multis Fœl. record. Pauli V. munitus, de Superiorum licentia anno 1609. in hæreſibus oppreſſam patriam ſe contulit vt ad antiquam, & orthodoxam fidem quos poſſet ipſe reduceret. Ibi per decennium ferè commoratus non ſine vitæ periculo multas Catholicæ ac Romanæ Eccleſiæ comparauit animas. Cúmq; humanis literis minimè eſſet inſtructus, oratione media, cæleſtem accepit à Patre luminum ſapientiam, qua mundi ſuperbiam, & ſcientiam confundebat. Pedeſter iter agebat, quamuis debili & ægra ſemper valetudine, ciuitates & oppida peragrans afflictos conſolabatur Catholicos, dubios in fide & Vacillantes confirmabat, alióſque cadentes erigebat.

Hæreticorum quorundam inſidias, pudicitiam ejus labefactare conantium, introducta quadam mulietcula in cubiculum diuerſorij in itinere ſcotiæ in Angliam tendente omnium admiratione vitauit. Conſiliis abundauit ſaluberrimis. Egenos collectis eleemoſinis adjuuabat: detentos in carcere ſæpiſſimè viſitabat, eíſque neceſſaria ſubminiſtrabat. Veſtitu & victu parciſſimo contentus fuit, & ſub humili tecto ligna pro lecto habuit, tenui dumtaxat clamyde opertus, qua ſe in illis ſeptentrionalibus prouinciis operiebat, ne ab hæreticis noſceretur magiſtratibus: inquorum manus mirum eſt quod ſæpe non inciderit, cum toto eo tempore quo in Scotia, ſaluti animarum inſtabat, maxima ſeuiret in Catholicos omnes, & præcipue Sacerdotes perſecutio.

Denique

Denique cum in Belgium veniſſet, & in Hiſpaniam reuerteretur, vt inde in Scotiam multos alios confratres in noua Chriſti vinea operarios ſecum reduceret. Auenione in Gallia in Conuentu R. P. Minimorum ſanctè, & Religioſè prout vixerat ex hac vita migrauit. De illo Cruſenius in Monaſt. honorificam mentionem facit, licet proprium ignorauit nomen, affirmat enim ſe audiuiſſe eum abſque graui literatura introiſſe in potentias Domini, tantumque ſua ſimplici proffeciſſe pietate, vt frequentia ac euidentia miracula patraret. *Moritur Auenione.*

Hæc modo ſufficiant ad maiorem Dei gloriam vt ſciant omnes æmuli noſtri, veros nos eſſe S. Auguſtini filios, ſuaueſque ac vberes fructus in agro militantis Eccleſiæ producere, ſupereſſet hîc fundationes omnium Conuentuum referre quos præfata hactenus acquiſiuit Congregatio ſed cum ad manus meas non peruenerint horum ſolum nomina ſequenti §. reſcenſebo.

§. VIII.

Cathalogus Conuentuum, & domorum Regularium excalceatorum S. Auguſtini Congregationis Hiſpaniarum.

ROmanus S. Idelphonſi in quo reſidet R. P. Procurator generalis totius Congregationis.

In Prouincia S. P. N. Auguſtini Caſtellæ nouæ, & veteris.

Talabricenſis ſiue Talauarenſis primus recollectionis Conuentus ſub titulo Eccleſiæ Aue Maria, vbi crucifixi imago miraculoſa veneratur.

Matritenſis S. Auguſtini Recolectorum ad pratum opus inſigne.

Toletanus S. Nicolai de Tolentino.

Complutenſis, Collegium S. Nicolai.

Machedanus S. Mariæ de Daris extra muros.

Xarandillianus S. Ioannis Baptiſtæ.

Salmaticenſis S. Nicolai de Tolentino.

Portillenſis S. Mariæ ad Fontem ſanctum extra muros.

Valliſoletanus S. Nicolai de Tollentino.

Nauis Regiæ S. P. Auguſtini.

In Valle vitioſa tertio milliario à delectoſa oppido eremus S. Ioannis Baptiſtæ.

In S. Cruce de Serra S. Ioachimi.

In Valle de fontibus S. P. Auguſtini.

In Prouincia Sanctæ Mariæ de Pilari in Regnis Aragonum, Valentiæ, & Cathaloniæ.

Cæſarauguſtæ, domus profeſſa.

Ibidem Coll egium S. Nicolai de Tolentino.

Ibidem extra muros, Nouitiatus.
Calatajuuenſis S. Nicolai de Tolentino.
Borgienſis S. Auguſtini.
Oſcanus Collegium S. Nicolai de Tolentino.
Alagonenſis S. Ioannis Baptiſtæ.
Valentianus S. Manicæ in ſub vrbio.
Caudielenſis Ieſu Nazareni Collegium.
Barcinonenſis S. Monicæ in ſub vrbio.
Guiſonenſis.
Benabarenſis.
Bilbitanus.
Zueranus.

In Prouincia Bæthica B. Thomæ à Villanoua.

Hiſpalenſis S. Mariæ de Populo.
Gratanenſis S. Ioannis Euangeliſtæ.
In S. fide S. Ioannis Baptiſtæ.
In Almagro, Collegium ſanctiſſimi Sacramenti.
Luchenſis S. Nicolai.
Toboſſienſis S. Mariæ de Remediis.
Alcobricenſis.

Prouincia Sancti Nicolai Tolentinatis in Inſulis Philippinis.

Ma linæ S. Nicolai.
Ibidem S. Ioannis Baptiſtæ.
Ibidem, S. Sebaſtiani.
Zebuenſis Conceptionis Beatæ Mariæ in Inſula nominis Ieſus
Cabitenſis S. Nicolai.
Bictuanenſis S. Ioſeph
Linaſenſis.
Cagaianenſis S. Auguſtini.
Baiughenſis.
Laïauanenſis.
Camiguenſis.
Bacuaghen ſis.
Cidargaoenſis.
Paraſaoenſis.
Tandaghenſis S. Nicolai.
Biſlinenſis.
Taghenſis.
Baganganenſis.
Binalbaganenſis.
Tuggauanenſis.
Romblonenſis.
Bantonenſis.
Fuyenſis.
Diuaillenſis.
Dumarenenſis.
Calaminenſis.
Bolinaſenſis ſancti Iacobi.
Maſinglenſis. ſancti Andreæ
Sigainenſis.
Mariuielenſis.

Vicariatus Terra firma.

Candelarienſis Sanctæ Mariæ prope Tugiam.
Cartaginenſis S. Crucis de Pupi extra Muros.

Pana

Panamenſis S. Ioſeph.
Natanenſis.
Hoſpitium Mexicanum.
Hoſpitium Sanctæ Fidei.
Hoſpitium Tunxenſe.
Parrochiæ Inſulæ S. Catharinæ.

CAPVT III.

De inſtitutione diſcalceatorum Sancti Auguſtini in Italia, & Germania.

TRitum eſt, & commune pronuntiatum, *omne bonum eſt ſui ipſius communicatiuum*, Sol enim ſtatim atque oritur, vbique terrarum lumen ſuum diffundit: Ignis calorem ſimul, & ſplendorem producit: plantæ, & animalia virtutes ſuas, & proprietates hominibus communicant: cœlum, & aſtra influentias ſuas, in has inferiores mundi partes immitunt. Imo Deus ipſe qui eſt ſuprema, & imparticipata bonitas ſeipſum communicat Pater ſiquidem æternus eſſentiam ſuam infinitam filio ſuo ab æterno communicauit ſemperque communicat, & eandem Pater; & filius, ſpiritui ſancto, qui cum non poſſit ab intra vt loquuntur Theologi aliquid producere, ad extra ſeipſum Apoſtolis aliiſque Chriſti fidelibus in ſacro die pentecoſtes cómunicauit. Neque contentus Vnigenitus Dei Filius præfata illa æterna communicatione ab intra ſeipſum etiam naturaliter in huius mundi creatione communicauit, perſonaliter humanæ naturæ quam aſſumpſit, Sacramentaliter animabus deuotis ſub ſpeciebus panis, & vini, tandemque tota Trinitas ſupernaturaliter Angelis omnibus, & beatis in cæleſti gloria. *Deus ſeipſum omnibus, communicat.*

Quare diſcalceatorum Congregatio Auguſtinenſis ſanctè, & piè in Hiſpaniis inſtituta, ſtatim ab initio non ſolum per Hiſpanias diffuſa eſt, ſed ad Barbaras vſque, & longinquas nationes vt diximus feliciter peruenit. Nec his contenta chariſſimos etiam Recollectionis, & reformationis ſuæ alumnos, in Italiam miſit, vt ſimilis vitæ,& auſteritatis genus ſtabilirent: neque tanto debuit Italia priuari bono cum in toto orbe, & quacumque cœli conuexitas vergit pulcherrima ſit omnium, rebuſque merito principatum naturæ obtineat, rectrix parenſque mundi altera, fons, & origo tot Illuſtrium diuerſorum ordinum reformationum, tot ſanctorum Martyrum, & confeſſorum genitrix, & In cuius Vrbe celebriori, Roma videlicet aliarum omnium regina, & totius propè modum orbis olim capite ſummorum Pontificum ſancta ſedes iure merito conſtituta eſt. Ad hanc ergo venire debuerunt S. Auguſtini diſcalceati; vt inde facilius authoritate Apoſtolica confirmati, variiſque priuilegiis, & fauoribus muniti ad cæteras orbis partes tranſmiſſi ſtrictioris Auguſtinianæ regulæ obſeruantiam aliis communicare poſſent.

§ I.

Inſtitutio, & Progreſſus diſcalceatorum S. Auguſtini in ciuitate Neapolitana.

POſt aſſumptionem R. p. Gregorij de Montelparo, ad apicem purpuratorum ab Auguſtino Fiuizano Sacriſta, & Vicario Generali totius ordinis S. Auguſtini comitia generalia indicta fuerunt: conuenientibúſque pp. die 16. Maij 1592. & Clementis VIII. anno 1. Electus eſt Andreas Fiuizanus prior Generalis: quo tempore Summus pontifex diſciplinam regularem, maximè verò ordinis Auguſtiniani, reſtaurare ſatagebat. Et ideò de expreſſo illius Mãdato, à Patribus capitulariter congregatis, noua diſcalceatorum S. Auguſtini reformata congregatio, in Italia inſtituta eſt: vt refert Eminentiſſimus Cardinalis Saulius totius ordinis protector meritiſſimus in ſua declaratione ſub die 12. Octobris 1623. *Horum enim congregatio ab ipſis fratribus conuentualibus Romæ capitulariter congregatis anno 1592. quo in Magiſtrum Generalem electus fuit Reuerendus Andreas Fiuizanus inſtituta eſt*, & approbata ſicut in capitulo Prouinciali Toletano in Hiſpania, præſente, & Præſidente R. Patre Gregorio de Montelparo totius ordinis Auguſtiniani tunc Priore Generali, Hiſpanica Recollectio inſtituta, & approbata fuerat: quæ omnia denuò in hoc capitulo generali approbata, & confirmata ſunt.

Inſtitutio diſcalceat. Romæ in capitulo generali.

Vt autem principium aliquod huic ſanctæ inſtitutioni daretur R. P. Andreas Diez Talabricenſis, vnus ex primariis & præcipuis qui habitum Recollectionis, arduámque vitæ diſciplinam diſcalceatorum in Hiſpania profeſſi fuerant, die 28. Iunij Præfati anni 1592. in vigilia Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, hujus reformationis prima fundamenta jacturus fœliciter Neapolim appulit, & à R. P. Chriſtophoro Romano, aliiſque Patribus Conuentualibus Auguſtinianis perbenignè ſuſceptus eſt, qui nouum illius habitũ, ſtrictioríſque Regulæ obſeruantiam admirantes conceſſerunt illi Eccleſiam, & conuentum S. Mariæ de Oliua de aſſenſu P. Andreę de Sitignano ejuſdem ordinis qui ibi inhabitabat, & in alium locum juxta ſanctum Elmum poſteà receſſit vulgò La Renella vbi erat Eccleſia ejuſdem ordinis, & inibi multos annos ſanctiſſimam vitam tranſegit. Quare facto ſuper hoc publico inſtrumẽto, de cõſenſu R. P. Magiſtri Cæſaris Prouincialis, R. P. Andreas Diez præfati monaſterij S. Mariæ de Oliua poſſeſſionẽ, ingreſſus eſt. Interim Neapolim appulit quidam Heremita mõtis Virginis qui frater Andreas Tagleta appellabatur vir deuotus, & in ciuitate Neapolitana maximè notus, hic viſitans Patrem Andream de Sitignano vidénſque habitum auſterum, & reformatum R. P. Andreæ Diez inſtanter petiit vt ſimili habitu indueretur, quare die 6. Iulij ejuſdem anni hujus reformationis habitum à R. P. Andrea Diez deuotiſſimè ſuſcepit, & Andreas à S. Iob vocatus eſt, cũ altero conuerſo F. Laurẽtio: fuitque

Neapoli fundatur reformatio diſcalceatorũ.

F. Andreas Tagleta habitũ diſcalc. accipit

fuitque primus qui è ſæculo Veniens elapſo nouitiatus anno profeſſionem emiſit, cæteri enim omnes Religioſi tam conuentuales, quam aliarum congregationum qui ad diſcalceatorum congregationem tranſierunt, nullam aliã tunc profeſſionem emittebant: ſed cum jam in Auguſtiniana Religione eſſent profeſſi, ab ipſo ingreſſu eundem locũ, & gradum retinebant: fuerunt autem multi ex Conuentualibus aliiſque congregationibus qui hunc diſcalceatorũ viuendi modum amplexi ſunt, cum enim poſt aduentum R. P. Andreæ Diez, R. P. Magiſter Chriſtophorus Prior Conuentus S. Auguſtini, capitulariter congregatis omnibus Patribus, & Fratribus dixiſſet, ex Hiſpánia veniſſe Patrem illum Recollectum, & diſcalceatum Auguſtinianum, vt in Italia hanc recollectionem & reformationem inſtitueret, quę jam in multis Hiſpaniarum Prouiciis ſtabilita fuerat: & ſi quiſpiam illorum ſic vellet reformari, ſe libenter ei conceſſurum licentiam: ſtatim R.P. Baccalaureus Ambroſius Staybanus Tarentinus ſeipſum cum multis aliis Sacerdotibus obtulit, inter quos fuit P. Ioannes Baptiſta Criſtallinus, qui vnanimiter ad S. Mariam de Oliua properantes R.P. Andreæ Diez ſanctum ſuum propoſitum expoſuerunt, à quo gratiosè recepti, habitu vili, & auſtero reformationis induti ſunt die 20. Iulij ejuſdem anni. *P. Ambroſ. Staybanus, & multi alij habitum ſuſcipiunt.*

Poſt aliquot dies Præfatus R. P. Andreas valetudine ſemper infirma regimen, & præfecturam Conuentus de conſenſu R. P. Chriſtophori Conuentus S. Auguſtini Prioris inter manus ejuſdem P. Ambroſij Staybani renuntiauit: & cum poſtea in Vicarium Generalem, congregationis centum vrbium in Sicilia electus fuiſſet à R.P. Andrea Fiuizano totius ordinis Paſtore vigilantiſſimo prælaturam acceptare coactus eſt.

Sciens autem P. Ambroſius Staybanus ad erigendam de facto nouam alicujus ordinis congregationem neceſſariam eſſe R. Patris Generalis auctoritatem & approbationem ideò Romam petiit cum P. Andrea à S. Iob vt præfatam de nouo approbationem obtineret, ſimúlque hujus congregationis à centurbij ſiue Reformatorum Siciliæ ſeparationem. Hæc omnia facilè conceſſit R.P. Generalis primúmque Vicarium Generalem nominauit R. Patrem Ambroſium Staybanum vt conſtat ex verbis diplomatis tenoris ſequentis ſub die 10. 3. Nouembris 1592.

Cum ordinis noſtri ſplendorem ſummopere cordi habeamus illúmque magis ac magis amplificari &c. & paulò infrà, *cum itaque nouam ordinis noſtri congregationem inſtitueris ſub titulo fratrum Diſcalceatorum ordinis Eremitarum S. Auguſtini, illámque à nobis petieris approbari, & à congregatione Eremitarum Reformatorum Siciliæ diuidi ac ſeparari. Nos huic iuſto pio deſiderio ſatisfacere cupientes, harum vi noſtrique Officij poteſtate prædictam diſcalceatorum ordinis noſtri Regni Neapolitani congregationem approbamus, & te eiuſdem congregationis Vicarium Generalem conſtituimus, quem ſub noſtra tantum poteſtate degere volumus, &c.* *Approbatur & diuiditur congregatio diſcalceat. à Reformatis Siciliæ.*

Ex quibus infero eandem fuiſſe à principio horũ omnium congregationẽ, quam poſtea diuiſit R.P. Generalis, diſcalceatorúmque congregationem Regni Neapolitani approbauit & diſtinctum Vicarium generalem nominauit.

His ergo negotiis fœliciter expeditis Neapolim redierunt præfati patres, & ex tunc officio Vicarij Generalis functus eſt R. Pater Ambroſius Staybanus.

Poſt duos circiter menſes R. Pater Auguſtinus Maria Sauonenſis congregationis Lombardiæ homo inſignis, eximiæ virtutis, & optimus prædicator qui tunc temporis in Monaſterio S. Martini ſub ſancto Elmo Calthuſianorum habitum ſuſcepturus morabatur, audiens in ordine Auguſtiniano factam fuiſſe diſcalcearorum reformationem ab ipſo tantopere deſideratam, ſine mora in Conuentum S. Mariæ de Oliua ſe tranſtulit vbi cum R. Patre Ambroſio Staybano communicans ſimul egerunt quid circa habitus reformationem, & modum viuendi, ad faciliorem huius Congregationis progreſſum, & maiorem Dei gloriam obſeruandum eſſet. Poſtea vero à præfato patre eodem reformationis habitu indutus eſt Pater Auguſtinus Maria à S. Trinitate appellatus die 14. Ianuarij 1593. & Poſt menſem miſſus eſt Cornetum de Portigara in baſilicata, vt ibi Conuentum ædificaret quem cum maxima totius populi ſatisfactionem fundauit, ibique cum per aliquot tempus remanſiſſet rediit Neapolim relictis in præfato Conuentu Patre Claudio, fœlice, & Iulio Sacerdotibus cum duobus laicis, qui omnes excepto Patre Iulio erant Congregationis carbonariæ, & à Patre Andrea Diez ante eius deceſſum in S. Maria de Oliua huius reformationis habitum acceperant.

Dicti autem Patres Ambroſius, & Auguſtinus Maria concilium inierunt, vt ad Romanam curiam quamprimum ſe conferrent, & de huius reformationis progreſſu Reuerendiſſimo Patri Generali rationem redderent, alioſque Conuentus Romæ fundarent. Quare Pater Auguſtinus Maria ad hæc peragenda deputatus fuit quippe qui olim fuerat Congregationis Lombardiæ in curia Romana Procurator generalis, ibique multorum amicitiam contraxerat, & in negotiis eiuſdem curiæ periciſſimus erat.

§. II.

Progreſſus diſcalceatorum Romæ, & Genuæ.

POſt aliquos dies Pater Auguſtinus Maria, & Pater Ioannes Baptiſta criſtalinus Romam proficiſcuntur, vbi antequam publicé comparerent mutata capucij forma rotunda aliud aſſupſerunt acuminatum, & à pallio ſeparatum cui hactenus aſſutum, fuerat: & in hoc habitu, ſandaliis calceati, & barba in tonſa de inceps inceſſerunt, cur autem talem habitus formam acceperunt ex eo accidit, quod Pater Auguſtinus Maria in cubiculo Illuſtriſſimi Domini Auguſtini Fiuizani Sacrarij Apoſtolici præfecti, & S. Spiritus in Saxia poſtea commendatoris antiquam viderit picturam, quam à Clemente VIII. acceperat in qua S. Pater Auguſtinus in ſimili habitu depictus erat & quem antiquos Patres Eremitas geſtaſſe probabiliſſimum eſſe infra oſtendemus *l*. Sic ergo induti Eminentiſſimos Cardinales inuiſerunt, & Reuerd.

l libr. 2. c. 2.

Patrem

Patrem Andream Fiuizanum, qui Hilari admodum ac benigno vultu eos excepit, & cum Eminentiſſimo Cardinale Camerino agentes cui vinculis arctiſſimę familiaritatis aſtrictus erat P. Auguſtinus Maria, ab ipſo obtinuerũt Eccleſiam eius titularem S. Petri & Marcellini, vt ibi Monaſterium conſtituerent die 10. Maij 1593. In eo P. Auguſtinus Maria ad habitum reformationis quoſdam patres congregationis Lombardiæ admiſit præcipuè verò patrem Angelicum fratrem eius], alios item congregationis Ioannis Baptiſtæ Poggij, necnon etiam aliquos conuentuales de licentia Reu. P. Generalis. Quia verò præfatus locus ſanctorum Petri & Marcellini nimis Anguſtus, & peſſimi erat aeris longeque pro negotiis agendis à Curia Romana diſtabat, ab Eminentiſſimo Cardinale Montalto S. Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario, Eccleſiam S. pauli de Arenula obtinuit die 3. Octobris 1593. quæ parrochia erat ab Eccleſia S. Laurentij in Damaſo dependens: conſtituitque R. p. Generalis in conuentu S. petri & Marcellini in Superiorem Reuerendum P. Georgium Cotta Ianuenſem ex congregatione Baptiſtinorum, virum doctrina, & bonitate vitæ inſignem, ac in conuentu S. Balbinæ priorem, ibique cum nouem fratribus ex eadem congregatione permanſit.

Pater autem Auguſtinus Maria Eccleſiæ S. Pauli de arenula curam habebat, ibique cum patre Ioanne Baptiſta Criſtalino conſtitutus, & facta ſufficiente pro religioſis habitatione, Sacerdotes quoſdam & conuerſos ordinis S. Auguſtini habitu reformationis induit, ſicut etiam ex aliis Lombardiæ, & Baptiſtinorum congregationibus: necnon quoſdam ſæculares, inter quos ex Gallia fuêre pater Thomas Munier pariſinus, p. Franciſcus Amet Montargienſis, & p. Mathæus Lotaringus Conuentus Virodunenſis Auguſtinianus qui cum ſtrictioris vitę Capucinorum regulã elegiſſet, ſtatim acqeſciuit ſtrictiſſimam diſcalceatorum reformationem in Auguſtiniana religione ſtabilitam ad diſcalceatos Auguſtinenſes aduolauit. Ex Italia verò P. Iulianus à ſancta Maria pedemontanus, pater Antonius à S. Ioanne bono Brixianus, p. Ioannes Baptiſta pignenſis, & alij. *P. Mathæus & Franciſc. Amet Romæ diſcalc. habitum recipiunt.*

Ordinato ibi Monaſterio de licentia R. p. Generalis, qui eos ſummo amore proſeqnebatur maxima cum auſteritate & ſimplicitate viuebant: eóſque R. pater ſæpiſſimè viſitabat, & cum ipſis in publico refectorio non ſine omnium ingenti conſolatione manducabat, maximè verò diebus Veneris quos ſemper ad exactam vitæ regularis, & reformatæ obſeruantiam hortabatur. Sæpè etiam aderat. R. admodũm p. Ioannes Baptiſta de piumbino procurator Generalis, qui reformatos etiam plurimum diligebat: itavt ſemel illis ducentos nummos aureos ad domum quandam emendam, quæ omnino neceſſaria erat elargitus ſit, ſempérque eos adamauit, gratiiſque & fauoribus ſemper adjuuit. *R. P. Gener. & Procurator generalis ſũmo amore proſequũtur diſcalceatos*

Augebatur interim Religioſorum numerus, iam enim in conuentu S. pauli de Arenula 27. fratres de familia commorabantur, inter quos erant pater Mathæus, & Franciſcus Amet, qui vt audiui ejuſdem conuentus prior poſtea fuit: in alio verò S. petri, & Marcellini quatuordecim fratres qui tandem ob aëris malignitatem, & loci anguſtiam derelictus eſt, aliúmque acceptarunt, Eccleſiam

ſiam nempe S. Mariæ in palombara, millia paſſuum quindecim ab vrbe diſtantem.

Sed quia pater Auguſtinus Maria Roma, Genuam erat profecturus in conuentu S. pauli de Arenula priorem conſtituit patrem Georgium Cotta, & in palombara patrem Thomam pariſinum cum aliis inter quos erat p. Iulianus pedemontanus, & p. Antonius à S. Ioanne Bono Brixianus. Quo facto ſtatim iter agreditur, & in nobiliſſima Genuenſi ciuitate non ſine multa contradictione ſuperatis omnibus difficultatibus nobiliſſimũ fundauit Monaſterium multiſque tam ſæcularibus, quam Auguſtinianis congregationis Lõbardiæ, & Baptiſtinorum reformationis habitum dedit, inter quos celebres fuere pater Ioannes paulus à S. Nicolao, & Iacobus à S. fœlice qui ambo poſtea Vicarij Generales extiterunt. Tunc etiam temporis Romam rediit R. pater Andreas Diez, & à filiis ſuis in conuentu S. pauli de Arenula humaniſſimè fuit exceptus, poſtea verò dum ad propria remearet Tarracone diem ſuum obiit.

Genuæ fundatur Monaſterium.

Cum autem Neapoli pater Ambroſius Staybanus Vicarius generalis officio ſuo non ita religioſè fungeretur, nec regularis vitæ obſeruantiæ curam haberet, multiſque ab hac diſcalceatorum reformatione exeundi occaſionem præbuiſſet. R.p. Generalis Andreas Fiuizanus in Viſitatorem generalem R.p. Fœlicem Ianuenſem deputauit virum vtique doctiſſimum, ac inſignem prædicatorem; qui cum Neapolim appuliſſet eum ad ſtrictioris vitæ obſeruantiam reducere non potuit, quare demiſſo reformationis habitu, ad ſuos rediit conuentuales: vbi poſtea templum Eremitanum compoſuit, fuitque prædicator eximius. Maximam profectò hac in noua congregatione talis exitus peperit confuſionem, cui tamen promptiſſimum, & opportunum præbuit remedium R. P. Andreas Fiuizianus de hac reformatione ſemper benemeritus ſtatim enim in Vicarium Generalem conſtituit P. Auguſtinum Mariam qui nuper Genua Romam redierat virum ſanè religioſiſſimum, & regularis obſeruantiæ amatorem.

Hic Neapolim proficiſcens cum Patre Andrea à S. Iob qui ad aliqua negotia peragenda Romam profectus erat Religioſos omnes ſua præſentia, incredibili affecit lætitia, & conſolatus eſt, optimóque vitæ ſuæ exemplo eos in ſancto reformationis propoſito confirmauit, quos ſemper ad ſtrictiſſimam regulæ obſeruantiam, frequentiam, & aſſiduitatem chori hortabatur, ideóque omnes diligentiſſimè aſſiſtebant, diuinumque officium deuotiſſimè perſoluebant: quibus ipſe referre ſolitus erat ſe cum aliquando ob ſuas infirmitates choro adeſſe non poſſet ſuprà tectum chori ſuauiſſimum concentum, harmoniámque planè cæleſtem quaſi Angelorum collaudantium Dominum diſtinctè audiiſſe, quod ſæpè illi euenit. Bene hîc omnibus ordinatis, & in priſtinum ſtatum, reſtituta regularis vitæ diſciplina, Romam rediit vt alios viſitaret Conuentus.

Circa hæc tempora Reuerendus Pater Mathæus à S. Franciſca, & Reuerendus Pater Amet à S. Hyeronimo qui anno 1594. die 8. menſis Septembris in Conuentu S. Pauli de arenula completo nouitiatus anno profeſſionem emiſerant, cum Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Dauençon de dilatanda

latanda in Gallias congregatione tractant: & de conſenſu R. Patris Andreæ Fiuizani totius ordinis generalis præfatus Illuſtriſſimus Dominus Archiepiſcopus, à Sanctiſſimo Domino noſtro Clemente Papa octauo licentiam, & facultatem obtinuit quoſdam huius reformationis alumnos in conuentum ſuum Villaris benedicti transferendi, ſub die vigeſima tertia Decembris 1595. Vt infrà dicemus cap. 3. §. 1. *Facultates mittẽdi diſcalceatos in Gallias.*

Interim vbique vigebat ardua regularis vitæ diſciplina maxima cum ſimplicitate, extrema paupertate, & erga pauperes feruentiſſima charitate, vnde mirabilia multis in locis viſa ſunt quarum aliqua tantum ex iis referam.

Anno 16593. in Conuentu Neapolitano S. Mariæ de Oliua cum Fratres hora prandij ad refectorium conuenirent, neque in toto conuentu panem aut aliquid haberent vnde manducarent (eleemoſinarum enim queſtores ob continuam imbrium inundationem ad ciuitatem ire non potuerant) quare quidam ad chorum redierunt alij ad Eccleſiam miſericordiam Dei implorantes, ſe contulerunt; & ecce ſtatim apparuit Dei benignitas, & diuinæ prouidentiæ effectus, cum pulſata ianuæ campanella illúcque ſtatim accurrens ianitor quendam inuenit ſpectabilem ſed incognitum virum, qui pro eorum, ſuſtentatione notabilem pecuniæ eleemoſinam præbuit, neque amplius comparuit, nec viſus eſt quamuis longa, & tecta eſſet via, copioſúſque è cœlo deſcenderet imber. Quare ſummas Deo gratias agentes hoc opus Dei eſſe, & manum Domini hæc omnia feciſſe optimè iudicarunt.

Anno 1595. In Conuentu de ſomma cuius prior erat pater Thomas pedemontanus quadam die Veneris cum vnus ſolus panis nauticus, & cibarius reperiretur, qui refectorij curam habebat eum in loco ſuperioris poſuit. Dato ſigno prandij fratres omnes conueniunt, & facta benedictione, ad menſam ſedentes ſolùm fabale pulmentum comedebant, prior autem hunc panem miniſtro menſæ dedit, ſingulis fratribus porrigendum vt omnes ex eo manducarent, quibus renuentibus ad ianuam Conuentus pulſatur, ſtatimque ianitor accurrens pauperem famelicum inuenit, id priori renunciat, qui iubet illius panis, mediam partem dari cumque ad ianuam rediret, iterum pulſatur, & exiſtimans alium eſſe mendicum, alteram panis partem defert, & portam aperiens neminem iſtorum pauperum inuenit ſed venerãdum quemdam ſenem cum puero ſuprà caput caniſtrum candidis, & calidis panibus plenum deferente, cui dixit ſenex, accipite hos panes, & benedicite Dominum; quibus acceptis ſtatim pergit ad refectorium, eorúmque ſingulis fratribus diſtributione facta mirabantur omnes infinitam Dei prouidentiam, quæ nuſquam ſeruis ſuis deeſt, ſed in neceſſitatibus ſemper ſubuenit creuit autem admiratio cum rediens ad portam ianitor vt caniſtrum redderet, nec puerum, nec ſenem, aut quemlibet alium inuenit. Quibus auditis prior, & fratres omnes genibus flexis ſumma Deo gratias egerunt deuotiſſimum illum hymnum cantantes *Te Deum laudamus*, & Dominum in æternum benedicentes. Ex quibus patet quam ſint Deo gratæ eleemoſinæ, & Chriſti pauperum benefactores centuplum accipiant, & cumulatius remunerentur. *Prouidẽtia Dei.*

Anno 1599. Romæ in Conuentu S. Pauli de Arenula quidam aderat F. Mutius nouitius Neapolitanus, is cum malè affectus ad priſtinam valetudinem reuocatus eſſet, Summa vrbis Neapolitanæ cupiditate flagrabat vt matrem ſuam viſitaret, apparuit illi quadam noctè cacodæmon, & ſui deſiderij complementum promiſit dummodo ſeipſum illi dedicaret, quod fecit incautus ille nouitius, ſtatimque quamuis idiota idiomate latino de quæſtionibus Theologicis etiam difficilioribus diſputare cæpit non ſine omnium ſtupore, & maximè Religioſorum qui dæmonis aſtutiam haud ignorantes ieiuniis ſuis, orationibus, & diſciplinis in tantum profecerunt, quod ille infœlix nouitius quid quid cùm dæmone egerat pænitens, & contritus confeſſus eſt, factaque eorum omnium retractatione totus ad Deum conuerſus eſt. Quia tamen ſuperiores de noua aliqua cacodæmonis fallacia iuſto metu afficiebantur, Die noctuque à Religioſis deligenter cuſtodiebatur: accidit autem quadam noctè cum de ſuo exiret cubiculo apparuit illi hoſtis humani generis in forma porci minis cùm, & terroribus ob factam retractationem perſequentis: opem, & auxilium implorat, accurrunt Fratres, cumque aqua benedicta ſeipſum muniret, ac dæmonem facto ſigno crucis aſpergeret illum expulit, ſed fugiens fortiſſimum ei impegit colaphum ex quo in grauiſſimum morbum incidit, & poſt aliquot dies deuotè ſuceptis omnibus Eccleſiæ Sacramentis cum maxima peccatorum ſuorum contritione in Dominò quieuit die ſeptima Iulij. 1599.

Punitur nouitius à dæmone.

Anno 1623. Die duodecima Octobris in principio fundationis Conuentus Auerſæ cum fratres noſtri in ciuitate habitarent, ſoluſque in domo remanſiſſet Pater Hilarion (cæteri enim extra ciuitatem ad nouam Conuentus fabricam ſe contulerant) ad prandium ſecum vocauit Ioannem Baptiſtam procuratorem Conuentus qui hora ſolita domum ingreſſus vidit in atrio Iuuenem quendam ſpecioſum, & aſpectu decorum ſitè, & commodè veſtitum non tamen palliatum qui poſtulat alloqui patrem, adquem pergens Ioannes Baptiſta quid viderit, & audierit renunciat. Stupet Pater Hilarion quomodo illuc ianuis clauſis iuuenis ille introierit, tandemque ab illo inquirit, Quid velit, cui reſpondit ſe velle prandere. Quo audito ex commiſeratione commota ſunt patris viſcera: cogitanſque, an forſan eſſet angelus parauit, & dedit illi prandium. Dum autem ſimul manderent Pater Hilarion, & Ioannes Baptiſta, nec poſſent manducare dicebat pater quis ſcit an iſte iuuenis ſit aliquis Angelus? alter verò, quis ſcit an ſit aliqua purgatorij anima? (quarum iſte erat deuotiſſimus) finito prandio deſcēdit ad iuuenē Ioannes Baptiſta, vt videret ſi aliquid ei deeſſet ſed cū inueniſſet eum non amplius manducantem, eja inqui frater chariſsimè ſemel flexis genibus deuotè dicamus pro animabus purgatorij, *Pater noſter, & Aue Maria*, ſimúlque ad ianuam euntibus iuuenis iſte, Ioannis Baptiſtæ dexteram manum tenens, diciro inquit patri Hilarioni qnod Hilarj, & lætanti animo viuat pater enim eius non amplius orationibus indiget, quo dicto diſparuit, & Ioannes Baptiſta exclamans pater, pater, animo que deficiens in terram ſemi mortuus cecidit, pater autem Hilarion qui iam hunc iuuenem aliquem eſſe Angelum ſuſpicabatur, audi

Deuotio erga animas Purgatorij.

audita hac voce in atrium deſcendit, viditque Ioannem Baptiſtam adhuc humi jacentem ſemi-mortuum, quo in ſe reuerſo, relatiſque omnibus quæ acciderant, Cœleſti conſolatione repleti infinitas Deo ſimul egerunt gratias. paropſides verò & Catinos in quibus juuenis iſte præſferat (ſi verè tamen manducauerat) puros & mundos abſque vllo cibi veſtigio inuenerunt, quos Domina Capece conuentus Auerſæ fundatrix deuotionis ergo apud ſe retinere voluit. Nec in vanum filius enim Vincentius, cum grauiſſimè ægrotaret, nullámque Medici de ſalutis recuperatione ſpem haberent, Spiritu diuino illuſtrata voluit deuotiſſima mater vt in iiſdem catinis manducaret, quo facto priſtinas vires recuperauit, & in ſolitum valetudinis ſtatum plenè reſtitutus eſt. Quia verò multi Patres Auguſtiniani in principio vt diximus reformationis habitum abſque aliqua ſpeciali profeſſione ſuſceperant, aliique ſæculares non ſeruatis decretis S.D.N. Clementis Papæ VIII. hinc orta ſunt dubia, & controuerſiæ inter fratres de validitate iſtarum profeſſionum, quare huic malo occurrere volentes, ac opportunum afferre remedium: ad eundem ſummum Pontificem recurrerunt, qui hanc congregationem plurimum diligebat, eorúmque omnium profeſſiones reualidauit, & ampliſſimam facultatem conceſſit nouitios recipiendi ſuóque tempore ad profeſſionem admittendi vt ex hoc conſtat diplomate tenoris ſequentis.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

DEcet Romanum Pontificem ea benignè concedere, per quæ Religioſorum quieti, & in regulari obſeruantia progreſſui, ac Religionum propagationi opportunè conſulerit prout in Domino ſalubriter conſpicitur expedire. Nos itaque cupientes propagationi Congregationi FF. reformatorũ diſcalceatorũ S. Auguſtini nuper in alma Vrbe per nos admiſſæ, ac inſtitutæ opportunè proſpicere, ac dilectos Filios Vicarium Generalem, ac ſingulos FF. ejuſdem Congregationis à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quauis occaſione, vel à cauſa latis, ſiquibus quomodolibet inodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendũ harum ſeriè abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ac ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine profeſſiones per ipſos fratres, & quemlibet eorum vſque in præſentem diem in dicta congregatione emiſſas, & receptiones quaſcumque Nouitiorum in ipſa congregatione huc vſque factas, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, & validamus, ac validas firmas, & efficaces fuiſſe, eſſe, ac fore, ipſoſque fratres qui profeſſionem emiſerunt verè profeſſos exiſtere, & vti tales in eadem congregatione perſeuerare poſſe, ac debere: nouitios verò profeſſionem regularem emittere liberè pariter poſſe declaramus Præterea eiſdem Vicario, & fratribus vt in ipſa Congregatione alios noui-

Reualidantur profeſſiones.

O *tios*

tios ſeruata tamen forma conſtitutionis felic. record. Sixti PP. V. Prædeceſſoris, ac decretorum noſtrorum recipere, expleto nouitiatus anno ad profeſſionem etiam regularem admittere, ſine alia noſtra licentia liberè, & licitè poſſint, & valeant, auctoritate, & tenore præſentis licentiam concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac decretis noſtris prædictis huiuſmodi nouitios ad profeſſionem ſine ſpeciali noſtra licentia admitti poſſe Prohibentibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque Dat: Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 5. Nouembris 1599. Pontificatus noſtri anno octauo.

M. VESTRIVS BARBIANVS.

NEc ſolùm præfatas profeſſiones reualidauit, ſed etiam patrem Petrum excalceatum Carmelitam Confeſſorem ſuum Apoſtolicum eorum Directorem eſſe voluit, qui deinceps omnimoda cum auctoritate, & independenter à iuriſdictione R. patris Generalis ordinis Auguſtiniani, huius congregationis curam haberet: & hæc fuit cauſa cur multi ex patribus ſub illius directione tanquam alterius religionis remanere noluerint, inter quos fuit p. Hyeronimus de Cazalio prior Genuenſis, p. Angelicus & multi alij: patres etiam Gallj ſub auctoritate R. patris Generalis totius ordinis capitis remanſerunt: vnde diſtincta & ſeparata fuit congregatio Gallicana ab Italica non ſolùm quo ad Superiores, ſed etiàm quo ad modum viuendi, nam dicti fratres barbam quam hactenus geſtauerant abſcinderunt, aliúmque viuendi modum & antiquas ceremonias, mutauerunt: in Gallia verò primariam ſemper viuendi normam quæ Neapoli & Romæ obſeruabàtur retinuerunt quamuis poſteà nonnulla ſecundùm temporum exigentiam mutauerint.

Separatur congregatio diſcalceatorum Italia à congregatione Gallia

Quandiù tamen hæc congregatio ſub regimine & directione præfati Patris remanſit, nec conuentuum numero, nec fratrum multitudine multum profecit, vnde neſcio quam ob cauſam R. Pater Auguſtinus Maria cum aliis religioſis Ianuenſibus ex congregatione exierint quamuis poſtea redierint, laudabiliterque ſe in omnibus habuerint. Inhabitarunt etiam Patres noſtri per duos circiter annos Eccleſiam & domum S. Stephani rotundi, quæ fuit olim ab Eremitis Dalmatinis, & vngaris ordinis S. Pauli poſſeſſa vt ex antiquo Cappellæ ſanctorum primi & Feliciani conſtat monumento: in quo legitur *Hic jacet corpus R.P.F. Clementis Eremitæ ordinis S. Pauli qui obiit anno* 1495. In hac Eccleſia quotquot erant Romæ Religioſi inter manus præfati Patris Carmelitani vota ſua renouarunt ſuperaddito quarto voto humilitatis quo eos aſtrinxit qui locus poſtea ob peſſimam aëris conſtitutionem & nimiam à Curia Romana diſtantiam: ſicut & conuentus S. Pauli de Arenula ob loci anguſtiam, aliáſque incommoditates à Patribus derelicti ſunt, vt in aliis locis ſalubrioribus ampliora conſtruerent Monaſteria.

Cæterùm quia multi in Italia habitum externum tam in materia, quam in forma geſtabant: itavt ex ipſis diſcalceatis exiſtimarentur: idem Summus Pontifex Clemens VIII. ſub anathematis pœna id ſtrictè prohibuit vt ex ſequentibus conſtat.

CLEMENS.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

PAſtoralis officij ratio poſtulat vt Religioſorum maximè ſtrictioris obſeruantiæ quieti, profectui, bonoque nomini indefeſſè conſulamus. Cum igitur ſicut accepimus habitu quo dilecti filij Religioſi congregationis reformatorum ſeu diſcalceatorum nuncupati vtuntur plures extra eam induti confuſionem, & alicui etiam ſcandalum in præiudicium prædictæ Congregationis generent. Nos vt hæc, & alia inconuenientia omnino euitentur opportunè prouidere volentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia, noſtra ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine diſtrictè præcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda, nequis in Italia habitum externum tam in materia, quam in forma ſimilem ita vt ex prædictis diſcalceatis exiſtimari poſſit, geſtare præſumat, niſi prædictæ congregationis membrum actualiter exiſtat aut à Congregatione Galliæ aut Hiſpaniæ pro negotiis gerendis huc adueniat. Quod ſi quis ſcienter vel ignoranter ſecus fecerit illum à quolibet prædictæ Congregationis Religioſo habitu, & ſandaliis priuari poſſe decernimus, ac illos congregationis prædictæ vſui ex nunc appropriamus. Quocirca veneralibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum ordinariis, eorúmque Vicariis in ſpiritualibus generalibus per Præſentes committimus, & mandamus quatenus quilibet eorum vbi, & quando opus fuerit, & quoties proparte Religioſorum dictæ Congregationis, aut cuiuſlibet eorum fuerit requiſitus præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicans, ac prædictis Religioſis dictæ Congregationis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, faciat auctoritate noſtra illas in eis quiſque Ciuitate, & Diœceſi inuiolatè obſeruari: Contradictores quoſcumque per cenſuras, & pœnas prædictas, aliáque opportuna Iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Præterea ſub eiſdem cenſuris, & pœnis præcipimus quod nullus prædictæ Congregationis profeſſus in aliqua alia Prouincia, aut Congregatione ordinis S. Auguſtini, aut cuiuſuis alterius religionis præterquam Carthuſianorum abſque noſtra, & ſedis Apoſtolicæ, aut ſuperintendentis licentia recipiatur, & ſi receptus fuerit ſtatim prædictæ Congregationi reſtituatur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur quæ ipſis præſentibus haberetur ſi forent exhibita vel oſtenſæ. D. Tuſculi ſub annulo piſcatoris die 25. Septembris 1604. Pontificatus noſtri anno tertiodecimo.

Nullus poteſt deferre habitum diſcalceat. qui non ſit eiuſdem cõgregationis.

Diſcalceati non poſſunt tranſire niſi ad Carthuſianos.

M. VESTRIVS BARBIANVS.

§. III.

Progreſſus Diſcalceatorum per Italiam, Germaniam, Pedemontanam Regionem, & Siciliam.

TAndem. poſt obitum Clementis VIII. ad ſupremam Sedem Apoſtolicam euectus eſt S. D. N. Paulus V. cujus beneficio à præfati Directoris juriſdictione ſoluta diſcalceatorum congregatio,& numero conuentuum ampliata,& multitudine Religioſorum maximè propagata fuit: præſertim verò in Regno Siciliæ in quo alia Congregatio Eremitarum reformatorum calceatorum ordinis S.Auguſtini à quibuſdã piis & deuotis religioſis Auguſtinianis inſtituta & à Paulo V.erecta & cõfirmata die 23. Maij 1608.florebat,quę huic reformatæ diſcalceatorum Italiæ congregationi ab Eminentiſſimo Cardinale Saulio totius ordinis S.Auguſtini apud ſedẽ Apoſtolicã protectore, viuæ vocis oraculo à prædicto Paulo habito,de cõſenſu vtriuſq; cõgregationis procuratorum vnita,& incorporata fuit. Cùm verò poſteà ſuper validitate præfatæ vnionis quædam ortæ fuiſſent difficultates, ſacra congregatio regulariũ hanc validam eſſe cenſuit, iterùmque confirmauit, ſuáque authoritate Apoſtolica Gregorius XV. anno1621. pridie Idus Februarij in Bulla quæ incipit *Paſtoralis Officij* perpetuò approbauit,& confirmauit,ac de nouo prędictam Sicilię congregationem,diſcalceatorum Italię congregationi,quatenus opus eſſet vniuit, annexit, & incorporauit,multóſque modò poſſident conuentus in duabus diſtinctis Siciliæ prouinciis ab aliis ejuſdem congregationis ſeparatis. Duos etiam Romæ conuentus conſtruxerunt diſcalceati vnum S. Nicolai de Tolentino vulgò, *A capo lecaze* cujus fundatorẽ fuiſſe volunt Patrẽ Auguſtinum Mariam Sauonenſem:alterum verò Ieſus Mariæ ad curſum in quo reſidet admodùm R.P. Vicarius generalis cum quatuor diffinitoribus Generalibus eſtque generale,& celeberrimum Philoſophiæ & Theologiæ collegium: in alio verò ad habitum ac profeſſionem admittuntur Nouitij qui duo ſunt ampliſſimi connentus & in quibus quotidianis eleemoſinis plus centum fratres ſuſtentantur. Plures etiam alios diuerſo temporum ſucceſſu in Romandiola, vmbria, Regno Neapolitano, Sicilia, Liguria,imò & in Germania nobiliſſimum illud, & imperiale S.Auguſtini Viennæ, auctoritate Apoſtolica & Imperiali Vrbani VIII. & Ferdinandi II. Acceperunt cum multis aliis quorum omnium nomina & diſpoſitiones infrà deſcribentur.

Neque omittendus eſt notabilis eorundem diſcalceatorum in regione Pedemontana progreſſus. Cum enim anno Domini 1600. miraculoſa prorſus B. Virginis Mariæ montis Regalis imago juxta oppidum à Vico inuenta fuiſſet cujus beneficio infinita propemodùm diuinitus operabantur miracula, & quamplures gratiæ non ſine omnium ſtupore copioſè admodùm,& abundanter elargiebantur: tantus ibi fuit vndequaque populorum concurſus vt vix eos

locus

locus capere poſſet, neque inter vltimos illuc ſe contulit ſereniſſimus ille, & inuictiſſimus Princeps Carolus Emanuël glorioſiſſimam Dei Genitricem cum ſereniſſima Domina Catharina ab Auſtria vxore ſua Veneraturus, qui videns tot gratias & miracula, votorum, & eleemoſinarum abundantiam, diuerſarum Nationum concurſum: ſtatim de ſumptuoſiſſima Eccleſia, fabricanda magnificóque Religioſorum monaſterio conſtruendo cogitauit, qui hujus Eccleſiæ, & eleemoſinarum curam haberent, ac die noctúque ſæcularium confeſſionibus, Sacramentorum adminiſtrationi, & verbo Dei inſtanter vacarent. Et ecce comparuerunt ſex Religioſi diſcalceati ordinis S. Auguſtini conuentus Genuenſis qui huc etiam aduenerant deuotiſſimam Virginis Mariæ imaginem tot miraculorum operatricem veneraturi, ſtatim ac vidit eorum habitum auſterum, modeſtiam & ſimplicem grauitatem Sereniſſimus Princeps, ſancti ſui propoſiti non immemor hiſce Patribus Eccleſiæ ſuæ & Monaſterij curam committere voluit. Quare ad ſe vocatis mentem illis ſuam & intenſionem apperuit, qui ſe in paucitate Religioſorum legitimè excuſantes, in principio naſcentis hujus ſacri Inſtituti reformationis, tanto Principi de tanto beneficio oblato, gratiſſimo animo mirificas egerunt gratias. Sicque in eorum locum ſubſtituit R. Patres reformatos ordinis S. Bernardi, vulgò Fulienſes qui ſumma vitæ auſteritate omniúmque virtutum exemplo huic ſumptuoſiſſimæ B. Virginis Mariæ Baſilicæ deſeruiunt.

Ab eo tempore ſummo ſemper in honore habuit Patres noſtros voluitque eos dum Religioſorum copiam haberent ſuis in ſtatibus, & Dominiis habere, nec tamen citius potuit ob diuerſorum negotiorum multitudinem quam anno 1611. Ad ſuum enim ſcribens in curia Romana Oratorem expreſsè mandauit vt quoſdam ab eorum Vicario Generali obtineret Religioſos, qui Taurinum venientes Conuentum ibidem inſtituere poſſent. Erat autem tunc temporis Vicarius Generalis R. Pater Iulianus à S. Maria Pedemontanus qui renunciato officio ſuo, alióque electo, accepta licentia, & Apoſtolica benedictione à ſummo Pontifice Paulo V. libenter hanc curam ſuſcepit, Taurinúmque adueniens omni genere humanitatis quod vultu ac verbis exprimi poteſt cum ſociis ſuis à Sereniſſimo Principe Carolo Emanuële exceptus eſt, qui data cura de omnibus ſiue ad victum, ſiue ad veſtimentum neceſſarijs quandam eis conceſſit domum quam per aliquod menſes inhabitarunt, deindè deuotiſſimam quandam capellam in ſepto ſiue Theriotrophio ſitam loco nempe deliciarum ſuæ celſitudinis Regiæ extra muros ciuitatis, & ex aduerſo Palatij Regij, ita vt ex ipſo mœniano ſiue pergula ab omnibus facilè videri poſſent. Quare hac de cauſa nec non ob aëris intemperiem, locum hunc deſerere coacti ſunt, eiſque poſtea in Vrbe conceſſa eſt S. Michaëlis Eccleſia, in qua per aliquot annos maximo concurſu, & totius ciuitatis applauſu permanſerunt: ſæpè etenim, ipſæmet celſitudines Regiæ Illuſtriſſimi Prælati, Nobiles, cæterique omnes ad eos frequenter accedebant, & quam plurimorum confeſſiones excipiebant. Tantus erat totius populi concurſus, vt diú noctúque Sacramentorum Euchariſtiæ, & pœnitentiæ adminiſtrationi vacarent, vnde tam copioſæ fuerunt eleemoſinæ, vt numeroſæ familiæ

Taurini Fundatur Conuentus diſcalceat.

O 3 ſuſten

Pietas & Magnificẽtia Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ.

ſuſtentationi abundanter ſufficerent. Nec defuit erga illos pietas, beneuolentia, & magnificentia ſereniſſimi Principis Caroli Emanuëlis qui vltrà quotidiana beneficia perpetuas eleemoſinas quæ etiam nunc durant aſſignare ſibi complacuit. Vt autem operi tam ſancto glorioſum finem imponeret, ciuitati nouæ cum principium aliquod dare vellet, antequam fundamenta iaceret priùs in ea monaſterium, & Eccleſiam Religioſorum conſtruere voluit, qui eam precibus ſuis, & orationibus cuſtodirent, patres que noſtros in Eccleſia ſancti Michaëlis tunc commorantes elegit. Quare anno Domini 1619. die Dominica, & prima Septembris in Nobiliſſimo Eminentiſſimi tunc Cardinalis Mauritij, ſereniſſimorum Principum & Legatorum, Illuſtriſſimi, Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Milleti, & totius Nobilitatis comitatu, in loco priùs deſignato ab Illuſtriſſimo Domino Comite de Caſtello monte S. C. R. Architecto primario, erecta ſanctiſſima Cruce primarium ibidem lapidem poſuit, & Eccleſiæ nouæ ſub titulo S. Caroli Carolus Emanuel fœliciſſimum dedit initium, ſtatimque tria millia, & ſexcentos nummos aureos pro huius Eccleſiæ, & monaſterij conſtructione elargitus eſt. Quare tanta diligentia, & ſagacitate huic ædificio operam dederunt Patres vt eodem anno die 4. Nouembris, & S. Caroli feſto in loco decenti, & honeſto celebrata fuerit prima Miſſa: aſſiſtentibus ſereniſſimo Principe. Carolo Emanuële cæteriſque Principibus, cum florentiſſima nobilitate; maximóque totius Taurinenſis populi concurſu. Inde ſumma tanti Principis, & fundatoris liberalitate, & munificentia, aliiſque ſuperadditis eleemoſinis conſtructa eſt Eccleſia, cum ſumptuoſo, & magnifico monaſterio, in ampliſſimo, & amæniſſimo ciuitatis nouæ ſitu. Vnde derelicta Eccleſia ſancti Michaëlis, in cujus ſitu ob anguſtiam loci commodè, & appoſitè monaſterium ædificare non potuerant, nouum iſtud iam ad inhabitandum idoneum, anno 1622. Patres noſtri ingreſſi ſunt quos ſemper ſummo honore, amore, ac ſingulari beneuolentia proſecutus eſt ſereniſſimus Princeps.

Maximis poſteà gratiis, & beneficijs Nobiliſſimum iſtum Conuentum tanti Principis, verè digni ſucceſſores abundanter affecerunt inuictiſſimus nempe, ſereniſſimus Dux, & Rex Victor Amedeus, ſereniſsima Chriſtiana à Francia, & Carolus alter Emanuel hodie fœliciter regnans, qui hanc Eccleſiam miro artificio, marmore, variiſque lapidibus pretioſis incruſtatam illuſtrarunt: in hac tot cernuntur capellæ non modicis ſumptibus, & expenſis Excellentiſſimi Domini Marchionis à Pianeſſa, Excellentiſsimi D. Comitis Broglia, illuſtriſsimi domini Turineti, & illuſtriſsimi Domini Ioamnini ſumptuosè admodum, & induſtria mirabili exædificatæ, diuerſiſque colomnis marmoreis, ac pretioſiſsimis ornamentis fulgentes. Huic Eccleſiæ magnificum reſpondet monaſterium quod ſanè mater, & aliorum parens iure meritò dici, & ſeminarium tot deuotorum Religioſorum nuncupari poteſt, quos pietate, & doctrina inſignes generauit: in hoc enim quam plùres ingenio, & Nobilitate Illuſtres tam ex Prouincia Pedemontana quam Nicæa auſterum huius Religionis habitum ſuſceperunt, & in ea ſuo tempore profeſsionem emiſerunt, quorum poſtea multi ita in philoſophia, & ſacræ Theologiæ do-

ctrina

ctrina profecerunt, vt celeberrimi poſtea Prædicatores ac philoſophiæ, & Theologiæ lectores euaſerint.

In tantum verò Religioſorum creuit numerus vt impoſterum de acquirendis aliis monaſteriis operam dederint, quare Reuerendus Pater Benignus à S. Martino auſteriſsimæ vitæ Religioſus, cum quibuſdam aliis exemplaris vitæ religioſis de ſuorum Superiorum licentia, & expreſſo S. C. R. Conſenſu, & auctoritate Saluzzias ſe tranſtulerunt ibique nonobſtantibus quibuſcumque oppoſitionibus, euictiſque omnibus difficultatibus monaſterium aliud cum vniuerſali ciuium applauſu anno domini 1628. & die feſto S. Baptiſtæ ſtabilierunt. *Salutijs fundatur Conuentus*

Aliud item præfati Religioſi de ſuorum ſuperiorum mandato, & S. C. R. aſſenſu in ciuitate Nicæa anno domini 1632. inſtituere tentarunt, quare virtute literarum S. C. R. illuc profecti à publico, & generali ciuitatis conſilio acceptati ſunt, eiſque in Ciuitate à Domino Ioanne Baptiſta Bartholomeis data eſt domus in qua Oratorium ſolemniter ab Illuſtriſsimo Domino Vicario capituli benedictum, aſsiſtentibus Illuſtriſsimo Domino Gubernatore, & ciuitatis Conſulibus erexerunt, ibique per aliquot tempus Sacroſancta Eccleſiæ Sacramenta adminiſtrantes, ſuis ſolitis ſpiritualibus exercitiis vacare non deſtiterunt. Tanta autem contra præfactos patres excitata eſt ab aduerſariis tempeſtas, tot difficultates oppoſitæ, tot allatæ ab ipſamet inuidia contradictiones, & ſuppoſitæ falſitates vt cum maximo totius ciuitatis commotæ ſcandalo, & triſtitia hunc locum deſerere coacti fuerint quamuis ducentæ, & plures ex illuſtrioribus ciuium familiis etiam inſcriptis ſe velle propriis expenſis duodecim Religioſos abſque vllo aliorum Religioſorum preiudicio commodè ſuſtentare fuiſſent proteſtati. Hanc ſibi collatam patienter Religioſi ſuſtinuerunt iniuriam, & mandatis Superiorum Obedientes Taurinum regreſsi ſunt, donec re melius examinata de mandato S. C. R. illuc poſtea vt infrà dicemus glorioſè redierint. Interim Illuſtriſsimus, & Reuerēdiſſimus Dominus Rippa Montis Regalis digniſsimus Epiſcopus, & de Religione noſtra bene meritus nobis vnum in ſua ciuitate obtulit conuentum quare habito conſenſu, & diplomate C. R. Sereniſsimæ Chriſtianæ à Francia, cum beneplacito illius Ciuitatis Conſulum, abſque vlla contradictione in ſub vrbio vulgò *Il Borguetto* Reuerendi patres Stephanus, & Ioannes à S. Mauritio, in eodem loco Conuentum ſtabilierunt in quo olim Monaſterium Monialium ordinis S. Auguſtini ſub titulo Beatæ Mariæ de pace extructum erat. Hic autem locus cum ob aëris malignitatem nimiámque diſtantiam nobis idoneus, & conueniens non eſſet, alius in medio Ciuitatis acceptatus eſt ibique ædificatum Monaſterium ſub titulo ſancti Nicolai. *Fundatur alius Conuentus mōtis regij.*

Anno verò Domini 1641. Bugellam proficiſcentibus ex noſtris quibuſdam Religioſis, à deuotis illius ciuitatis aliud oblatum eſt monaſterium vnde ſtatim Eporœdiam ad Sereniſſimum Principem Thomam à Sabaudia, ſe contulerunt, cujus aſſenſum, & protectionem nacti Taurinum ad ſuos Superiores redeuntes, totum hoc illis negotium fideliter expoſuerunt quod magni eſſe momenti & plurimum fore vtilitatis diligenter examinan- *Conuentus Bugellanus.*

tes in præfatam ciuitatem patrem Iuuennalem, & patrem Leonardum miſerunt, & inchoatum hoc opus perficerent idque tanta diligentia & prudentia egerunt, vt breui tempore conſenſum ciuitatis obtinuerint, & Eccleſiam antiquam S. Nicolai in qua per aliquot tempus ſteterunt, donec excellentiſſimus Dominus de Voguera conuentum dedit eis, hortum, & Eccleſiam ſub titulo S. Caroli, olim à patribus reformatis S. Franciſci habitatam ibique viginti fratres de familia commodè vſque ad annum 1652. vixerunt, qui poſteà aliundè conuentum tranſtulerunt.

Conuentus dulcis aquæ Ab anno 1624. ob quam plurima miracula quæ B. Virgo Maria in principatu dulcis aquæ, & oppido ipſo Dominij S.C.R. operabatur voluit excellentiſſimus illius loci princeps aliquos conſtituere religioſos, qui hujus Eccleſiæ, & Imaginis B.V. Mariæ curam haberent: quare patres noſtros Genuenſes tamquam viciniores, & ſibi magis gratos aduocauit qui conſiderata loci amœnitate lubenti animo Monaſterium oblatum, & præfatam Eccleſiam acceptarũt, in qua continuò miraculorum numerus augebatur, tantàque erga B. Virginem accreuit deuotio, vt vndequaque ad hanc Ecleſiam vicini omnes & extranei ſacratiſſimam Virginem veneraturi confluerent: fuitque hæc miraculoſa imago, de Muta ſic nuncupata, ex eo quod imprimis præter alia quamplurima miracula, mutæ loquelam reddiderit. Ibi remanſerunt patres noſtri cum totius populi ſatisfactione vſque ad annum 1628. & neſcio quam ob cauſam diceſſerint. Ad inſtantiam tamen ciuium omnium, & ſpeciali fauore Sereniſſimi Principis Mauritij qui tunc Niceæ morabatur anno 1642. illuc redierunt: cum hac tamen conditione vt Superiores omnes illius conuentus ſubditi eſſe deberent, S.C.R, Sícq, in præfato loco remanēt fratres ab omnibus dilecti, & B.V. Maria ſuas ſolitas gratias, & beneficia cũctis fidelibus elargiri nõ deſiſtit.

Sedata tandem tempeſtate in ciuitate Nicæa tempus affuit quo ſol refulſit qui priùs erat in nubilo non enim vt optimè poëta.

2. Mach. 1. 22. Horat. li. 2. Ode 9.

Semper imbres nubibus hiſpidos,
Manant in agros: aut mare caſpium
Vexant inæquales procellæ
Vſque: nec Armeniis in oris
Stat glacies iners
Menſes per omnes: aut Aquilonibus
Querceta gargani laborant,
Et foliis viduantur orni.

Conuentus Nicenus. Cognita námque optima cauſæ noſtræ Iuſtitia, & diligenter conſiderata Patribus noſtris illata injuria, qui in hoc temporum interuallo quamplures & illuſtrioribus ciuitatis Nicææ familiis Oriundos receperant Religioſos, ad inſtantiam ejuſdem ciuitatis anno 1643. C.R. Sereniſſimæ Chriſtianę à Francia datis literis commendatitiis eoſdem Patres ad priſtinum locum remiſit, qui ab omnibus humaniſſimè recepti maximè verò Illuſtriſſimo, & R. Epiſcopo qui eos in priſtinam poſſeſſionem reſtituit: hoſpitium quod jam habuerant per aliquot tempus inhabitarunt, & tandem extra ciuitatem monaſterium nouum extruxerunt.

Cum

Cum in ciuitate Taurinenſi Summo ſemper in honore, & bono odore habiti ſint Patres noſtri, eorúmque vitæ auſteritas ab omnibus cognita fuerit, excellentiſſimus Dominus Marchio de Pianezza in eodem loco Planitiano Eccleſiam,& monaſterium præter ſumptuoſiſſimam capellam quam in Eccleſia Taurinenſi S. Caroli jam ædificauit, propriis ſuis ſumptibus fundare ſibí complacuit. Quare Eccleſiam S. Pancratij donauit eis, in qua tot miracula hujus ſancti interceſſione operantur vt verè Taumaturgus appellari poſſit: Monaſterium item nobiliſſimũ ædificauit in quo pro duodecim Religioſorum ſuſtentatione, reditus annuales copioſè aſſignauit, præter aliàs continuas eleemoſinas, & quotidiana beneficia quæ aliis etiam conuentibus elargitur, vnde juremeritò protector noſter, ac ſingularis benefactor dici debet quem Deus ad longos annos ſaluum, & incolumem in beneficium Religionis noſtræ conſeruet.

§. IV.

Bullis Pontificiis confirmatur & corroboratur Congregatio Diſcalceatorum Italiæ.

VErùm quia nonnulli ex conuentualibus præcipuè in Gallia, & Sicilia in apertum proferebant eos non eſſe veros, & Germanos S. Auguſtini filios: Eminentiſſimus Cardinalis Saulius totius ordinis Auguſtiniani Protector auctoritate Apoſtolica declarauit eos veros eſſe ſancti Auguſtini filios,& gaudere omnibus priuilegiis, & gratiis mendicantium præcipuè quibus gaudet Auguſtiniana Religio, ac poſſe in ſingulis ſuis Eccleſiis ſocietates corrigiatorum, & corrigiatarum cum omnibus priuilegiis & gratiis erigere, à Vicario generali eorum ſolummodò habita facultate ſicut aliæ Eſcleſiæ ejuſdem ordinis habita à Patre Genetali poſſunt, & inſtituunt vt ampliùs continetur in ipſa declaratione quam ad longum infrà referemus libro ſecundo capite decimo, §. tertio. *Diſcalceati ſunt veri filij S. Auguſtini.*

Porrò dum omnis Religio inuiolabili legum ſuarum, & ſtatutorum obſeruantia in ſuo ſemper ſplendore conſeruetur, factis à Patribus diuerſis in capitulis:conſtitutionibus,& longo vſu examinatis,eas tandem in vnum volumen compilatas & juſſu Summi Pontificis Pauli V. denuò recognitas,& examinatas auctoritate Apoſtolica confirmauit, & ab omnibus obſeruari præcepit vt ſequitur.

PAVLVS PAPA V.
Ad perpetuam rei memoriam.

SAcri Apoſtolatus miniſterio per abundantiam Diuinæ gratiæ nullo licèt meritò noſtro prapoſiti, ad ea per quæ Chriſti fidelium præſertim ſub ſuaui Reli-

gionis iugo, & in humilitatis ſpiritu Altiſſimo famulantium fœlici, proſperæque directioni conſulitur libenter intendimus, & his quæ propterea facta fuiſſe dicuntur, vt ab omnibus quos illa concernunt inuiolabiliter obſeruentur, Apoſtolici muniminis adiicimus firmitatem, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Cum itaque pro fœlici dilectorum filiorum FF. Eremitarum ordinis S. Auguſtini diſcalceatorum congregationis Italiæ regimine nonnullæ conſtitutiones editæ, & illæ iuſſu noſtro recognitæ, & examinatæ, ac in vnum volumen compilatæ ſint tenoris ſequentis videlicet. Hic inſeruntur ad longum conſtitutiones, & in fine additur. *Nos inuiolabili earundem conſtitutionum obſeruationi quantum cum Domino poſſumus conſulere volentes, conſtitutiones præfatas omniáque, & ſingula in eis contenta Apoſtolica auctoritate tenore præſentiũ perpetuò approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiycimus omnéſque & ſingulos tam iuris quam facti & quoſuis alios defectus ſi qui in præmiſſis, aut eorum aliquo quomodolibet interuenerint ſupplemus. Decernentes modernos & pro tempore exiſtentes dictæ congregationis FF. ad plenariam earũdem conſtitutionum obſeruationem, prout illæ eos concernunt teneri & obligatos eſſe, & fore, & ad id etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & alÿs in conſtitutionibus prædictis contentis pœnis cogi, & compelli poſſe: ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatÿ Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtante fel. rec. record. Iulÿ vndecimi ſub dat. die* 24. *Septembris* 1508. *ac Leonis Decimi, Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum ſub dat.* 10. *Iulÿ* 1633. *ac quibuſuis alÿs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis: nec non dicti ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſtitutionibus, priuilegÿs. Quoque indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorÿs, aliÿſque efficatioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & alÿs decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis & innouatis: quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficiẽti derogatione de illis, eorũmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio habenda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro plenè, & ad verbum inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteríſque contrarÿs quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam majorem ſub annulo Piſcatoris die* 5. *Maij* 1620. *Pontificatus noſtri anno decimo quinto.*

LOCVS † annuli Piſcatoris.

S. CARDINALIS S. SVSANNAE.

Quantùm poſteà profecerint diſcalceati vberéſque fructus in Eccleſia militante in dies attulerint, hinc licet colligere quod Eminentiſſimus Cardinalis Bellarminus cum aliquando in eorum concluſionibus Theologicis quæ publicè

publicè in Collegio Conuentus Ieſu Mariæ propugnabantur, Argumentante Reuerendo Patre Cartagena, aliiſque doctiſſimis Religioſis, ſubtiliſsima audiens expugnantium argumenta, & propugnantium ſolidas, ac doctiſsimas reſponſiones in hæc verba prorupit. *O digna planè Auguſtini Doctoris eximij arboris planta per pulchra, litterarum Patris veſtigias ſequens, à Domino ſemper, & iterum patrocinio ſuffragari videbitur.* Viros enim habuit, habétque quamplurimos ſacræ Theologiæ, & philoſophiæ profeſſores eruditiſsimos, in diuinis ſcripturis peritiſsimos, ac verbi Dei prædicatores excellentiſsimos, qui non minus doctrina quam pietate Illuſtres circa omnes ſeipſos bonorum operum præbuere exemplum, tótque Religioſos ac Conuentus diuerſis in Regnis, & Prouinciis receperunt quot neceſſe fuit ad totius Congregationis in quatuor Prouincias diuiſionem faciendam quàm S. D. N. Vrbanus Papæ VIII. authoritate Apoſtolica vt ſequitur confirmauit.

VRBANVS PAPA. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD vberes & ſuaues fructus, quos dilecti filij fratres ordinis Eremit. S. Auguſtini diſcalceati nuncupati cõgregationis Italiæ in militanti Eccleſia, cuius regimini diuina diſponente clementia præſidemus, in dies afferunt: mentis noſtræ aciem conuertentes quid pro laudabilis eorum inſtituti felici directione, atque progreſſu conferat, diligenter proſpicimus: ac deſuper officij noſtri partes propenſis ſtudijs interponimus prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Exponi ſiquidem nobis nuper fecit dilectus filius Baſilius à ſanctiſſima Trinitate Vicarius generalis Congregationis prædictæ, quod congregatio ipſa quamplures domos regulares per vniuerſam Italiam habet, ita vt ſolus per ſeipſum commodè eas regere, & gubernare nequeat: proindeq́; earumdem domorum vtilitati maximè conſultũ iri exiſtimet ſi eadem congregatio in Prouincias vt infrà diuidatur. (Diuiditur congregatio in quatuor Prouincias.) *Nos proſpero feliciq́ue dictæ congregationis regimini, & gubernio quantum cum Domino poſſumus conſulere ipſumq́; Baſilium ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis, ſententijs, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſeriè abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes ſupplicationibus eius nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinatis congregationẽ prædictam in quatuor prouincias videlicet Romanam, Neapolitanam, Ianuenſem, & Siciliæ authoritate Apoſtolica tenore præſentiũ perpetuò diuidimus, & ſeparamus: necnon pro hac prima vice vſq; ad proximè futuri capituli generalis eiuſdem congregationis celebrationem, tantùm, & non vltrà, in Romana, victorium ab epiphania: in Neapolitana, Simeonem à S. Cruce: in Ianuenſis, Valerianum à S. Auguſtino: ac in Siciliæ Prouinciarum hujuſmodi Prouinciales, Ioannem Baptiſtam à S. Franciſco de Paula ordinis, & congregationis huiuſmodi Profeſſores, di-*

lectos filios ſub vno ipſius congregationis Vicario generali, ac cum priuilegijs, gratijs, indultis, facultatibus juridictione, & authoritate ſolitis, & ſibi ex nunc vſq; ad ejuſdem capituli celebrationem ab ipſo Baſilio Vicario generali: poſtmodum verò ab eodem capitulo generali concedendis & declarãdis authoritate & tenore præſentis, creamus, conſtituimus, & deputamus. Decernentes præſentes litteras, validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere &c. Datum Romæ apud S. Mariam. majorem ſub annulo piſcatoris die 29. Auguſti 1626 Pontificatus noſtri anno IV.

V. THEATIN.

SIc tota diſcalceatorum Italiæ Congregatio in quatuor Prouincias diuiſa eſt, Romanam nempè, Neapolitanam, Ianuenſem, & Siciliæ quæ ab vno Vicario Generali cum ampliſſima authoritate regitur, omnibus enim, & ſingulis vtitur iuribus prærogatiuis, preæmînentijs, facultatibus quibus aliarum Religionum Generales, gaudent, vtuntur, & potiuntur, vt conſtat ex ſequenti decreto ſacræ Congregationis Apoſtolicæ viſitationis.

In cauſa & cauſis coram nobis inter admodum R. P. Fratrem Baſilium à ſanctiſſima Trinitate Vicarium Generalem Congregationis diſcalceatorum ordinis S. Auguſtini Italiæ ex vna, & Patres Ignatium à S. Maria, Ioannem ab Aſcenſione, & Ioannem Baptiſtam à S. Franciſco de Paula Definitores, & Procuratorem Generalem reſpectiuè ejuſdem Cõgregationis, de & ſuper prætenſa nullitate delegationis, per eundem Patrem Vicarium Generalem facta in perſona P. Valeriani à S. Auguſtino quarti Definitoris, & Prioris Conuentus B. Antonÿ de vrbe, rebúſque aliis, &c.

Vicarius generalis diſcalceatorum iiſdē juribus & prærogatiuis gaudet quibus Generales aliarum religionum gaudent.

Fuit prouiſum, & decretum R. P. Vicarium fuiſſe, & eſſe verum & legitimum Superiorem Vicarium Generalem nuncupatum totius Congregationis, ac vti, & gaudere omnibus, & ſingulis iuribus prærogatiuis, praeminentiis & facultatibus quibus aliarum religionum Generales gaudent, vtuntur, & potiuntur, ideóque ſibi licuiſſe, & licere inter alia eo abſente, alium ſuo loco ſubrogare qui omnimoda eius poteſtate, & iuriſdictione vbique locorum (illa tantum excepta prouincia in qua ipſe Vicarius Generalis pro tempore reperietur) fungatur, & potiatur, & conſequenter ſubrogationem, ac delegationem à Præfato Generali Vicario in perſona Patris Valeriani quarti Definitoris factam fuiſſe, & eſſe iuridicam, & Canonicè factam, & vti talem fore, & eſſe confirmandam: prout illam confirmamus, & approbamus, & pro confirmata, & approbata haberi volumus, & mandamus, fratréſque omnes eidem Generali Vicario ſubjectos ejuſdem religionis, Præfato Patri Valeriano ad odedientiam præſtandam juxta formam ſuæ delegationis obligatos fuiſſe, & eſſe declaramus. Actum Romæ, domi ſolita reſidentiæ Illuſtriſſimorum Doctorum ſacræ Congregationis hac die vigeſima-ſexta Maÿ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo-ſexto.

A. RICIVLLVS Iudex & Secr.

ODOARDVS TIBALDESCVS Not.

Prætereà

Prætereà ne vlla amplius inter fratres naſceretur difficultas de validitate profeſſionum propter clauſulam illam *(ac decretorum noſtrorum)* in præinſertis litteris Clementis VIII. appoſitam Vrbanus VIII. in ſua ſequenti conſtitutione declarauit præinſertas litteras validas , & efficaces exiſtere , ac fratribus ad habitum , & profeſſionem admiſſis ,] & de inceps admittendis pleniſſimè, ſuffragari , perinde ac ſi clauſula illa appoſita non fuiſſet.

VRBANVS PAPA. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Validitas profeſſionũ factarum iterum declaratur.

A*Liàs à fœlicis recordationis Clemente Papa VIII. Prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis videlicet Clemens Papa VIII. ad futuram rei memoriam decet Summum Romanum Pontificem &c.* Vt ſuprà paragrapho ſecundo , & in fine addit. *Cùm autem ſicut dilectus filius Procurator Generalis dictæ Congregationis nobis nuper exponi fecit, clauſula illa (ac decretorum noſtrorùm) in præinſertis litteris appoſita inaduertenter prout videre eſt appoſita fuerit, & propterea ad omnem in præmiſſis dubitationem circa profeſſionem regularium , per ejuſdem Congregationis fratres ab eo tempore circa emiſſarum validitatem è medio tollendam, ac pro bono pacis, & quiete dictæ Congregationis conſeruandæ per nos deſuper opportunè declarationis miniſterio prouideri ſummopere deſideret. Nos pro noſtri paſtoralis officij munere proſperum dictæ Congregationis ſtatum, felicémque directionem ſinceris deſiderantes affectibus , proindéque præmiſſis quantum cum Domino poſſumus opportunè conſulere volentes : de venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotys regularium præpoſitorũ conſilio; præinſertas litteras hujuſmodi cum inde ſecutis, validas firmas , & efficaces exiſtere, & fore, ſuóſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac fratribus ejuſdem ad habitum , & profeſſionem illarum vigore hactenus admiſſis, & de cætero admittendis pleniſſimè ſuffragari , earúmque diſpoſitionem ſeruandam eſſe , & ſeruari debere in omnibus & per omnia , perinde ac ſi clauſula illa (ac decretorum noſtrorum) appoſita nullatenus fuiſſet : ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales iudicari, & definiri debere, irritum, & inane ſiquid ſecus &c. nonobſtantibus præmiſſis &c. Volumus autem quod præſentium tranſumptis &c. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die* 20. *Aug.* 1631. *Pontificatus noſtri anno* 9.

M. A. Maraldus.

§. V.

De Viris Illuſtribus Congregationis Diſcalceatorum Italiæ.

P. Auguſt. Maria à Trinitate.

NOn ſolùm doctrina, ſed & pietate Illuſtres, ac celeberrimi fuerunt in in hac congregatione quamplures Religioſi, quorum primus fuit deuotiſſimus P. Auguſtinus Maria à ſanctiſſima Trinitate Sauonenſis primus poſt Ambroſium Staybanum Vicarius Generalis. Conuentus S.Nicolai de vrbe fundator, & ex primis hujus inſtituti petris fundamentalibus, qui adeò regularis vitæ obſeruantiſſimus fuit, vt ejus ſingulari exemplo, & miro regimine virtutum omnium ſe ducem præbuerit, tandémque meritis plenus è vita diceſſerit de quo dici poteſt illud Ecc.24. *Non ſolùm mihi laboraui ſed omnibus exquirentibus veritatem.*

P. Andreas à S.Iob.

Venerabilis deindè P. Andreas à S. Iob Neapolitanus ex Eremo montis Virginis, huic ſacræ congregationi adſcriptus, inter primos hujus ſpiritualis Ædificij lapides fundamentales commemoratur, ardentiſſimum ſalutis animarum zelum cum pari vitæ auſteritate conjungens, in regulari ſemper obſeruantia perſeuerauit, & virtutibus clarus Neapoli obdormiuit in Domino 16. Kalend. Nouembris 1611. Huic applicari poteſt illud Pſal.118. *Viam veritatis elegi judicia tua non ſum oblitus.*

P. Iulianus à S. Maria.

Religioſiſſimus pater Iulianus à S.Maria, Pedemontanus ex loco Mulazani tertius congregationis Vicarius Generalis, quod Officium ſumma cum laude bis adminiſtrauit, vir mirabili prudentiâ ſuæque religionis zelo præditus, miræ ſuauitatis, & charitatis in ſubleuandis infirmis, obſeruantiæ regularis ardentiſſimus promotor, qui à Regia celſitudine Caroli Emanuëlis accerſitus, ad propagandum in prouincia Pedemonta hoc ſanctum vitæ genus, nobiliſſimum conuentum ſub titulo S. Caroli Taurini fundauit, & triginta ferè annis in hac congregatione conſumptis vitam ad vltimum vſque Taurini Epidimia laborantibus inſeruiendo perduxit, & abſoluit anno ſalutis 1630. Huic appropriatur illud 1. Corinth. 9. *Omnibus omnia factus ſum.*

P. Ioannes Baptiſta à Ieſu Maria.

Obſeruantiſſimus pater Ioannes Baptiſta à Ieſu Maria hujus congregationis Definitor Generalis de cujus meritò pro ſingulari religioſorum exemplo hoc inſigne, memoriæ proditum eſt congregationis inſtituta, & ſacras conſtitutiones ſic ad vnguem obſeruaſſe, vt nec in minimo defeciſſe aliquando deprehenſus fuerit. In pace quieuit 11. Kalend. Februarij 1619. huic conuenit illud Pſalm.118. *Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti.*

P. Iacobus à S.Felice.

Verus Dei ſeruus P.Iacobus à S. Felice Picenus, Quintus Vicarius Generalis, eximius monaſticæ diſciplinæ Magiſter, quam verbo & opere exactiſſimè tradidit, magna in agendis dexteritate, & prudentia ornatus: multis pro congregatione toleratis laboribus, virtutibus plenus, virtutum omnium mirabile exemplar, gregem ſuum viſitans, è viuis diceſſit Vaſſanellæ 11. Kalend. Nouembris

Nouembris 1616. de quo dicitur illud Prouerb. 2. *Habitaui in Conſilijs,& eruditis interfui cogitationibus.*

Humillimus Pater Vincentius à Ieſu Maria Beneuentus Sacerdos, vir ſacris doctrinis, & externis linguis pleniſſimè eruditus, qui congregationis Siciliæ Vicariatu abdicato ad diſcalceatorum Italiæ congregationem tranſiit illius Dux, noſtræ Tiro, ſumma ſimplicitate, & humilitate refulgens, ac demũ per omnia tentatus in patientia ad finem vſque perſeuerans, diem quam prędicauerat vltimam clauſit, aperto ore dulciſſima Ieſus Mariæ nomina pronuntians, Romæ 8. Octobris 1612. die iſto illud Eccleſ. 11. Enuntiari poteſt, *Sapientia humilitatis exaltabit caput illius.* *P. Vincẽtius à Ieſu Maria.*

Venerandus Pater Simeon à ſancta Cruce quartus Vicarius Generalis, & concionator eximius, qui ſtrictiſſimæ obſeruantiæ pondus adeò inceſſanter in ſumma annorum plenitudine portauit, vt apud omnes ſummo in honore habitus, velut veræ virtutis ſpeculum à ſummo Pontifice Paulo V. ad congregationem S. Ioannis de Carbonaria viſitandam deſtinatus eam mirificè reſtaurauerit: ſibique poſteà virtutum cultu, æterni Regni ſedem inſtaurauit, obiit anno Domini 1628. in hujus laudem dici poteſt Eccl. 25. *Quam ſpecioſa veteranis ſapientia, & glorioſis intellectus concilium.* *P. Simeon à S. Cruce.*

Acerrimus Eccleſiaſticæ libertatis propugnator Pater Cyprianus à S. Maria Magdalena Siculus, & totius congregationis in Curia Romana Procurator Generalis, verbi Dei feruentiſſimus diſſeminator, internarum rerum maximè ſtudioſus, in omnibus humilis, Deo dilectus, hominibus charus, fratribúſque in obſeruantia ſingulare exemplum, è vita deceſſit Romæ quinto nonas Maij 1623. de illo pronunciatur illud Pſalmor. 39. *Annunciaui Iuſtitiam tuam in Eccleſia magna.* *P. Cyprian. à S. Magdalena.*

Eximius P. Ioannes ab aſſumptione Neapolitanus, ſextus Vicarius Generalis, in myſtica Theologia eruditiſſimus, rerúmque ſpiritualium cultor indefeſſus, ac in erudiendis nouitiis ſingularis magiſter, & monaſticæ diſciplinæ ardentiſſimus promotor extitit: quam miris modis, & frequentiſſimis actibus ſemper exercuit, & oſtendit. Pro nouitiis deuotiſſimas conſcripſit regulas, ac ſpiritualia pro religioſis exercitia: tandem virtutibus plenus migrauit ad Dominum Neapoli 1629. Huic optimè congruit illud Prophetæ Baruc, *Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ.* *Ioannes à aſſũptione.*

Exactiſſimus Eccleſiaſtes P. Paulus à S. Ioanne Euangeliſta hujus congregationis Viſitator generalis, ſacræ Theologiæ profeſſor, ſpiritualis vitæ aſſiduus cultor, contemplationi Dominicæ paſſionis ita addictus vt frequentiſſimè in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, & ante ſanctiſſimi Crucifixi imaginem copioſos lachrymarum imbres effunderet: qui quo mitior in contemplatione eo ſeuerior in correctione fuit: obſeruantiæ zelo plenus, humilitate inſignis, ſcientia decorus, & ſacris ceremoniis deuotiſſimus, quas juxta Romanum ritum pro congregatione conſcripſit. Obiit Romæ Kalend. Ianuarij 1624. huic inſcribitur illud 3. Reg. 19. *Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum.* *P. Paulus à S. Ioanne Euangeliſta.*

Admirabilis vir Dei P. Ioannes à S. Guillelmo hujus congregationis Sacerdos, qui ardentiſſimum S. P. Auguſtini feruorem præ ſe ferens, S. M. Monicę *P. Ioannes à S. Guillelmo.*

zelo & lachrymis ornatus, S.Nicolai abſtinentiam ſectatus, D.Guillelmi ferreum, ac cilicinum amictum vnà cum vita, ad idem ſtabulum Rhodis imitatus: hujus congregationis inſtituto adſcriptus, poſt præclariſſima ſanctæ, & pœnitentis vitæ inſignia, ſignis clarus viuus, & mortuus quieuit in Domino 19.Kal.Septembris 1641.de cujus beatificatione inſtante magno Etruriæ Duce extat in Romana Rota proceſſus. De iſto dici poteſt illud Pſalm.16. *Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras*, breuem hujus deuoti Religioſi vitæ Epitomen infrà deſcribam.

F. Zacharias à Sancto Petro.

Deuotus F.Zacharias à S. Petro conuerſus Brutius, vſque adeò obedientia inſignis fuit, vt non tam facilis eſſet ſuperior in Imperio quam ipſe promptus erat in obſequio: tandem humilitate clarus patientia celebris Deo deuotus, B.Virgini Mariæ totus deditus, cruci dicatus, à fratribus deſideratus, viam carnis ingreſſus hujus lucis vſuram amiſit Romæ pridie Idus Martij anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo tertio: hæc eſt ejus inſcriptio Pſalm.115. *Ego autem humiliatus ſum nimis.*

F. Zacharias à viſitatione.

Pius Cœnobita F. alter Zacharias à viſitatione conuerſus Picenus miræ ſimplicitatis, obedientiæ, ac ſiletij exemplar: qui quò magis ab hominum conſuetudine recedebat, eò magis in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ, dilectiſſimi animæ ſuæ ſponſi Ieſu Chriſti ſe recondens, pretioſas virtutum Margaritas quibus ornatus apparuit aſſiduè exquirebat. Ex corporis vinculis ad cœleſtem patriam euolauit 6. Idus Aprilis anno ſancto Domini 1625. de eo optimè dicitur, *Tacui ſemper, ſilui, patiens fui Iſaiæ 42.*

F. Bernardus à Spiritu ſancto.

Deuotiſſimus Dei ſeruus F.Bernardus à Spiritu ſancto Bergomēſis ejuſdem congregationis conuerſus, eò deuotionis ardore præſertim erga B.V.Mariam exarſit: vt ab ea quandóque nullomodo ſejungi poſſet, inde virtutes deſumptæ in gradu heroïco quibus & apud Religioſos, & apud ſæculares clarus erat, quæ etiam ſignis, & miraculis comprobatæ fuerunt. Obiit in oppido loci Calabriæ 4. Kalend. Decembris 1614. Huic optimè conuenit illud Pſalmi 115. *Ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.*

F. Alippius Clericus.

Venerabilis item F. Alippius Clericus Siculus, vt refert Cruſenius in ſuo monaſtico Auguſtiniano pag.248. ſub finem anni 1616. moritur Neapoli ſub Patrum diſcalceatorū arctiſſima diſciplina, maxima ſanctitatis opinione, qualem etiam reliquerant paulò antè Venerabilis P.Iacobus à S. Fœlice in caſtro S.Angeli Vaſcinelli ſepultus, vt ſuprà diximus: & P.Ioannes Paulus à S.Nicolao Genuæ reconditus, quorum corpora in hodiernum diem feruntur integra gratum odorem ſpirantia, non ſine æternæ fœlicitatis inditiis pluribus.

R. P. Benignus à S. Martino.

His addo Reuerendum Patrem benignum à S. Martino Pedemontanum Sacerdotem, hic fuit in morali Theologia erudiiſſimus, ita vt in prŏmptu ad quæcumque difficiliora caſuum conſcientiæ dubia ſolidè reſponderet: Tanta fuit abſtinentia vt quam plurimum ſolo pane, herbiſque coctis, aut crudis veſceretur: præſertim verò in vltimis vitæ ſuæ diebus. In componendis diſcordijs, & reconciliandis inimicis promptiſſimus, in reductione peccatorum ad rigidam mandatorum Dei obſeruantiam peritiſſimus, & tanto ardore, huiuſcemodi Charitatis accenſæ exercitiis, diu noctuquè incumbebat,

vt tan

vt tandem in grauem inciderit morbum in quo humilitatis ſuæ, & patientiæ plurima dedit inditia: cum enim mortem ſuam prædixiſſet exclamauit *curſum meum conſumpſi*, & cum à fratribus interrogaretur quare hoc dixiſſet, reſpondit non poſſum dicere *conſummaui* nunquam enim vitæ meæ curſum virtutibus, & bonis operibus ornatum compleui, ſed potius curſum meum, & finem deſtruxi, & conſumpſi: adeò humiliter de ſe ipſo ſentiebat. Qui aliud etiam humilitatis ſuæ teſtimonium dedit, cum in hæc verba prorupit ô fratres mei chariſſimi quam grande piaculum huc vſque virtutum, ac bonorum operum executionem differre, quaſi ſeipſum argueret quod nihil vnquam boni feciſſet. Obdormiuit in Domino in Conuentu Montis Regalis anno 1642. menſe decembri quo mortuo facies eius adeo formoſa apparuit vt ſpectantium omnium oculos in ſui admirationem alliceret, multique ad ſepulchrum illius orantes multas gratias, & beneficia ſe recepiſſe diuulgarunt, inter quos mulier quædam diuturna infirmitate afflicta, confeſſa eſt ſe quaſi ſomniando illum vidiſſe, ſtatimque priſtinæ ſanitati reſtitutam fuiſſe.

Nec poſſum hic non referre inſigne charitatis opus P. Amedei à Sanctiſſimo Sacramento qui anno 1630. Conuentus S. Nicolai Saluzziarum Sacerdos Profeſſus cum hanc ciuitatem ſæuiſſima peſte laborantem audiuiſſet, ſtatim illuc accurrit, Illuſtriſſimúmque, & Reuerendiſſimum. Dominum Epiſcopum inſtanter deprecatur vt ad ægrotantium ſeruitium admitteretur. Nulla lingua exprimere poteſt quanto charitatis ardore infirmis peſte infectis inſeruierit, neceſſaria ſub miniſtrauerit, & ſacro Sanctum Pœnitentiæ, ac Euchariſtiæ Sacramentum proprijs manibus adminiſtrauerit. Tandem, & ipſe peſte correptus rediit in Conuentum: cui aſſignatur cellula particularis, & vndique obſignata vbi cum aliquandiu manſiſſet, timens ne ſuo contactu, aut halitu peſtifero alios fratres inficeret: de ſuo grabato ſurgens, ſolus in aream apertam deſcendit, in eumque locum vt aperto cælo moretur, à ſuperiore Conuentus ſuam humiliter petiit aſportari culcitram ſtramentaram; quo facto de ſuperioris licentia, ad illius inſtantiam quidam commiſſus terram effodiens foſſam quæ hominem commodè caperet effecit, ipſomet patre ſuper culcitram ſuam ſedente. Accerſitis deinde fratribus, & à ſingulis perita venia ſuperiorem humiliter deprecatur vt collo ſuo funem alligent, ne fratres ipſum mortuum ſepelientes corpus tangerent, ſed hoc fune illud in foueam demitterent: quod à principio concedere noluit ſuperior, poſtea tamen illius precibus victus, funem dedit quem collo ſuo ipſemet moribundus impoſuit: adueniente autem hora ſui obitus è ſua culcitra ſtramentata deſcendit, ac genuflexus, & proſtratus cubitiſque ſeipſum, ſuper culcitram ſuſtentans, meritis, & charitate plenus migrauit ad Dominum. *P. Amedeus à Sanctiſſimo Sacramento.*

In eodem Conuentu ſimili morbo affectus R. P. Patricius maximo ſanctitatis odore genibus flexis, & iunctis manibus animam ſuo reddidit Creatori. *R. P. Patricius.*

Nec prætereundem exiſtimo R. P. Leonardum Ianuenſem qui anno 1621. meritis, & virtutibus plenus Taurini obdormiuit in Domino, cuius interceſſione quam plures, plurimas à Deo gratias ſe impetraſſe aſſeruerunt. *R. P. Leonardus.*

Q Tandem

F. Bonauentura.

Tandem quis non miretur F. Bonauenturam commiſſum qui cum anno 1630. mortifera peſte correptus eſſet cibique ad manducandum afferrentur: exclamauit, non eſt modo tempus edendi, flectite genua, & adorate B. Virginem Mariam cum B.p.N. Auguſtino, & matre Monica, quos omnes videbat, & ad quos poſtea eleuans manus & dicens ad cœlum, ad cœlum, eodem momento illos ſecutus eſt: ſicque ex hoc mundi ergaſtulo ad cœleſtem patriam vt piè creditur aduolauit.

§. VI.

Breuis Epitome vitæ, mortis, & miraculorum Reuerendi Patris Ioannis à Sancto Guillelmo Auguſtiniani Excalceati.

DEuotiſſimus Chriſti ſeruus pater Ioannes à S. Guillelmo patre Franciſco Ceccone Fabro lignario, & matre Franciſca piccinoti piis, ac honeſtis ex pago montis Caſſiani, intra Marcam Anchonitanam parentibus, ortus eſt anno 1555. die 15. Iulij, ſtatímque pueri nati ſanctitatem Deus optimus manifeſtare voluit, dum enim obſtetrix tenellulum illius corpus ablueret, hilari vultu ad matrem cóuerſa, ſpiritu prophetico dixit, habes quod lætetis ô Franciſca, hic enim puer velut alter Ioannes Baptiſta magnus erit coram Domino, ſummuſque domus tuæ ſplendor. Ab ejus ipſa infantia, clariſſima excellentiſſimæ ſanctitatis ad quam eleuari debebat, inditia præbuit: optimis moribus, ac deuotis inſtructus, parentúmque ſuorúm diſciplinæ obſequens, puerorum conſortia vitans, Eccleſias, diuináque myſteria frequentabat, & Euangelizantibus regnum Dei ſumma attentione aſſiſtebat.

Tenera adhuc ætate, & vix octauum attingens annum jam omnia opera ejus intuentium oculos alliciebant: vt non ſolùm cæteris pueris amabilis, ſed cunctis etiam montis Caſſiani ciuibus mirabilis, & omni laude dignus videretur. Nec mirum cum eſſet natura ſpectabilis, ornatus moribus, inceſſu grauis, & religioſus, pudicóque ac demiſſo vultu nil niſi virtuoſum cogitaret, & loqueretur. Ab omnibus puerorum ludis, & illecebris, atque laſciuiis remotus tantum in ſcholis Grammaticis proficiebat inſtitutionibus, vt longè alios coetaneos ſuos ſuperaret.

P. Ioannes Auguſtinianorum ordinem ingreditur.

Ætatis ſuæ anno 13. parentes ejus ex hoc ſæculo migrantes eum pupillum dereliquerunt, ſtatímque perſolutis omnibus domus ſuæ debitis, ætatis anno 15. Domini verò 1570. Menſe Decemb. ordinem Auguſtinianũ ingreſſus eſt, habitúmque in conuentu S. Marci montis Caſſiani incredibili deuotione ſuſcepit. Toto nouitiatus tempore adeò profecit, vt qui nouus aduenerat Prioribus fieret lucerna fulgens, & præclarum ſanctitatis exemplar. In eo fratres vitæ auſteritatem, illiúſque erga cæteros benignitatem mirabátur, nihil enim eo laborioſiùs, humiliùs, aut obedientiùs fuit. Completo verò nouitiatus tempore

pore, ſuſceptiſque poſtmodùm ſacris ordinibus tandem Sacerdos ordinatur, ac virtute obedientiæ compulſus,totus in Deum inflammatus amore, primam & ſolemnem Miſſam in præfato montis Caſſiani conuentu,magno populorum concurſu celebrauit, ejúſque nepos qui à duobus annis grauiſſimis detinebatur infirmitatibus precibus ejus priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt.

Singulis diebus Miſſarum ſolemnia deuotiſſimè celebrabat, diebus Mercurij, Veneris, & Sabathi jejunabat: majorem diei partem in feruentiſſimis orationibus facie ad terram proſtrata inſummebat,creſcebat ætate,& vberiori gratia perfundebatur, liberalibúſque ſtudiis imbutus ad philoſophiæ,& ſacræ Theologiæ ſtudia auctoritate R.P.Generalis miſſus, Firmi ſub diſciplina R. P. Magiſtri Gregorij de Montelparo qui poſtea Generalis fuit, & tandem S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium numero adſcriptus, philoſophiæ operam dedit. Venetiis deinde, & paduæ omnes ſuas animi vires ad ſacræ Theologiæ ſtudium contulit. In quo breui tempore adeò profecit, vt ejuſdem ſacræ doctrinæ lectoris titulum obtinere meruerit, nec tamen vnquam à ſuis ſpiritualibus exercitiis deſtitit. Quare ab omnibus totius conuentus Religioſis plurimùm amabatur, quem omnes velut omnium virtutum exemplar, eximiæque ſanctitatis ſpeculum, & Angelum pacis intuebantur. *Studet Philoſophiæ & Theologiæ.*

Quia verò Deus ſanctum ſuum ſicut aurum igne probatur variis ignominiis, & tribulationibus tentari voluit,vt omnis deinceps inſuperbiendi tolleretur occaſio,& in profundiſſima humilitate confirmaretur,cæteráſque virtutes perfectiùs aſſequi poſſet,aduerſum quid, & ſinixtrum in hoc conuentu ei aduenire permiſit, in quo patientiam ſuam manifeſtauit, rerúmque humanarum inſtabilitatem in conſpectu Dei ſui perfectè humiliatus cognouit, quæ ſic ſæpiùs mutantur vt tandem decidentes totidem majori feruore reſurgant. *Multas patitur tribulationes.*

Quidam erant in conuentu paduano Religioſi ſtudentes, quorum defectus cum aliquando R.p. prior poſt cœnam(vt moris eſt) corrigere voluiſſet: vnus ex eis cæteris audacior eò deuenit impudentiæ, vt in clauſtris ad parietem ſequentia deſcripſerit, *Excitatus eſt tanquam potens Dominus crapulatus à vino:* pſal.77. & ſimilia ſubjungens contra prioris ſui honorem. Qui cum hoc reſciuiſſet id ægrè ferens, injuriam non tam ſibi quam Deo factam proſequi,& de hoc improbo condignas crimine pœnas ſumere decreuit. Quare facta diligenti inquiſitione, certam tandem habuit, & claram rei notitiam vnde aliqui complices commoti, & terrore concuſſi ſunt, quorum vnus venetias commeare ſtatuit ſed vt ſpecioſiori prætextu iter agrederetur, ſtudioſiſſimè rogauit P. Ioannem à S. Guillelmo amicum ſuum vt eum comitaretur quem ſciebat virum eſſe ſyncerum,& ſimplicem,& facilè iis conſenſurum quæ aliquam veriſimilitudinem,aut boni apparentiam continebant. Ideòque dixit illi ſe pro majori Dei gloria ſecretiſſima, & magni momenti ad ſanctum inquiſitionis officium ſpectantia habere negotia,addens inſuper ad hæc peragenda Superiorum ſuorum licentiam non eſſe neceſſariam.

His auditis bonus,& ſimplex Religioſus,corúmque quæ ad ſanctum Inquiſitionis tribunal ſpectant obſeruantiſſimus, ac zelo honoris Dei commotus il-

lius probauit conſilium, ſicque non ſolum ſe illi comitem præbuit, ſed etiam ab illo rogatus vt capitula , & articulos accuſationum, quæ inquiſitori exibebere debebat, propria manu deſcriberet: id libenter fecit quamuis alter ſub ſpecie ſecreti nomen accuſati reticuerit. Sciebat itaque P. Ioannes culpas,& crimina quæ denunciebantur, ſed prætenſi rei nomen ignorabat.

Animaduertens autem Prior duos iſtos patres ſecreto fugiſſe, & de aliqua contra ſeipſum conſpiratione dubitans, ſuſpiciénſque ex fuga præterjti criminis illos fuiſſe complices, ſtatim eos ſecutus eſt, qui cum Venetias appuliſſet certò didicit eos ad R. P. Inquiſitorem iuiſſe, & contra ſeipſum quarundam accuſationum capitula dediſſe, quæcum manifeſtè ſibi contradicerent, ſatis ex ſe abſque vlla probatione eorum falſitatem indicabant. Quapropter a ſanctiſſimo officio acceptata minime fuerunt. Vndè inſtanter ſollicitauit. R. P. Prior vt hi duo patres in carcerem detruderentur. Cumque apud præfatum P. Ioannem, & accuſationum capitula abſque vllo expreſſo accuſati nomine, ejus tamen propria manu deſcripta reperta eſſent in obſcuriſsimum carcerem conjicitur,ſtatimque literis ſuis Reuerendiſſimum P.Generalem monuit prætenſus ille prior accuſatus,ex hoc inditio prædictum patrem tanquam ſuum accuſans calommatorem: qui fabricato in delinquentes proceſſu ſeueriſſimam tulit ſententiam, maximè vero in P. Ioannem, qui præfatos accuſationum articulos manu propria deſcriptos, contra Superiorem ſuum dederat, ſimúlque cum alio Patrē Inquiſitorem adierat: & tamen in articulorum probatione defecerat, dicens priorem ſuum nullo modo eorum omnium quæ in præfatis articulis continebantur fuiſſe reum: in his autem omnibus innocentiſſimus erat pater Ioannes, ignorabat enim contra quem hæc accuſationum capitula fabricata fuerant, imo quando coram ipſo lecta fuerunt vt ea validis probationibus confirmaret, ingenuè reſpondit Patrem Priorem eorum omniumquæ in accuſationibus continebantur eſſe innocentiſſimum, nec vnquam in animo habuiſſe cum has deſcriberet, contra ipſum loqui: exiſtimabat enim eas contra aliquem alium impium, & ſceleratum factas fuiſſe, non vero priorem ſuum quem ſummo in honore ſemper habuit, & cuius nomen in illis manu ſua deſcriptum nuſquam appoſuit.

Incarceratur. Interim maximo cum rigore in carceribus detinebatur, victu admodum parco, & ferè ſemper pane, & aqua nutriebatur: quæ omnia fortiter, & patienter ferebat, nec vnquam de aliquo conqueſtus eſt, aut aliquid petiit ſed ibi pacificè, & incredibili animi tranquilitate vitam tranſigebat, cunctis que qui eum fraterna charitate commoti viſitabant, & patientiæ ſuæ, & ad maiora ſuſtinenda inuictæ conſtantiæ argumenta præbebat. Quare ab illis plurimum diligebatur qui ſummam huius innocentis patientiam, profundam humilitatem, maximamque in hac longa detentione ſuſtinenda admirantes virtutem, illum velut ſanctum reputabant.

Cum autem iam in carcere per annum integrum cum hac auſteritate, non dum in ipſum prolata ſententia aſſeruatus fuiſſet; fama quamuis falſa per crebuit ſententiam in P. Ioannem, alióſque complices accerbiſſimam promulgatam eſſe, eoſque ad pœnas grauiſſimas, & infames Reuerendiſſimum P. Gene

P. Generalem condemnaſſe. Quibus auditis hujus Conuentus patres omnes maximè contriſtati ad P. Ioannem accedentes hoc ei triſtè nuncium retulerunt, ſed ſemper immoto, & intrepido, & ad majora etiam pro amore Chriſti ſuſtinenda promptiſſimo, hanc & majorem penitentiam (dicebat) merentur peccata mea, nec enim è Conuentu meo abſque ſuperioris licentia exire, nec tam facilè in hoc tanti momenti negotio, ſocio meo aſſenſum præbere debebam: hæc iuſtè patior, & majoribus dignum me ipſum judico. Quare patribus illum ſollicitantibus vt ſtatim è carcere Conuentus exiret, ac in aliam Prouinciam ſe transferret, donec finito Reuerendiſſimi Patris Spiritus Vicentini generalatu præfati patris Prioris Conuentus Paduani conſanguinei, meliùs innocentiam ſuam probare poſſet: à Principio aſſentire noluit, donec rebus meliùs conſideratis, & ab ijſdem patribus maturè examinatis concluſum eſt quod ipſe egrederetur, & in aliam prouinciam tranſiret.

Ex hoc ergo Conuentu, egreſſus primùm ad ſororem ſuam beatricem, Auximum venit quæ auditis fratris ſui infortuniis, ac perſecutionibus mœrore contabeſcebat: illo autem viſo ſumma lætitia affecta eſt, nec tamen illum diù retinere valuit, nam cum per aliquot dies in Eremitorio Dominæ noſtræ de pietate cum alio ejuſdem ordinis patre manſiſſet, vlterius progrediens in Monaſterio S. Spiritus ordinis Cœleſtinorum philoſophiam, & ſacram Theologiam ejuſdem congregationis fratres per quatuor annos maximo cum honore & omnium admiratione docuit: quibus finitis officium etiam Reuer. P. Generalis ſpiritus Vicentini expirauit, in cujus locum electus eſt anno 1587. R. P. Gregorius à Montelparo qui P. Ioannis fuerat in philoſophia magiſter. Quare ſubitò Romam proficiſcitur, & ad pedes R. P. proſtratus culpam ſuam agnoſcens cauſæ ſuæ ſtatum factique veritatem aperuit. Quare R. P. jam de ejus innocentia, etiam ab eo patre qui præfatam ſcripturæ ſentētiam contra ſuperiorem ſuum ad parietem deſcripſerat certior factus, & quem aliàs virum ſimplicem, & ſincerum nouerat humaniſſimè excepit, eique omnem pœnam, & culpam remiſit, quæ cum in timore in conſtantem virum cadente fundata fuiſſet, omnino excuſabilis erat.

Philoſophiā & Theologiam apud cœleſtinos docet.

Voluit R. Pater vt in conuentu Romano remaneret, vbi maxima cum auſteritate, omniúmque Religioſorum admiratione per annum integrum vixit, fuítque dignus inuentus qui in magiſtrum nouitiorum conuentus S. Fœlicis congregationis Peruſinæ eligeretur. Quo in munere adeò ſe laudabiliter geſſit vt finito biennio in ſequenti capitulo prouinciali in priorem Conuentus Camerini, & poſteà montis Caſſiani electus fuerit. Vbi verbum Dei tempore quadrageſimæ, diebúſque feſtiuis admodùm fructuosè prædicauit, ſcholæ publicæ curam ſuſcepit, nec ſolùm ipſe Theologus incredibili patientia alphabeti principia infantes docebat, ſed etiam aliis elementa fidei, & doctrinam Chriſtianam exponebat. In conuentu Regulæ & conſtitutionum obſeruantiſſimus erat: nec quia aliis præerat, ſe exiſtimabat poteſtate dominante, ſed charitate ſeruiente fœlicem, timore coram Deo ſubſtratus erat omnium pedibus, circa omnes ſeipſum bonorum operum præbebat exemplum, corripiebat inquietos, cōſolabatur puſillanimes: ſuſcipiebat infirmos, patiens erat ad omnes,

Eligitur magiſter Nouitiorum & Prior.

Qualis debeat eſſe Superior.

diſciplinam libens habebat metuendus imponebat, & quamuis vtrumque eſſet neceſſarium plus tamen à ſubditis amari appetebat quam timeri, ſemper cogitans Deo ſe pro illis redditurum eſſe rationem: ſilentium in refectorio ſemper obſeruabat, chorum,& Eccleſiam frequentabat,officium diuinum diſtinctè, & deuotè cantabat, ſolitudinem mirum in modum diligebat,& in loca ſecreta ſecedens feruentiſſimis orationibus vacabat, vnde quia nouerat nocturnum tempus, & loca ſacra ad hæc maximè opportuna eſſe, majorem noctis partem juxta S.Sacramentum orando,& meditando inſumebat:quibus in locis ſæpiſſimè à multis patribus viſus eſt.

Vitæ auſteritas. Continuis mortificationibus corpus ſuum affligebat, ter in hebdomada jejunabat,diſciplinam ſæpiſſimè ſuper ſcapulas tanto rigore apprehendebat, vt vndique ſanguis efflueret. Et quia ab aliis timebat audiri, ſummo manè cum fratres dormirent huic ſancto,& rigoroſo vacabat exercitio: in terra ſuper tegetem aſperam vel ſuper arcam quæ etiamnum, in hujus conuentus ſacriſtia aſſeruatur requieſcebat,& in qua altaris paramenta reconduntur,multique infirmi ex illius contactu ſæpiſſimè fidei & deuotionis ſuæ meritum,& beneficium recipiunt:vt cuidam accidit benedicto de Traponezoli, qui cum oculis minimè vti poſſet, viſúmque ferè amiſiſſet, ſtatim ac eam manibus,& oculis tetigit priſtinum viſum recuperauit. Nec tam occultè præfatas auſteritates exercere potuit,quin in aliorum cognitionem non peruenerint. Quare Procurator conuentûs cum quadam die illius cubiculum ingrederetur, rigidum inuenit cilicium ex pelle aſpera porcina,cum pilis agreſtibus,& quibuſdam catenis, aliiſque mortificationum inſtrumentis. Quidam etiam clericus ſciens quod P. Ioannes ſummo mane diſciplinam ſibi infligere ſolitus eſſet, ſemel ante omnes alios ſurgens in hortum ſub feneſtra P. Ioannis progreſſus eſt, ſtatimque audiuit præfatum patrem tam durè & tanto cum rigore ſeipſum verberantem, vt ſibi audire videretur ſtrepitum triturantium (hæc ſunt ejus verba) ſicque vſque ad ſignum *Aue Maria*, & primam Miſſam perſeuerauit deuotiſſimus pater,ad quam celebrandam cum vocatus fuiſſet, cámque jam inchoaſſet illius cubiculum præfatus clericus ſubitò ingreſſus, induſium P.Ioannis recenter cruentatum ex parte Scapularum inuenit.

Videns autem aſſiduas ſuperioritatis curas, & ſollicitudines exercitiorum ſuorum ſpiritualium curſum non parùm impedire, maximéque in via ſpirituali periculoſam eſſe bonam famam quam in patria ſua acquiſierat,de licentia Superiorum ſuorum, & patriam deſerere, & Prioratus officium abdicare decreuit. Quare de conſenſu R. P. Magiſtri Mariani Prouincialis, vt totum ſe Deo conſecraret vitam ſolitariam, & Eremiticam elegit, vt ſic cum S.Hyeronimo dicere poſſet,*Mihi oppidum carcer & ſolitudo Paradiſus*,& ſanè hic eſt mirabilis myſteriorum legis Euangelicæ effectus quæ ponit deſertum quaſi delicias, & ſolitudinem quaſi hortum Domini.

Salutatis ergo amicis ſuis, recta tendit in Etruriæ partes aſſumptis ſecum tantummodo ſcriptis ſuis, quæ Aſinus in via portabat: & ecce poſt aliquot itineris milliaria duo latrones occurrerunt ei, dicentes ſe velle aſinum eius habere, quo audito verus Dei ſeruus abſque vlla animi commotione ſuos

acci

accipiens libros quos humeris ſuis impoſuit lubenter aſinum illis conceſſit, iuſtum eſt (inquit) vt vos eo vtamini, ſufficienter enim vſum ex illo iam habui: ſic librorum ſuorum pondere onuſtus ad territorium Illuſtriſſimorum dominorum de monte accuto acceſſit, & in loco ſolitario Dominæ noſtræ de Saxeta Patrum Auguſtinianorum, per duos annos admirabili vitæ ſanctitate commoratus eſt. In ciuitatem poſtea Senarum ſe contulit vbi velut alter ter beatus Brandanus Auguſtinianus, fatuus, & inſanus æſtimari voluit: prodijt enim in medium cum habitu nigro vndique lacerato, variiſque fruſtris, & filo albo reconcinato, barba, & pilis intonſis, hominiſque potius ſiluestris quam Religioſi clauſtralis formam referebat, ſicque incedens ſcurram agebat, & maximam puerorum, aliorumque multitudinem ad ſe trahebat. Deinde ſuper tabernarum ſcamna in concionem aſcendens tanto ſpiritus ardore verbum Dei annunciabat, vt iam non amplius fatuus, ſed vt homo ſanctus, veruſque Dei ſeruus reputaretur. Quia tamen hoc patribus Auguſtinianis illius ciuitatis valde diſplicebat qui id fieri indedecus Religionis, & ignominiam habitus arbitrabantur, non amplius ſimilia fecit. Quare ad ſolitudinem aſpirans inſtanter à præfatis patribus petiit vt ſibi Eremitorium S. Luciæ quod à Senis quinque millia diſtat, & magna in veneratione habetur, concederent: creditur enim in illo Diuum P. Auguſtinum Mediolano Romam redeuntem, aliquandiu cum ſuis ſociis permanſiſſe, ſicut, & in aliis huius montis Piſani locis deſertis, in quibus quam plures ſerui Dei vitam Eremiticam, & ſanctiſſimam agentes morabantur. Petiit in ſuper in defectum iſtius aliud S. Bartholomei Eremitorium, in maritimis Senarum ſitum: cumque neutrum obtinere potuiſſet maximè doluit neſciens quem in locum ſe transferret. Sed diuina bonitas quæ numquam ſeruos ſuos deſerit, iamque P. Ioanni locum alium præparauerat, voluit vt quidam patres locum ei indicarent, aſperrimam nempe pœnitentiæ S. Guillelmi ducis aquitaniæ, & ordinis noſtri Religioſi ac Reſtauratoris ſolitudinem quæ Malla vallis ſiue ſtabulum Rhodis appellatur, ſtatimque illuc ſe contulit vbi videns hunc ſacrum locum à patribus Auguſtinianis tunc derelictum de licentia Reuerendiſſimi Patris Generalis Alexandri Senenſis illum facilè obtinuit, vt in eo aſperrimam diui Guillelmi pœnitentiam imitaretur, continuis orationibus inſtabat, diſciplinis, & ieiuniis carnem ſuam domabat, prædicationibus, & pauperum ac ſimplicium inſtructionibus, ſingularem operam dabat: vnde tanta ſanctitatis ſuis fama in vulgus prodijt vt multi ad eum venientes vitam Eremiticam, & ſolitariam cum eo tranſigere voluerint, quorum primus fuit quidam Bubulcus Caſtilionis incola homo natura truculentus, ac peruerſis moribus, qui execrandas ſæpius in Deum proferebat blaſphemias, hic cum aliquando agros coleret, vocem ſibi ſæpius dicentem audiuit ſolue hos boues, cui ab initio fidem non adhibuit donec iterata voce quaſi impatiens reſpondit, quid poſtea facturus ſum? ſtatim ab eadem voce audiuit, vade ad Sanctum Guillelmum: tunc ſine mora relictis bouibus ad P. Ioannem in Eremo S. Guillelmi velut alter Elizeus profectus eſt, cui cum omnia retuliſſet quæ ſibi euenerant, inſtanter ab eo petiit vt iuſta Dei voluntatem animæ ſuæ

Viuit ſolitariè in ſolitudine ſancti Guillelmi qua vulgò ſtabulum Rhodis appellatur.

Mirabilis conuerſio.

peccatricis curam, & directionem ſuſciperet. Videns autem Pater Ioannes hanc eſſe certam Dei vocationem, præcepit vt petita ab vxore ſua licentia in hunc locum, ſecum pœnitentiam acturus in habitu Eremito, veniret: nec ſolum ab vxore, hanc obtinuit licentiam. ſed de vtriuſque conſenſu ipſa habitum ſumens mantellatarum ordinis noſtri in Xenodochio Caſtilionenſi ſumma charitate in pauperum obſequium, & miniſterium ſeipſam conſecrauit: Ille verò à P. Ioanne Eremiticum habitum accepit. Alium etiam habuit ſocium fratrem Spiritum virum ſimplicem, & ſyncerum plures etiam admiſit Patres ejuſdem ordinis inſignes, inter quos fuere P. Ioannes à B. Geneſio ſtudij Piſani lector egregius, Pater Magiſter Chriſtophorus de oruieto ſingularis doctrinæ Religioſus, & Pater Vincentius à Ieſu Maria Reformatorum S. Auguſtini congregationis Siciliæ Vicarius Generalis, qui cum per duos annos cum illo vixiſſet, diſcalceatorum ejuſdem ordinis congregationem ingreſſus eſt vt ſuprà diximus, quos omnes benignè & ſumma cum humilitate ſuſcipiebat. Sæculares etiam humaniſſimè tractabat, peccatores ad vitæ emendationem hortabatur, afflictos conſolabatur, tepidos ad veram deuotionem, & Dei ſeruitium excitabat, pauperes propriis ſuis eleemoſinis adjuuabat, infirmos curabat, omnéſque tranquillos, & conſolatos dimittebat.

Quare cum ex affluentia non ſolùm Religioſorum, ſed etiam ſæcularium qui ad eum tanquam portum ſecurum veniebant, à ſolitudine, ſuiſque ſolitis ſpiritualibus exercitiis auocaretur, ſuper antiqua veſtigia cellulæ ſiue vilis tugurioli S. Guillelmi, nouum aliud ædificium cum Eccleſia ædificare ſtatuit, qui locus in ſolitudine inculta, & horribili quam habitauit S. Guillelmus, ab Abbatia ejuſdem Sancti parum diſtat: fuit enim conſtructum Monaſterium in alio loco nempe horto S. Guillelmi in quo B. Albertus chariſſimus ejus diſcipulus illum ſepelierat.

Collectis igitur vndique ſufficientibus eleemoſinis, P. Ioannes Eccleſiam ædificauit longitudinis, & latitudinis totius loci quem S. Guillelmus inhabitauerat, & juxta illam vile tugurium in quod ſe recepit ſolitáſque ſuas auſteritates, imò & majores ibi exercere cœpit, in ſuum tamen locum, Patribus Eremitis in conuentu S. Guillelmi commorantibus, patrem Ioannem Paulum à S. Geneſio præfecit, ad quos diebus Dominicis rediens ſua eos præſentia conſolabatur, & in refectorio cum illis manducabat, inde ad ſuum Eremitorium rediens continua rerum cœleſtium meditatione, Angelicam potius quàm humanam vitam agebat.

Simplicitas & manſuetudo. Tantæ fuit ſimplicitatis, & manſuetudinis vt ipſemet belluæ immanes, omni depoſita ferocitate, domeſticæ & familiares fierent: alter videbatur Elias inter ceruos, Daniel inter Leones, & S. Guillelmus inter ferocia animantia. Cum enim quandam aſinam haberet, qua ordinariè ad infirmos in Xenodochium Caſtilionenſe transferendos vtebatur, & die, noctúque foris in illis locis arduis, & ſpinoſis paſceretur, in quibus quamplures lupi commorantur, ab ijs tamen nunquam jacturam aliquam, aut incommodum accepit: imò ſemel à quodam venatore viſa eſt cum lupo per mediam horam ludere, quare cum

poſteà

poſteà P.Ioannem in his locis orantem inueniſſet, dixit illi vidi R. P. aſinam tuam cum lupo, caue ne illam deuoret, cui reſpondit: hoc non faciet lupus, eſt enim illius cuſtos fidelis, & bonus paſtor.

Sic vir iſte perfectus P. Ioannes, & in vita ſolitaria conſummatus, aſſiduis contemplationibus in Deum intentus ſemper illi vnitus erat nec vſquam, etiam in aliorum conuerſatione alienari poterat: vnde cum multæ, & celebriores Italiæ ciuitates ob cœleſtem illius doctrinam, eximiámque vitæ ſanctitatem apud R.P.Generalem inſtarent, vt cum meritò ſalutaris obedientiæ, ex ſuo exiret eremitorio, & pretioſum prædicationis talentum à Deo ſibi conceſſum in beneficium, & vtilitatem animarum manifeſtaret. Non renuebat vetus obedientiæ filius. Et primùm Romam accerſitus anno 1612. Toto quaquadrageſimæ tempore, concurrentibus vndique populis in Eccleſia S.Auguſtini concionatus eſt: tam copioſus erat auditorum numerus vt vix ei ad pulpitum eunti tranſitus inueniretur: tanta erat ſanctitatis ejus fama, vt turmatim populus eum ſequeretur, partem pallij aut habitus quidam abſcindebant, alij ſolo contactu aut benedictione contenti recedebát: quæ omnia non parum illi diſplicebant quare R.P.Generalem quam ſtudioſè potuit, vt deinceps in ſuo Eremitorio remaneret, nec vnquam ad vllam ciuitatem mitteret, rogauit: quibus libenter annuit R.Pater, præcepit tamen ne eximium prædicationis talentum retineret occultum, ſed in maritimis ſaltem Senarum partibus in quibus habitabat, ſimplicibus populis verbum Dei adminiſtraret: quod & fecit verus Chriſti ſeruus ſingulis annis, variis in locis, totóque quadrageſimæ tempore ac diebus feſtiuis Groſſeti, Batignani montis-Piſcalis, Montieri, Piombini, Gioncariſſi, Raui, Gauorani aliíſque in locis maritimis cum maxima populorum illorum ſatisfactione. *Romæ concionatur.*

Nec diù in his maritimis remanere potuit R. enim Pater Generalis ad inſtantiam Genuenſis ciuitatis illuc eum miſit, vt quadrageſimali tempore concionaretur, tantáque fuit Ianuenſis populi erga patrem deuotio vt è ſuo cubiculo egredi, vel ſolus ad pulpitum ire non poſſet quin habitum & pallium in minutiſſimas partes vndique confluentibus populis abſcinderent. Simili populorum concurſu, & applauſu florentiæ in Eccleſia S. Stephani conuentus congregationis illicetanæ prædicauit, tum in ciuitate Lucenſi anno 1616. Coloniæ Othoniæ anno ſequenti, & Montepulſiani altero anno, denique poſt quadrageſimales conciones Romæ habitas, ſingulis annis in celebrioribus Italiæ Ciuitatibus maximo fructu Verbum Dei ſemper diſſeminauit. Sed quod ſtupendum erat, & omni prorſus admiratione dignum quo modo, & apparatu in prædictis locis prædicaturus, per viam incederet, diſcalceatis nempe pedibus, habitu vili, & pallio conſciſſo, in manibus baculum geſtante, appenſo in collo ſacculo in quo tria, aut quatuor erant panis hordeacei ſicci, & duriſſimi fragmenta, ſcripta quædam fumoſa cum trito breniario, & paucis libellis ſpiritualibus in vnum colligatis, talis erat veri noſtri Apoſtolici Prædicatoris apparatus cum ad concionandum procedebat: & ad ſuum Eremitorium recedebat, ſolus ſemper incedens cum ſocio quodam Eremita quem ſecum ducebat.

Semel etiam atque iterum ad Sanctiſſimam Diuæ Mariæ Virginis ædem Lauretanam pro recuperanda Sanitate Sereniſſimi magni ducis Eutruriæ Coſimi ſecundi, & Pace yniuerſali S. Romanæ Eccleſiæ, obtinenda nudis ſemper pedibus, & mendicans profectus eſt. Quid in itu, & reditu dixerit, aut egerit, quas mortificationes, quos actus humilitatis, & ardentiſſimæ charitatis opera exercuerit, nimis hic longum eſſet recenſere? redeuntem ergo illum in ſuum Eremitorium ſequamur vbi Maiori ſpiritus Vigore totum ſe dedit Solitudini.

Cum vidiſſet territorij Tirlenſis à valle S. Guillelmi tria millia diſtantis incolas, homines agreſtes, & ruſticos qui ad Eccleſiam S. Guillemi ſanctum Miſſæ Sacrificium audituri venerant, rerum omnium ad ſalutem pertinentium ignorantiſſimos eſſe, eoſque ſæpiſſimè in his aſperimis locis abſque confeſſione è vita decedentes audiſſet, & ſine vlla Parrochi aſſiſtentia diuinis officiis, & Sanctæ Matris Eccleſiæ ſuffragiis orbatos ſepeliri, neque ob loci aſperitatem, & horrenda Dumeta quæ hunc locum circundant in alias terras, vicinoſque pagos tam facile tranſire poſſe: vnde nec Sacrum audire, nec concionibus intereſſe, nec pœnitentiæ, ac Euchariſtiæ Sacramenta ſuſcipere poterant, & quod peius eſt Infantes ſæpiſſimè abſque Baptiſmo cum euidenti mortis periculo diu detinebantur. Quare deuotus Pater honoris Dei, & ſalutis animarum pretioſo Sanguine Chriſti redemptarum maximè zeloſus, his miſeriis opportunum remedium afferre decreuit, obtentaque licentia ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Groſſetano, ibi Eccleſiam cum cellula in honorem S. Andreæ fundauit, & quamuis via eſſet aſperrima, & ſpinoſa illuc tamen ire ſtatuit vt ſingulis diebus feſtiuis ſacrum faceret, eoſque diuina fidei Chriſtianæ myſteria, & quæcumque alia ad animarum ſalutem ſpectantia doceret adeò profecit vt breui Sacroſancta Eccleſiæ Sacramenta frequentare ceperint, & manifeſta fidei Chriſtianæ ſigna dederint, quæ cauſa fuit cur ibi conſtituerit P. Ioannem Paulum, qui quotidie ſacrificabat, & Eccleſiæ Sacramenta poſtulantibus miniſtrabat. Quare multi concurrerunt paſtores qui in his dumetis greges ſuos paſcebant, & cum ſuis familiis ibi domicilia ædificare ceperunt, vnde mirum in modum ita creuit habitantium numerus, vt iam Eccleſia incolas omnes capere non poſſet, Ideoque eam ampliare, & ſimul Conuentum conſtruere verus Dei ſeruus deliberauit, collectis itaque breui tempore ſufficientibus eleemoſinis, & Eccleſiã ampliauit & Monaſterium ædificauit in quo de mandato Reuerendiſſimi Patris Generalis præfatum P. Ioannem Paulum Priorem, & ex patribus Conuentus S. Guillelmi ſufficientem familiam conſtituit, vt maiori cum deuotione, & regulari obſeruantia Deus laudaretur, & proximus adiuuaretur. Quæ omnia vt melius ſtabilirentur, illius Eccleſiæ in Parrochiam erectionem ſub cura, & regimine patrum à S. Sede obtinuit, & à Sereniſſimo magno Eutruriæ Duce aliquos reditus pro quotidiano parrochi alimento impetrauit.

Fundat Eccleſiam, & Monaſteriũ Tirlenſe.

Sacras Ieſu Chriſti, & Sanctorum imagines ſumma ſemper habuit in veneratione maximè vero venerandam quam receperat vultus S. Almæ Vrbis

effigiem

effigiem, adeò venuſtam, & naturalem vt vix inter eam, & protypum vlla appareret differentia: hanc propterea in aliquo loco decenti reponere voluit. vbi à piis Chriſti fidelibus condignè veneraretur, multiſque ad Deum effuſis precibus alteram Eccleſiam in qua collocaretur ædificare decreuit. Quare cum quadam dominica Tirlum veniſſet, ſimulque cum patre priore in interiora deſerti ſeceſſiſſet, vt ſecundum conſuetudinem orationi vacaret ad certum locum poſt montem qui vulgo collis *Della Spada* dicitur, perueniſſet, ad ſocium conuerſus dixit ei hic eſt locus quem Dominus ſibi elegit, in quo Eccleſiam fundare oportet. Difficilè ſatis à principio viſum eſt patri priori, hunc locum in confinibus dominij exellentiſſimorum Populoniæ principum ſitum obtinere, quem tamen poſtea facilè ab exellentiſſima Domina quæ tunc principatus gubernaculum ſuſceperat, impetrauit. Hoc ergo ſitu obtento ibi Eremitorium cum quatuor cellis, Eccleſia: Sacriſtia, & Choro ædificauit quod vultum ſanctum Tirlenſem nominauit, milleque paſſus à præfato Tirli Caſtello diſtabat, in eo hanc venerandam imaginem Dominica infra octauam Corporis Chriſti, anno domini 1615. maxima cum ſolemnitatate, & ingenti populorum concurſu ſuper Eccleſiæ altare maius deuotiſſimè P. Ioannes collocauit, qui relicto in Conuentu S. Guillelmi ſuperiore, & ſufficienti numero Religioſorum, fratrem eremitam, aliumque è ſimplicioribus ſacerdotem ſecum aſſumpſit, cum quibus in hoc nouo Eremitorio, ab omni hominum conuerſatione ſegregato, & ſyluis opacibus, ac dumetis vndique cincto omni rigore, & ſolita auſteritate habitauit ibi ſæpiſſimè velut alterum S. Guillelmum, aut Nicolaum Tolentinatem ſic verberibus eum affligebant dæmones, vt è ſtratis ſurgerent fratres, eorumque conflictum audientes, ad illius cellulam accederent. Nec per iſtas, aliaſque tribulationes vir Dei ſolitas ſuas meditationes vnquam dimiſit: imò vt fortior eſſet, maioremque vim contra communem inimicum aſſumeret, ad Chriſti Domini imitationem interiora deſerti loca penetrans, ibique famem, ſitim, ſomnum, frigus, & calorem patienter, & fortiter ſuſtinens per aliquot dies in myſteriorum diuinorum contemplatione ſubſiſtebat, illud autem ſemel accidit omni prorſus admiratione dignum, cum enim menſe Auguſto in medio ſiluæ ſtans, feruentiſſimè oraret, ardentiſſimis que radijs ſolis expoſitus eſſet, duo venatores qui illuc fortuito tranſibant, capræam viderunt immobilem quaſi rationis capacem, ex aduerſo radiorum ſolis, in vicino colle collocatam, quæ cum in ſe ardentiſſimos huius aſtri radios reciperet corporis ſui opacitate ſeruum Dei orantem, & in extaſim raptum obumbrabat.

Deuotio erga imagines

Eremitoriū vultus S. Tirlenſis.

Sic ſolitarius in hac horrida ſolitudine vixit pater Ioannes, Deo ſic volente donec auſteram diſcalceatorum Italiæ congregationem ingreſſus eſt, cū enim ſæpiſſimè in noſtris Conuentibus ſtrictam regulæ, & conſtitutionum vidiſſet obſeruantiam, huius ſanctæ Congregationis alumnus fieri ardentiſſimè deſiderabat, nec tamen per multos annos optata conſequi potuit, ob natam difficultatem conuentum aliquem diſcalceatorum in his Senarum maritimis ædificandi, quem ipſe ne in ciuitates venire cogeretur conſtruere volebat. Verum ſuperatis omnibus impedimentis noluit Deus irritas eſſe, & inanes

 ſerui

ſerui ſui preces nam anno Domini 1621. die 9. Februarij cum ad ſupremam Sedem Apoſtolicam aſſumptus fuiſſet Gregorius Papa XV. cujus electionem præfatus Pater (vt fama eſt publica) eidem prædixerat,cum adhuc Cardinalis eſſet & florentia ad conclaue pro eadem electione iturus tranſiret, intercedente Eminentiſſimo Cardinali Bellarmino ejus intimo & dilecto deuoto, humiliter à præfato Pontifice licentiam & facultatem diſcalceatorum S. Auguſtini ſuſcipiendi,ſtatímque abſque nouitiatu profeſſionem emittendi petiit & obtinuit, ſic ordinante diuina prouidentia vt breui tempore ea adimplens quæ circa ſuam mortem in diuino Conciſtorio fuerant decreta, cum hac conſolatione videndi ſe profeſſum & diſcalceatum Auguſtinianum moreretur. Vt ergo ſine mora id totum expediretur hanc licentiam, & facultatem viuæ vocis oraculo ſua Sanctitas conceſſit,de quo fidem plenam facit Eminentiſſimus Cardinalis Bellarminus in ſuo manu propria ſequenti reſcripto.

F. Auguſtinianus diſcalceatus.

La Santità di N. S. Papa Gregorio XV. ſi contenta ch'il molto R. P. Fr. Gio Eremita Agoſtiniano, poſſi paſſare alla Congregatione de ſcalzi Agoſtiniani d'Italia, è far la profeſſione ſenza far il nouitiato eſſendo gia vecchio, & eſſercitato nella perfettione monaſtica, tutto queſto (viuæ vocis Oraculo) ſe hauuto della Santità di N.S.Papa Gregorio XV. à 25. di Febraro 1621.(Ita eſt Robertus Cardinalis Bellarminus.)

Locus † ſigilli

Hac obtenta licentia, & admodum R. Patri Baſilio à S. Trinitate diſcalceatorum Italiæ Vicario generali exhibita, ac in Diffinitorio generali diligenter examinata ad habitum, & profeſſionem admiſſus eſt Præfatus P.Ioannes fuítque ad hoc ſanctum opus delegatus P. Fabianus à S.Maria Magdalena,cum ampliſſima auctoritate de conſenſu Illuſtriſſimi, & R.Domini Franciſci Picolomini Groſſetanæ ciuitatis Epiſcopi, Battiniani conuentum fundandi, qui locus eſt à præfata ciuitate ſepté circiter milliaria diſtans, ibi ſtatim conſtructum eſt Oratorium ſub titulo S. Luciæ cum quibuſdam cellulis, aliíſque rebus neceſſariis: quæ cum omnia ritè diſpoſita,& ordinata eſſent ſolus P. Ioannes expectabatur vt in hoc loco habitū ſuſciperet, & profeſſionem emitteret. Interim per omnia maritima mors præfati Patris diuulgata fuit,nec ſine cauſa cum enim Florentiæ ſereniſſimo Duci magno Coſimo ſecundo morienti aſtitiſſet, & in ſuum vultus ſancti Eremitorium rediiſſet, durus itineris labor ita grauiter eum affecerat, vt de vita ejus prorſus ageretur, jámque ex ſtatu Populoniæ aduenerant milites,vt corpus cuſtodirent,nec aliundè quam in hoc Eremitorio ſepeliri permitterent.

Quidam ex principalioribus oppidi Batinienſis Tirlum ſe contulerunt vt præfatum Patrem in ſuo Eremitorio viſitaret qui humaniſſimè eos excepit,& maximè conſolatus eſt dicens breui vos Battiniani videbo nec alibi vt ſæpiſſimè dixi hujus lucis vſuram amittam. Interim ad tumultum populorum ſedandum in receſſu hujus ſerui Dei ex hoc loco,aliíſque oppidis magnus Etruriæ Dux ſanctionibus ſuis rem ita compoſuit vt omnia benè ſe habuerint: ex altera verò parte Dominus Caſtilionis Commiſſarius, & Dominus Oriundus Baccilieri Tirlenſis ad P.Ioannem accedentes quid agere vellet ſciſcitati ſunt

quibus

quibus reſpondit jam à longo tempore in cœlo decretum eſt vt ego Battinianum vadam, ibique conuentum ædificem, in quo ſub obedientia diſcalceatorum S. Auguſtini deinceps viuere debeo, ideóque jamjam illuc pergere volo, id omnibus ob maximam illius infirmitatem impoſſibile viſum eſt: vt tamen intellexit omnia parata eſſe vt eum tranſportarent, è lecto ſuo ſurgens præfatos dominos vocauit, & ad viam peragendam ſollicitauit, è cubiculo ad Eccleſiam deſcendit ibique facta oratione, & ſalutatis illius Eremi Patribus, cæteriſque præſentibus in ſede deuectus itineri ſe commiſit, non ſine ingenti omnium aſtantium lachrymarum effuſione qui Patrem, Magiſtrum, & ſanctum amittebant.

Vbi Caſtilionis finibus appropinquauit, occurrit ei magni Etruriæ Ducis catafractorum equitum Capitaneus cum aliis militibus ab eodem ſereniſſimo Principe miſſis, vt omnes in via difficultates, populorúmque reſiſtentias ſi quæ eſſent ſuperarent, cum quibus ad præfatum locum comitantibus maxima omnium lætitia peruenit. Neque voluit P. Ioannes in domum Commiſſarij illius loci ſe recipere, ſed in Xenodochium cum pauperibus in cujus cellulá per totam noctem orationibus vacans remanſit: ſummo manè in alia ſede (priorem enim deuotionis cauſa retinuerunt) viam ſuam proſequitur cum ſemper eadē comitante equitum turma. Cum autem Groſſetò tranſiret Sereniſſimi Ducis Miniſtros inuenit, qui ſedem accipientes in qua vehebatur, vnum extra ciuitatem milliare eum aſportarunt. Tantus autem fuit vbique populorum concurſus, quorum aliqui ſedem tantum tangebant, alij partem habitus ſcindebant, quidam genibus flexis, ſuis ſe orationibus inſtanter commendabant, vt per viam non ſine maxima difficultate, & famuli Dei mortificatione ipſe incedere poſſet. Quare eum circumdantes vndique milites hanc ſummam populi frequentiam impediebant: ſicque nullo negotio Battinianum appulit: tanta verò fuit hujus populi lætitia, vt ferè omnes ad duo milliaria in occurſum illius cum Parrocho, & Patribus noſtris venerint, qui cum ſedem in qua deferebatur attigiſſent, ipſum interpellare noluerunt: ſed cum aliis conſociati ad medium milliare ab oppido Battiniani, vbi à ſinixtris ſita eſt Eccleſia S. Georgij ſecuti ſunt: tunc enim quamuis nec Eccleſiam nec præfatos Patres videre potuiſſet (ſedes enim cooperta erat) illos tamen cum domino Parrocho vocauit, quibus congratulatis eos enixè rogauit, vt ſimul Deo ſummas agerent gratias qui huc vſque eum ſaluum, & incolum deduxerat. Dictis ergo deuotiſſimè hymno, antiphona, & oratione S. Georgij, ac *Te Deum laudamus* ad deſideratum locum tendentes tanta modeſtia, deuotione, ac jubilo incedebāt vt ſolemnis & religioſiſſima videretur proceſſio: ad quem tandem cum perueniſſent ſummas iterum Deo in Eccleſia reddiderunt gratiarum actiones, factáque oratione in illius oppidi Xenodochium quod Patres noſtri pro tunc inhabitabant, deuotiſſimus Pater ſe recepit, cum quibus vſque ad diem tertium Maij feſtiuitatis miraculoſæ inuentionis S. Crucis remanſit, in quo publica, & ſolemnis proceſſio ordinata fuit, cui interfuerunt Domini hujus Diœceſis Vicarius, oppidi Parrochus, Sacerdotes omnes, Patres noſtri cum quibus incedebant P. Ioannes, confraternitates, communitatis vexillum cum-

R 3. omni

omni populo , & incredibili aduenarum multitudine ſicque in hoc ordine mirabili , ad nouum S. Luciæ oratorium proceſſerunt vbi poſt aliquas orationes P. Ioannes ante pedes. P. Præſidentis genuflexus habitum noſtrum ſuſcepiſtatímque proffeſſionem emiſit hoc modo, conſignato reſcripto Eminentiſſimi Cardinalis Bellarmini inter manus Notarij publici alta voce coram omnibus,omnia jura ſua circa nouitiatum faciendũ vt ſequitur renunciauit.

Emittit profeſſionem. *Ego F. Ioannes Eremita Auguſtinianus Prouinciæ Marchiæ filius quondam Cecconi & franciſcæ de Monte Caſſiano,olim Rector Abbatiæ S.Guillelmi in ſtabulo Rhodis Tuſciæ , nunc autem Cultor Eremi vultus Sancti propè villam Tirli, in maritima Senenſi præſens & perſonaliter conſtitutus fateor , & declaro non ſolùm hoc ſed omni meliori modo,& clauſula quia non circumuentus neque ſeductus aliquo modo ſed libenter ſpontè , ac realiter animo meliùs , ac perfectiùs ſeruiendi Deo motu proprio inſtanter petij ab admodùm R. P. Baſilio à Sanctiſſima Trinitate Vicario Generali Congregationis Fratrum diſcalceatorũ S. Auguſtini Italiæ ingreſſum ejuſdem Congregationis, & diſpenſationem emittendi profeſſionem ſine nouitiatu impetrandam à S. Domino Pontifice noſtro, & hoc multis de cauſis idcircò dico, & confiteor hanc eſſe,& fuiſſe meam voluntatem, & ſpontè ac liberè, & realiter hanc meam profeſſionem cede , & renuntio omnia jura mea circa nouitiatum faciendum, & accepto libenter diſpenſationem recipiendi habitum, & profeſſionem emittendi ſine nouitiatu iuxta viuæ vocis Oraculum cum R. D. N. Papa Gregorio XV. per Illuſtriſſimum Dominum Cardinalem Bellarminum ſub die 28. Februarij 1621.cujus tenorem vidi,legi,& acceptaui : ſicut nunc accepto,libenter amplector non ſolum hoc ſed omni meliori modo , clauſula , ac forma , ac ſi omnia de verbo ad verbum expreſſa eſſent. In quorum fidem &c. In loco Battiniani in maritima ſenenſi die 5. menſis Maij anno vt ſuprà præſentibus teſtibus infrà ſcriptis.*

Ego Ioannes ſcripſi & affirmo vt ſuprà.

Statimque profeſſionem iuxta conſtitutionum conſuetudinem emiſit, ſtrictamque promiſit quatuor votorum obſeruantiam obedientiæ , paupertatis , caſtitatis , & humilitatis , & hæc omnia in præſentia Reuerendiſſimi Domini Pompeij Baccilieri , Battinianenſis parrochi , Domini Camilli Veruci , Montiſpicalis parrochi , & Epiſcopi Groſſetani Vicarij generalis,Domini doctoris Ioſephi Balbiani medici,Domini Auguſti veruci preſbiteri Battinianenſis , & Domini Oriundi Baccilieri : quibus ceremonijs ſanctiſſime expletis poſt ſolitam omnium Religioſorum ſalutationem , crucem in loco ad Conuentum ædificandum deſtinato eleuauit : & inde in ſuam cellulam de tot à Deo gratijs , & beneficijs acceptis gratias acturus ſe recepit.

Scripſit poſtea ad Reuerendiſſimum P. Vicarium generalem epiſtolam tanta reſignatione , & humilitate plenam vt qui alias ante profeſſionem ſuam iuſtis de cauſis ab his maritimis Senenſibus non recedere ſummo in deſiderio fuerat ad hoc modo faciendum , & quæcumque alia indiferenter exequenda quæ Reuerendiſſimus Pater pro bono animæ ſuæ,& Religionis emolumento facienda indicaret ſe paratiſſimum eſſe declarauit. Deinde ab ipſo

Supe

ſuperiore inſtanter petiit ne prouectā eius reſpiceret ætatem ſed velut nouitium Minimumque tyronem cum illo ageret, proteſtans ſe nihil vnquam abſque merito ſalutaris obedientiæ facere velle, ſuum ſimiliter confeſſarium humiliter deprecatus eſt, vt in particularibus religionis ceremoniis, & rigida conſtitutionum obſeruantia eum diligentiſſimè inſtrueret, tantus autem fuit conſtitutionum obſeruator, vt nec in minimo defeciſſe aliquandò deprehenſus fuerit.

Quia vero iam longa auſteritatum defatigatione ingraueſcebat, prohibita illi fuere cilicia, loricæ, diſciplinæ cæteræque ſuæ ſolitæ extraordinariæ mortificationes; ſtatimque ſuperiorum mandatis libenter obtemperauit, & conſuetis diſcalceatorum auſteritatibus contentus, communi vitæ ſe accomodauit. Poſtea tamen cum ad ſolitas ſuas auſteritates ſine ſuperiorum licentia redire tentaretur, apparuit illi glorioſiſſima Angelorum Regina Puerum Ieſum inter brachia tenens quæ dixit illi *ô Ioannes non parum facies ſi hoc tantum feceris quæ communitas agit, & quæ tibi ſuperior præcipiet.* Quem deinde in terra proſtratum, ac humiliatum benedixit. Quare deinceps nihil vnquam abſque ſuperioris licentia aggreſſus eſt, huius obedientiam, ac humilitatem cum infeſtiſſimus humani generis inimicus ferre non poſſet, dum quadam nocte requieſceret violenter è lecto extractum, & humi diſtenſum eum fuſtibus, & catenis tamdiu flagellauit, donec plagatum, & ſanguinolentum, ſemi mortuum reliquerit: quæ omnia audiens eius confeſſarius qui in vicina cellula requieſcebat è grabato ſuo, vt eum adiuuaret ſurgere non valuit, ſed vbi humanum defuit auxilium ſuperabundauit diuinum: Angelus enim de cœlo deſcendens à Deo miſſus eſt, qui eum cæleſtibus recreauit conſolationibus, ſtatimque. Sacro Sanctum illum hymnum decantans *Sanctus Sanctus Sanctus* diceſſit, eumque lætitiis ſpiritualibus plenum dimiſit. Sic itaque in perfecta obedientia, humilitate profundiſſima, & exactiſſima conſtitutionum, rerum etiam minimarum obſeruantia ad finem vſque perſeuerauit.

Apparitio B.M. Virginis.

Flagellatur à dæmonib.

Confor at eum Angelus.

Supereſt modo vt eius qualitates, tam naturales quam ſuper naturales perpendamus fuit P. Ioannes ſtatura corporis procera, quamuis contractis ſcapulis incedens humilis appareret, facielonga, fronte larga, & alta cum nœuuo magno in parte illius dextera, & altero in ſupercilio dextero, oculos habebat magnos, & nigros, naſum egregiæ formæ, & aquilinum, barbam fere coloris caſtaneæ, felicis erat memoriæ, & perſpiciacis ingenij, aſpectus eius decorus, & venerabilis, qui ſuauiſſimum odorem ſanctitatis ſpirans omnes ad deuotionem exitabat, & cum in peccatores Zelo Dei accenſus occulos conijciebat, peccatorum ſuorum horrore tandem compuncti, mores ſuos confirmabant, & meliorem adepti mentem, honeſtioris vitæ initium ordiebantur.

Deſcriptio P. Ioannis.

Quod vero ſpectat ad ſingulares eius virtutes, incipiendum eſt ab humilitate quæ eſt ſanctitatis fundamentum, tanta in eo fuit vt ſe omnium abiectiſſimum reputaret, & ſi aliquem peccatum aliquod enorme patrantem videret illum ſeipſo adhuc meliorem exiſtimaret, firmiter tenens ſe ex ſumma,

Humilitas P. Ioannis.

omnia conſolationum genera, etiam P. Ioannis reſpueret: ſed tandem ab eodem Patre incitata de ejus Conſilio, & ſententia cum altera muliere, & quodam ex eius Eremitis ad præfatum riuulum ſe contulit, quęſitúmque cum omni diligentia puerum, mortuum, & in arena ſepultum ore aliquantulum deprauato inuenerunt: quare vehementiùs afflicta vt huic infortunio remedium aliquod inueniret, ad monaſterium velociter commeauit: cui obuiam factus P. Ioannes, ejúſque lacrymis ac gemitibus commotus eam maximè conſolatus eſt dicens: certò ſcias filium tuum non eſſe mortuum, & hoc modo cum illa & altera muliere ad locum progreſſus eſt in quo pueri cadauer jacebat; in Capella nempe de ſaxo S. Guillelmi, medium milliare ab Abbatia diſtante, ad quam præfatus Frater Eremita illuc detulerat: ſtatimque P. Ioannes ad orationem circumſtantes omnes hortatur, & ipſe poſt feruentiſſimas preces per dimidiam horam pro recuperanda pueri mortui vita ad Deum effuſas, ad Eccleſiam principalem S. Guillelmi præfatum cadauer juſſit tranſportari, vbi humili denuò, ac ſupplici oratione à Deo inſtanter petiit vt hunc puerum afflictæ matri, viuum meritis, & interceſſionibus S. Guillelmi hujus loci patroni, reſtitueret. Per horam integram in hac feruentiſſima oratione perſeuerauit: qua finita puer quaſi ex graui ſomno experrectus, ad matrem conuerſus ait, Ecce adſum chariſſima mater: ſicque puer mortuus ſanus, & viuus matri ſuæ redditus eſt. P. verò Ioannes ſummas Deo gratias agens & S. Guillelmo, cujus meritis, & precibus hanc gratiam obtinuerat, circumſtantes omnes juramento adſtrinxit, ne alicui vnquam hoc factum reuelarent. *Mortuum ad vitam reuocat.*

Cum multi ad eum ſimiliter confluerent, vt ſuis ſe orationibus commendarent, eos hortabatur vt in ſuis neceſſitatibus interceſſorem D. Guillelmum aſſumerent, & ideò capitibus eorum coronam quandam ferream imponebat quam (fama eſt) præfatum Sanctum portaſſe: vnde quamplures priſtinam ſanitatem recuperarunt, alios etiam ſanctis quibuſdam orationibus, aut bullis ex agno cereo, & reliquiis, à multis languoribus, infirmitatibus, & ſpiritibus etiam immundis liberabat.

Quamvis doctiſſimus eſſet in vilioribus tamen conuentus officiis multum ſibi complacebat, Monaſterij loca verrebat, vtenſilia mundabat, fratribus in menſa, & alibi miniſtrabat, ad eleemoſinas cum manticis colligendas alios comitabatur, ſociis ſuis quamvis inferioribus, ſupremum ſemper locum cedebat: ſine ipſorum licentia, nec loqui, nec minimum quid agere volebat, cum pueris, & infantibus familiariter conuerſabatur, ad humilitatem, & patientiam omnes hortabatur: & ipſemet omnium humillimus cum in ampliſſimis ciuitatibus habitare, ibíque monaſteria conſtruere potuiſſet, vt ſæpiſſimè à Sereniſſimis Ducibus Bauariæ, Parmæ, excellentiſſimo Duce Vrſonis, ciuitate Bolonienſi, & Senenſi fuit requiſitus: maluit tamen in his maritimis Senarum remanere vbi cœlum graue, & malignum, gens ſimplex, & rara aſperrimi montes, horridæ ſiluæ ac dumeta reperiuntur. *Humilitas.*

Denique tot, & tanta humilitatis exempla, toto vitæ ſuæ decurſu reliquit, vt vix enarrari poſſint: hoc ſolùm addam quod in vltimis vitæ ſuæ diebus præbuit, cum enim ſuo in Eremitorio ſuperior eſſet, & ab omnibus ob vene-

randam ſuam canitiem, & perfectam ſanctitatem ſummo in honore haberetur, velut alter S.Paphnutius in noſtra congregatione inter vltimos eſſe, infimis ſubjici, & quaſi jam non eſſet perfectus omnia diſcalceatorum ſpiritualia exercitia velut minimus nouitius addiſcere voluit, quare cum ab aliis verùm ſanctitatis exemplar & conſummatus perfectionis magiſter cenſeretur, ſeipsũ diſcipulum imperfectum, omniúmque virtutum, & meritorum expertem judicabat. Et in hoc verè perfecta conſiſtit humilitas vt annuit S. Bernardus ſermone 13.ſuper Cantica, *Magna & rara virtus profectò, cum magna operaris magnum te neſcire, cum omnibus nota ſit ſanctitas tua, te ſolum lateat cum omnibus mirabilis appareas, tibi ſoli vileſcas.*

Pœnitentia & auſteritas. Magna fuit humilitas P.Ioannis, nec minor extitit ejus pœnitentia quam attente conſiderans illud idem dicere poſſum quod olim de Magdalenæ pœnitentia,ait S.Gregorius homilia 33.in Euangelium, *Flere magis libet quam aliquid dicere*,quandoquidem ille non commiſſis tot erroribus, *Noluit moderari quid faceret.*Tribus tantum in hebdomada diebus nempe dominica,Martis & Iouis ad ſolis occaſum cibum capiebat, die verò Sabbathi corpori ſuo debilitato ſubſidium aliquod præbere volens, buccellam polentæ milaceæ, aut caſtaninæ, vel panis torridi ſumebat, & vaſculum cucurbitaceum aqua modica quatuor vnciarum pondere implens,hanc ſolam hauriebat. Solo pane hordaceo, vel ſimili nigro tamen, & torrido his diebus veſcebatur,quod ſi diebus Dominicis in communi menſa cum aliis Eremitis manducaret,eíque panis aliquis candidus offerretur acriter miniſtrum menſæ arguebat, panémque oblatum pro infirmis reſeruabat: cum hoc pane inſipido herbis agreſtibus, maluis putà,felcibus, vrticis, alliis, cepis radicibus, rapis, ac ſimilibus in aqua ſola & parùm ſalis decoctis,vtebatur, etſi aliquando quod tamen raro contingebat ad majorem voluptatem parum leguminis aut piſcis manducare vellet ſine ſale, & oleo condiebat, à fructibus ſemper abſtinuit, velut alter Dauid panem lacrymis miſcebat, dum enim manducaret vberrimas ſæpè lachrymas effundebat: non ſolùm vino abſtinuit,aut ſi aliquando compellente infirmitatis neceſſitate vino modico vti compelleretur, calicibus plenis aqua ſuper infundens quidpiam meri,nec ſapore ejus,nec odoris jucunditate fruebatur: imò verò aquam ipſam in menſura bibebat quod olim Chriſtus Dominus Prophetam Ezechielem docuit, *Aquam in menſura bibes.*

Sibi etiam de panibus hordeaceis prouidebat, & placentis ex farina caſtanearum, quæ diu reſeruabat vt panes indè mucorem trahentes & eos mucidos & rancidos majori mortificatione manducaret: ne autem vnquam ſibi ſubjectum, & occaſio mortificationis deeſſet, ſecum ſemper pixidiculam quandam ex cucurbita fabricatam ferebat abſyntij,rutę,herbæ ſanctæ Mariæ, matricariæ, aliarúmque herbarum amariſſimis pulueribus plenam quibus pultem,alióſque cibos conditos in refectorio, vel extra cõuentum aſpergebat. Sic aliquando ſuos conuiuas in Eremo tractabat, vt accidit cuidam Paulo Corſino Battinianenſi, qui cum ab ipſo quadam die Iouis ad prandium fuiſſet inuitatus, appoſito ſolo vno pane nigro, in duas partes diuiſo ad ignem calefacto, & aqua frigida intincto tanta cum ſuauitate, & ſapore ex hoc pane

mandu

manducauit: vt poſteà cum juramento aſſeruerit præfatus Paulus,ſe nihil vnquam dulcius,& ſuauius deguſtaſſe.Toto quadrageſimæ tempore ſæpiùs pane ſolo, & aqua contentus erat, & aliquando rapas & maluas adhibebat: cum verò polentis ex caſtanearum farina veſcebatur, tunc maximæ erant ejus recreationes, & ſumptuoſa conuiuia: ſi verò aliquando apud ſæculares cibum ſumere cogeretur, in reditu poſteà tot verberibus,& diſciplinis corpus ſuum caſtigabat, vt vndique ſanguis efflueret: quare ſocij ejus inſtanter eos deprecabantur,ne impoſterum eum inuitarent.Tanta fuit denique ejus abſtinentia vt admiranda potiùs quàm imitanda ſit.

Nec minor fuit pœnitentia qua aliundè corpus ſuum affligebat ſemper enim nudis pedibus ambulabat, quorum plantæ glacie,lapidibus,& ſpinis in minutiſſimas partes inciſæ copioſum ſanguinem aliquando emittebant. Nec quidem hyemali tempore ad ignem accedebat: ad imitationem S. Guillelmi pro Induſio, lorica ferrea vtebatur: ne autem ferruginem contraheret aliam de nouo ſumebat,tres enim habebat quibus vnà poſt alteram vtebatur,earum aliquas pœnitùs conſumpſit, quarum aliquam partem Dominus Sanſſedoni habuit: & alia inconuentu Tirlenſi conſeruatur. Per cellulæ ſuæ rimas cum habitum exueret, loricæ annulos ita carnem penetraſſe quidam ſemel viderunt: vt vix diſcerni poſſet an loricam haberet,ſuper eam aſperrimum ex pilis induebat cilicium, & ſæpiſſimè tunicam ex panno rudi & groſſiori. Neque illi ad corporis ornamentum deerant zonæ, & armillæ ingenti etenim catena ferrea vtebatur quæ à ſcapula dextra ad latus ſinixtrum,& à ſcapula ſinixtra ad latus dexterum in crucis figuram ſuprà pectus extenſa erat: altera inſuper cingebatur ſtriata, vt eam ad libitum conſtringeret quàm adeò contractam portabat vt anno 1605.cum in periculoſam infirmitatem incidiſſet ſocius ejus F.Laurentius cum eum in lectum tranſportaret, præfatam vidit catenam adeò conſtrictam, corporíque adhærentem, vt carnem ipſam jam purulentam penetraſſet. Quare illam non ſine maximo P. Ioannis dolore ſimul cum carne multis in locis affixa extraxit. Aliquando etiam in locum illius catenæ,ferreo circulo cum quibuſdam aculeis vtebatur, quæ omnia magna veneratione Populoniæ aſſeruantur. Neque hæc omnia tormentorum inſtrumenta P. Ioanni vt corpus ſuum caſtigaret ſufficiebant,voluit enim nouum & ſingulare inauditæ prorſus pœnitentiæ exhibere exemplum, continuum videlicet excogitando Martyrium,pectines enim quoſdam ferreos, ad carminandas lanas aptos excogitauit, quorum erectis ſtimulis,ex eis ſibi thoracem,vſque ad coxas protenſum confecit, quo ſemper veſtiebatur, & hodie adhuc in conuentu noſtro Battinianenſi non ſolùm ſanguinolentus, ſed vt meliùs dicam totus ex ſanguine rubiginoſus, & à parte ſcapularum, & pectoris conſumptus ab omnibus videtur. Et quia ſingulis diebus Veneris ſumma attentione Paſſionem Domini noſtri legebat, cum ad aliquem doloroſum Scripturæ locum deueniſſet ſtatim vt præfati thoracis aculei,corporis ſui carnes fortiùs penetrarent humi volutabatur, ſicque videbatur alter Benedictus inter ſpinas & Blaſius inter ferreos crudeliſſimorum Tyrannorum pectines: iſti ſemel tantum hæc tormenta ſuſtinuerunt: ille verò ſingulis hebdomadibus. Altero prætereà vte-

batur thorace, ex laminis ferreis compacto, & in modum tyrocneſtis perforato, cujus ſtili & infractiones carnem ſcalpebant, & dilacerabant.

Breuitatis terminos excederem, ſi hæc omnia auſteritatum eius inſtrumenta recenſere vellem, vndiquè enim his, & ſimilibus inſtrumentis grabatus eius circumdatus erat, nec aliam habebat quam tabulam vnam latitudinis duorum pedum, & modicæ longitudinis vt vix eum capere poſſet: pro ceruicali ſaxum, aut lateres, pro lodice ſcrura quædam aſperrimi cilicij, quæ vt etiamnun hodie in eremitorio Tirlenſi videntur ad pungendum potius quam calefaciendum accomodata, & in modum ſacci aſſuta, ac pediculis aliiſque immundis beſtiolis plena erant. Imò aliquando totum ſuum corpus funibus ſtrictiſſimè ligando, & inuoluendo in memoriam funium Ieſu Chriſti requieſcebat: ſuper ligna rotunda ſæpe dormiebat, extra Conuentum aut humi aut ſupra capſam iacebat: in Conuentu vero cum iam diſcalceatorum ordinem ingreſſus eſſet, nec ſine ſuperiorum licentia quam ei iuſtis de cauſis denegabant, ſuper nudam tabulam dormire vellet, ita ſtragulam ex vtraque parte aſſuebat, vt in medio breui, & anguſto loco relicto in eò vix recũbere poſſet corpus enim ſuũ extendere aut reuoluere non poterat. Hortelſo referens crudeliſſimas illius flagellationes quater enim in hebdomada, & aliquando bis in die per horam integram, aut dum ſeptem pſalmos pœnitentiales cantaret, modo cum catenis ferreis, nunc cum funibus aculeis ferreis, inter textis, aliiſque atrocibus inſtrumentis, quibus non ſine maxima ſanguinis effuſione corpus ſuum affligebat, aſperrimas, & ferociſſimas diſciplinas ſumebat. Vnde non mirum ſi cum omnes animi eius paſſiones rationi ſubditæ eſſent omnia facillimè operaretur, quæ etiam humanæ naturæ contraria videbantur. Nullus vnquam in eo iræ motus, curioſitatis, aut alterius paſſionis viſus eſt, occulis ſemper demiſſis, & capite cooperto incedebat, nec vnquam aliquid curioſè reſpexit: tardus erat ad loquendum, otioſa colloquia vana, & ſuperflua deuitabat, manus intra manicas incluſas ſemper habebat; nec vſquam hæc benedictionis intrumenta niſi ad bene operandum mouebat. Denique in inceſſu, ſtatu, habitu, & in omnibus motibus eius nihil fecit, quod cuiuſquam offenderit aſpectum, ſed omnia illius ſummam redolebant ſanctitatem.

Quare iure merito Illuſtriſſimi quidam Prelati dixerunt quod à multis retro ſæculis in Eccleſia Domini non eſt inuentus ſimilis illi, ſolebatque dicere Dominus Sanſedonius eum in auſteritatibus, & pœnitentiis ſanctum Nicolaum Tolentinatem ſuperaſſe, talemque vitam egiſſe vt ad illam attingere ſolis viribus naturæ nemo poſſet, & firmiter credo quod quicumque omnes circunſtantias diligentiſſimè attendere voluerit P. Ioannem in pœnitentia, & mortificationibus Sanctos patres Ægyptios æquiparaſſe, imo in multis ſuperaſſe nullo negotio iudicabit. Ibi enim vt refert Caſſianus multa erant poſſibilia quæ hic impoſſibilia eſſent, magnum enim illius aëris nutrimentum, optima herbarum ſubſtantia, bonitas fructuum, & loci amænitas iucundam reddebant illarum regionum habitationem, herbarumque nutritio, nuditas pedum, & ſpeluncarum ſolitudo non ita ſanitatem corporis offendebant,

debant, facileſque præbebant has difficiles mortificationes, quæ de his ſanctis patribus referuntur. Quæ autem de P. Ioanne expoſuimus multo maiora, & difficiliora redduntur, ex grauitate loci, intemperie, & mala conſtitutione aëris maritimarum Senenſium: imo peſſima Eremitorij S. Guillemi in ſtabulo Rhodis, maxima iſtarum partium humiditate, exceſſiuo in æſtate calore, addito inſuper faſtidio,& ingenti ſciniphum, culicum, zampanarum, ſimiliumque muſcarum moleſtia, quæ ſeruum Dei acriter infeſtabant, quem ideo virum laborum, dolorum,& tentatum per omnia vocare poſſumus.

Quamvis authoritate R. P. Generalis ab omnium aliorum ſuperiorum iuriſdictione exemptus eſſet P. Ioannes, omnibus tamen & per omnia promptiſſimè obediebat maximè verò R.P.Generali, qui cum ſemel ei in ciuitate Lucenſi actualiter quadrageſimam prædicanti præcepiſſet, vt Romam quamprimùm ad Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Borgiam ſe transferret: ſtatim ac literas R.P. recepit vocato ſocio, & accepto baculo viam agredi conatur, quod cum ægrè admodùm audiſſent Illuſtriſſimi illius Reipublicæ Domini, multis ex legitimis rationibus P. Ioanni diſcedere volenti, vt remaneret perſuaſerunt: nec vnquam vt abiret permittere voluerunt quin priùs conciones ſuas quadrageſimales abſoluiſſet, miſerúntque ad Eminentiſſimum Cardinalem Borgiam, & R. P. Generalem ſocium ejus F. Fulgentium vt P. Ioannem prædicationibus ſuis legitimè occupatum excuſatum haberent. Cum etiam Florentiæ Sereniſſimus Coſimus ſecundus grauiter ægrotaret ad inſtantiam Sereniſſimæ Dominæ nunquam illuc ſe tranſtuliſſet niſi in litteris R.P. Generalis mandatum vidiſſet. *Obedientia & reſignatio.*

Nec ſolùm ſuperioribus, ſed etiam inferioribus ſuis,& ſociis promptiſſimè obediebat: adeò P. Ioannem Paulum conuentus Firlenſis Priorem quamvis ſubditum ſuum venerabatur vt nunquam in hoc conuentu primum locum tenere voluerit, dicens, hunc non ſibi, ſed Ieſu Chriſto, & Priori qui ejus locum tenebat, deberi. Sæpè in refectorio legebat, & ante Superiorem genuflexus multis cum lacrymis culpam ſuam, dicens, pœnitentiam humiliter petebat: non ſolùm in conuentu ſed extra à ſuis ſubditis,& ſociis licentiam, ac conſenſum poſtulabat, & quando in quadrageſima aut aliis temporibus manducare nolebat, ſi quis ei per obedientiam (vt ſæpè accidit) præcipiebat, vt hoc cibo veſceretur, tanquam Superiori ſuo obediebat, hac denique ſola voce obedientiæ audita & prædicabat, aliáque charitatis officia abſque vlla contradictione præſtabat.

Perfecta verò fuit illius reſignatio, & obedientia cum vltimis quaſi vitæ ſuæ diebus in Diſcalceatorum Italiæ numerum adſcribi voluit, fuit enim perpetuum ſanctitatis ejus argumentum, & certa demonſtratio vitam quam hactenus egerat ſanctam, à Deo inſpiratam, & non ab aliquo animi impetu ductam, ſed juxta diuinam voluntatem rectè ordinatam fuiſſe. Nec major profectò perfectæ reſignationis probatio in aliquo, & maximè viro ſpirituali inueniri poteſt quam illi præcipere, vt à ſuis ſolitis exercitiis, & auſteritatibus abſtineat: ſi enim tantiſper proprij habeat amoris, aut ſui ipſius bonæ opinionis vitam potius quàm illa dimittet, cum ſibi Deo gratiſſima eſſe, & ad

Obêdientia Simeonis Stilitæ. ſalutem efficaciſſima media videantur, ſic Simeonis Stilitæ, qui ſuprà colomnam, nec bibens, nec manducans omnes in ſui admirationem rapiebat, præceperunt Sancti Patres, vt ex hac colomna deſcendens alium viuendi modum aſſumeret: videntes autem eum obedientiſſimum, jámque è colomna deſcendentem, hanc vitam diuinæ voluntati conformem eſſe intellexerunt, eúmque ſuprà colomnam remanere, & priſtinam viuendi formam proſequi permiſerunt.

Non potuit ergo P. Ioannes majus perfectionis ſuæ ſignum exhibere quam cum priùs in ſumma auſteritate vixiſſet alienæ poſteà ſubjici voluntati, Priores ſuas auſteritates omittere, & vitam communem Conuentus ſequi, vndè dicebat vitam nunc quietam, & tranquillam ago cum meritò ſalutaris obedientiæ: non enim hic ſicut in Eremo proprio meo judicio ſed alieno vtor quamvis omnibus indifferenter, & Superioribus & confeſſariis & inferioribus obediret, & propterea illi etiam ſubdita erant ferocia quæcumque animalia, vt aliquando accidit in bubalo juuenco qui cum ex bouili euaſiſſet, & paſcens in dumeto juxta viam Coſſanam peregrinos ita infeſtaret, vt vix ſine imminenti vitæ periculo tranſire poſſent, ibi tranſiens P. Ioannes furibundus ille juuencus repentino impetu in ipſum incurrit, ſed verus Dei ſeruus præcepit ei, vt curſu deſiſteret. Quaſi vocem ejus intellexiſſet ad genua procumbens, & capite in terram demiſſo ſic tamdiù ſtetit donec illi dixerit P. Ioannes, vade ad paſcua cum aliis bubulis, & nemini amplius moleſtiam exhibeas, ſtatimque diceſſit, & manſuetus ad ſuum bouile recedens nemini impoſterum nocuit. Sæpè etiam cum nauigaret mare proſperum ventóſque ſecundos precibus ſuis impetrauit itavt de illo dicere poſſim quod de Chriſto Matthæi 8. *Quis eſt hic quia venti & mare obediunt ei.*

Paupertas. Extremam paupertatem ſemper coluit vno ſimplici veſtitu vili, & ex multis ſegmentis confecto contentiſſimus, nec vnquam nouum habere voluit quod ſi nouę quædam veſtes mitterentur ſuis eremitis diſtribuebat, in cellula lectulum ſolum cum vili, & abiecta ſedicula ex ligno, & groſſiori palea confecta. tabellam etiam cum quibuſdam libris ſcriptis, & duabus aut tribus imaginibus abſque vllo ornamento parieti affixis habebat: nec cellulas Eremitarum ſuorum aliter ornatas quam ſuam eſſe permittebat. Quaſcumque eleemoſinas recipiebat, eas in vſus pauperum, & Xenodochiorum diſtribuebat, cumque ſemel à Sereniſſimo Bauariæ Duce quingintos aureos recepiſſet vix induci potuit (volebat enim pauperibus erogare) vt in vſus conuentus Titlenſis inſumerentur. Pro paropſide, & ciato quibuſdam cucurbitarum fragmentis vel marino conchilio vtebatur, breuiarium pauperrimum ac vetuſtum habebat. Conciones, & opera ſpiritualia in cartis, & epiſtolis quæ ad eum mittebantur, deſcribebat; Roſario ex phaſeolis, vel gallis vtebatur, ſemper que in domibus pauperum, & Xenodochiis quàm in ſuperbis nobilium palatiis hoſpitari maluit. Denique tam ardentiſſimus erat paupertatis amator vt rerum omnium terrenarum imo, & parentum ſemper in omnibus perfectam oſtenderit abnegationem.

Non ſolum corpore ſed, & mente puriſſimus ſemper, & caſtiſſimus fuit, ſic

ſic referente Patre Theodoro à S. Maria eius vltimo confeſſario qui cum eum de hac materia in confeſſione interrogaret, reſpondit ſe toto vitæ ſuæ tempore, nec minimam vnquam contra puritatem, habuiſſe cogitationem: fuit que manifeſtum puritatis Virginalis argumentum quod poſt mortem in diſſectione partium corporis eius, teſtatus eſt chirurgus ſe totalem, & perfectam membrorum caſtiſſimi patris agnouiſſe integritatem: nec mirum aut difficile videri debet attente conſideranti quanta modeſtia aprimis annis vixerit, & quanta auſteritate corpus ſuum poſtea caſtigauerit, & in ſeruitutem reduxerit, nuſquam otioſus, ſed in continuo bonorum operum exercitio viſus eſt: aut enim orabat, aut ſanctorum patrum aliorumque deuotiſſimos libros peruoluebat, vel Sanctorum vitas, caſuiſtas, & Theologos legebat: vel ipſemet, & libros pios, & deuotos componebat, inter quos in lucem editi ſunt, corona plagarum, corona oratoria B. Virginis, & liber vitæ ac miraculorum B. Angeli Biturgienſis, alia reperiuntur propria manu deſcripta, in Conuentu Battiniano, Exercitium nempe in honorem paſſionis D. N. Ieſu Chriſti, modus attentè recitandi in choro diuinum officium, tractatus de laudibus B. M. Virginis, Decem myſteria in Miſſa meditanda, corona ſpiritus Sancti Viginti florum, corona miraculorum Ieſu Chriſti, tractatus de amore, & perfectione Chriſtiana, exercitium ſpirituale pro omnibus horis diurnis, & nocturnis, liber orationum ad amorem diuinum pro ſingulis hebdomadæ diebus, & ſimilia deuotionis opera. Sæpè etiam in manualibus operibus exercebatur, conuerſationes hominum, & mulierum fugiebat, infantium & puerorum puritatem maximè diligebat, eiſque plurimum blandiebatur: ſic caſtiſſimus Pater in perfectiſſima vitæ puritate, & integritate vſque ad finem perſeuerauit.

Libros deuotos componit.

Multis ſæpiſſimè infirmitatibus affligebatur quas incredibili patientia ſuſtinebat, eáſque exquiſita occultabat induſtria, ne remedia aliqua recipere cogeretur: rediens aliquando monte-Orgiali Battinianum, montem-Curſſanum tranſgrediens cum equus (quem neceſſitate cogente aſcenderat) & ipſe infoueam ſub illo incidiſſent tam grauiter in pede vulneratus eſt P. Ioannes vt ab extremitate pedum, ad genua vſque pellis detracta eſſet, ſenſibilem hunc dolorem mirabili patientia, & fortitudine ſuſtinuit, cúmque ſtatim accurriſſent comites, vt illum ſub equo jacentem eleuarent, ſinite me, inquit aliquid pro Chriſto pati, qui pro me tanta paſſus eſt, & aſtrim atque ex hac fouea extractus eſt, ad hunc lapidem accedens ad quem offenderat equus, eum oſculatus eſt. Vt verò Battinianum rediit nunquam à Chirurgo curari voluit, niſi per meritum ſalutaris obedientiæ id ei præcepiſſet ſocius ejus, ſic etiam cum in via Saccifortini ad lapidem offendiſſet, illiúſque digiti magni vngula non ſine ingenti ſanguinis effuſione eradicata fuiſſet, hunc lapidem in manibus tenens poſt plurima oſcula ſummas Deo gratias egit, quod ſibi hanc patiendi occaſionem præbuiſſet: in febribus ſimiliter peſtiferis, vertigine, diarrhœa, ſtomachi dolore, aliiſque infirmitatibus, quibus vt plurimùm afficiebatur primò de iis ſummas Deo agebat gartias; deinde inſtanter eum deprecabatur, vt in iis diutiùs vexaretur.

Singulis annis grauiter ægrotabat, & ſi aliquando ſine vlla infirmitate annum tranſegiſſet quaſi à Deo derelictus amare plangebat nec conſolari poterat, capite diſcooperto, & ad ſolem expoſito in æſtate iiſque regionibus calidiſſimis incedebat: hyeme vero ſummo mane nudis pedibus ſuper glaciale ſolum, & ſpinas pluuiarum tempore ambulabat, ſuóſque ad ſimilia agenda venuſtè admodum, & lepidè hortabatur, qui timet ſclopetariorum pilas plombeas, non eat ad bellum, qui timet pati, non quærat cælum, & ſi per multas tribulationes in cœlum intrare oportet, veniant ſuper me omnia mundi mala. De nocte ſæpiſſimè cellulæ ſuæ feneſtram habebat apertam, vt ſic faciliùs ex aëris intemperie moleſtaretur, & ingredientes culices, & ſciniphes acculeis ſuis eum duriſsime affligerent.

Si hoc verum eſt quod ait Diuus P. Auguſtinus, *habet pax noſtra martyrium*, neſcio quodnam iſto majus in Eccleſia Dei ſine tyrannorum perſecutionibus inueniri poteſt, & quiſnam veriùs dici poſsit martyr quam iſte verus Dei ſeruus qui non minus fortiter, quam patienter tot tormenta, mortificationes, auſteritates, perſecutiones ſuſtinuit, non vnius horæ ſpatio mortales experiendo dolores, ſed toto vitæ ſuæ decurſu vndè meritò de illo dicendum eſt quod Diuus Bernardus de S. Victore ait, *martyrium ſuæ decertationis ipſe ſibi conſtruxit. Nam cum non adeſſet Imperator neque præſes perſequens ipſe ſibi extruxit martyrium: ipſe ergo fuit, & perſecutor, & Rex, & Carnifex ſeipſum torquens, & martyr decertans, & athleta coronatus.* Nec minus patienter opprobria injurias, & falſas accuſationes pertulit quam verbera vndè cum veriſſimum ſit illud Sancti Gregorij *ferre contumelias, & odientem diligere martyrium eſt in occulta cogitatione.* Id ſanè præſtitit patientiſſimus noſter Iob cum enim à ſuis ſæpè Eremitis opprobriis malè tractaretur, & injuriis afficeretur, nihil dicens omnia patienter tollerabat, & cum eos corrigere potuiſſet, hoc tantummodò reſpondebat, meritò hæc dicitis, & horum multo maiora vera ſunt: cumque à quibuſdam apud Prouincialem magiſtrum Angelum Cortonienſem diffamatus, & falſo accuſatus fuiſſet nullas vnquam voluit exhibere defenſiones, imò cognita eius innocentia cum falſi accuſatores à P. Prouinciali rigidè puniri deberent innocentiſſimus P. pro ſuis calomniatoribus veniam petiit, & impetrauit.

Perpetuum hoc etiā inuincibilis ejus patientiæ monumentum, Caſtilioni cum à quibuſdam non ſolùm injuriis afficeretur verùm etiam pugnis, & colaphis percuteretur, quia eos de flagitioſa vita, & publicis arguiſſet peccatis ſtatim genua flectens ſacrilegas eorum manus deoſculatus eſt, ſuáſque in cœlum eleuans pro ſuis perſecutoribus orauit. Quare non mirum ſi hæ ſanctæ manus vllam neſcientes vindictam, tot miracula operatæ ſint: multorum enim vulnera, & tybias vlceroſas in ciuitate Senarum ſolo contactu curauit, aliíſque locis multos à febre peſtifera liberauit, quorundam fiſtulas, & cancros ſanauit, intentiſſimos capitis dolores ſedauit, quibuſdam cæcis viſum, aliis ſurdis auditum, nonnullis paraliticis motum reſtituit, capitis porrigines curauit, aliáſque ſimiles infirmitates ſanauit.

Hoc mirandum ſanè quod accidit anno 1609. Cùm enim Ioanna filia

Doctoris

Doctoris Calameti loci de Scarlino Gubernatoris metu quodam, membris ſuis capta fuiſſet, & ſæpiſſimè quibuſdam accidentibus exanimis conſternata jaceret: vndè multi eam morbo comitiali laborare exiſtimabant, Pater ejus in Conuentum S. Guillelmi illam cum honorabili comitatu ad P. Ioannem deduxit, qui accerſitus, vt ejus confeſſionem audiret, ſtatim ad locum deſtinatum perrexit, cúmque hanc filiam non accedere videret, vt peccata ſua confiteretur, vocauit eam, ſed cum audiſſet moueri non poſſe, miſericordia motus è ſuo confeſſionali ſurgens ad eam deſcendit, ſuáſque manus capiti eius imponens præcepit vt veniret: quæ ſtatim eum ſecuta eſt laudans, & benedicens Deum, & poſt factam peccatorum ſuorum confeſſionem ſana, & libera rediit: nec immemor tanti beneficij cùm ad ſuos peruenifſet, S.Petronillæ Senarum conuentum ingreſſa, Monialis effecta, ſoror Maria Ioanna appellata eſt.

Summa erga proximum ardebat charitate, quidquid enim ex concionibus acquirebat, omnéſque quas colligebat eleemoſinas aut ipſe pauperibus diſtribuebat: vel parrochis, egenis, pupillis, & viduis diſtribuenda, committebat. Sæpiſſimè etiam portione ſua conuētuali priuabatur, vt eam pauperibus erogaret. Veſtes, pileos, calceamenta, & ſimilia quæ conſeruabat indigentibus elargiebatur induſia inſuper, ſudariola, mantilia: imò pecunias, & frumentūm ipſum conuentus, quibus multarum familiarum extremam egeſtatem ſubleuabat: dotes nonnunquam integras pro maritandis pauperum filiabus conſtituit. Denique tot, & tantas elargitus eſt eleemoſinas vt juxta publicam famam triginta millia nummorum aureorum exceſſerint numerum. Quotquot ad ejus Eremitorium veniebant hoſpites, humaniſſimè excipiebat eorumque pedes lauabat, vnde cum aliquando Pauli Corſini pedes abluiſſet, in quibus inueteratum vlcus habebat, illud poſtridie perfectè ſanum inuenit: propria ſe veſte ſæpenumero exuit cum nihil aliud haberet, vt eam pauperibus, & fratribus ſuis Eremitis erogaret: omnéſque in vniuerſum ad eleemoſinas faciendas hortabatur. Quare velut alter S. Nicolaus Tolentinus mœſtis erat lætitia, afflictis conſolatio, pax diſcordantibus, refugium laborantibus, & inopibus ſingulare ſubſidium. *Charitas erga proximum.*

Viſitationes infirmorum numquam dimiſit, diuinis eos confortans eloquiis, quæ veluti ſagittas acutas in corde geſtabat: ad ejus inſtantiam Dominus Iacobus Gatri Caſtilionenſis in eodem loco Xenodochium ædificauit cujus curam, & adminiſtrationem habere voluit, ægrotos crebro viſitabat, lectos ſternebat, domicilia verrebat, ibi frequenter pernoctabat, moribundos hortabatur, mortuorum corpora quantumvis fœtida oſculabatur, lauabat, & ſepultura afficiebat. Ne autem aliquid infirmis deeſſet rebus omnibus neceſſariis putà carnibus, pullis, panibus, medicamentis, bellariis, aliiſque ſimilibus omni diligentia prouidebat ſæpiùs ſaniem, ex oculis Pompeij filij Domini Ielij Bacciliere fluentem lambiit, eique viſum amiſſum hoc ſolo medicamine reſtituit: alterius etiam digitum purulentum exugens, & cujuſdam Mariæ de Morino Bononienſis cancrum in facie putridum, & horrendum, pure ac ſcabie ſcaturiens hanc putridam materiam Lambendo, ſugendo, & ſorbendo al-

 terius

terius adinſtar Sanctæ Catharinæ Senenſis penitùs ſanauit, ac ſimilia in multis aliis operatus eſt quæ hic recenſere, legentibus nauſeam fortaſſis aliquam moueret.

Multos inſuper peccatores ſalutaribus ſuis reprehenſionibus, bono vitæ exemplo & orationibus ad pœnitentiam conuertit, fidelium animas in purgatorio detentas præcibus ſuis & ſacrificiis adjuuit, ſingulis enim diebus Officium mortuorum deuotiſſimè recitabat, diebus Lunæ, & Veneris prò eis ſacrificabat, ac ſæpè corpus ſuum atrocibus flagellis, verberibúſque vexabat.

Fides & deuotio. Nunquam auſteram & aſperrimam vitam traduxiſſet P. Ioannes, niſi præſtantiſſima fide à Deo confirmatus fuiſſet, ideóque ſummo ſemper tenebatur deſiderio ſanguinem ſuum pro Chriſtianæ fidei defenſione ſpargendi, hac ſola fide munitus omnia dæmoniorum genera ex energumenorum corporibus ſola manuum impoſitione, exorciſmis, & orationibus ſtatim ejiciebat, vt ſæpè in conuentibus S. Guillelmi, Tirlenſi, Battinenſi aliiſque locis euenit. Prætereà cum his ſolis Euangelij verbis, *Super ægros manus imponent, &c.* Quamplurimos à multis languoribus diuerſiſque infirmitatibus liberauit, inter quos R. Pater Onufrius Porcelli Carmelitanus ab intollerabili capitis dolore, quo per quatuor annos continuos derelictis ſtudiis, lecto decumbens grauiter affligebatur, cum eum Pater Ioannes viſitaſſet, & hæc ſacra Euangelij verba protuliſſet illicò ſanatus eſt: alios pariter maleficiatos curauit, vehementer ægrotantes, & ſemimortuos in priſtinam reſtituit ſanitatem, quaſdam etiam in lucem pro maleficiatis edidit orationes, alias ad partus facilitatem, & ad prolem, ac pacem inter conjuges impetrandam, quæ mirabilia operabantur. Sanctum Miſſæ ſacrificium ſingulis diebus deuotiſſimè celebrabat, ad cujus præparationem tempus omne à media nocte, vſque ad Miſſam: & in actione gratiarum duas integras inſumebat horas. Omnia Dominicæ Paſſionis inſtrumenta ex ligno, & ejuſdem menſuræ naturalis fabricata, in cella ſua conſeruabat. In Cœna Domini duodecim pauperum pedes non ſine ingenti lacrymarum effuſione humiliter lauabat, ſanctę Cruci deuotiſſimus erat quam vbicumque offendebat deuotiſſimè oſculabatur, genibus flexis ſpiritu feruentiſſimo venerabatur, aliόſque vt idem facerent maximè hortabatur. Quare non mirum ſi hoc ſolo ſalutiferæ crucis ſigno infinitos propemodùm à diuerſis, & incurabilibus morbis peſſimè affectos in priſtinam ſanitatem reſtituerit, cœcis & luſcis viſum impetrauerit: imò & Xenodochium S. Quirici in quo hoſpitabatur, ab excitato incendio liberauerit.

Deuotio erga B. Virginem. Inſigni erat pietate, & deuotione erga B. Virginem cujus imagines multum venerabatur, quarum vnam deuotam ſuam, alteram verò dilectam, & amicam vocabat. Super omnes vnam maximè diligebat, in qua S. Anna cum B. V. Maria, & puero Ieſu depicta erat: huic multum tribuens ſemper in pectore ſuo ſub habitu gerebat, eámque ſæpiſſimè dum iter haberet, in aliquo loco ſolitario ad aliquam arborem, aut aliquid aliud ſimile appendebat, & antè illam genuflexus orationes ſuas ad Deum effundebat, vnde hoc mirabile, ac ſcitu digniſſimum aliquando accidit.

Iam

Iam profeſſus inter excalceatos cum roſarium ſuum amiſiſſet quod tanto in prætio & honore conſeruabat, vt nemini vnquam illud concedere voluerit, commotus admodum, & conturbatus omni diligentia, & ſollicitudine, vbique quærebat. Hoc animaduertens ejus Confeſſarius qui illud intra lectuli ſtragulas inuenerat nec tamen reddere voluerat, quia hanc diligentem inquiſitionem tanta cum animi perturbatione, ex nimio amore exortam fuiſſe exiſtimabat: præfatum P. Ioannem in confeſſione grauiter reprehendit, quaſi id manifeſtum eſſet proprietatis indicium, quibus auditis timens ne aliquod fratribus præbuiſſet ſcandalum cauſam hujus rei Confeſſario ſuo ſic manifeſtauit. Cum aliquando in cellula mea triſtis,& mœrens ſolitam meam B. V. Mariæ imaginem deprecarer, quatenus pro ſua pietate afflictum conſolari dignaretur,vidi præfatam Dei Genitricis imaginem cum puero Ieſu quem in brachiis portabat, verum corpus aſſumentem quæ mihi obuiam facta dulciſſimis verbis dixit,quid velles ô Ioannes,ecce adſum cum dilecto filio meo poſtula quod vis? cui tanto fauore confuſus reſpondi hoc ſolùm deſidero ô ſacratiſſima Mater, dilectum tuum, & vnigenitum filium in brachiis meis, quamvis indignus, ſemel habere, vt tanta dulcedine frui poſſim. Petitioni meæ libenter annuit B. Mater, hilarique vultu dilectum filium ſuum, inter manus meas depoſuit, addens inſuper:vis aliud ò Ioannes? cui reſpondi vellem vt vterque mater & filius Roſarium meum benedicere, eique virtutem aliquam & gratiam elargiri dignarentur: ſtatimque B.Virgo,ejuſque chariſſimus vnigenitus mihi,& roſario impertita benedictione dixerunt,quicumque illo vſus fuerit quaſcumque gratias petierit accipiet: & ex illius contactu infirmi ſanitatem, & afflicti conſolationem obtinebunt.

Imago B. Virginis miraculoſa.

B.Virgo Maria,& Ieſus Chriſtus, benedicunt Roſarium P. Ioannis.

Poſtquàm hæc retulit P. Ioannes ſtrictè ſuo præcepit Confeſſario ne durante vtriuſque vita, cuiquam hanc viſionem reuelaret, qui ſuis volens ſtare promiſſis hæc & ſimilia in carta ſcripſit quam aſſutam manicæ habitus diligenter conſeruabat, vt poſt vtriuſque mortem hæc omnia manifeſtari poſſent. Anno verò 1621. jam defuncto P. Ioanne cum graui infirmitate afficeretur præfatus Confeſſarius, itavt de ejus vita ageretur à Patribus monitus fuit, vt ſi quæ ſcirer de vita & ſanctis moribus P.Ioannis, antequam moreretur ea ad majorem Dei gloriam reuelaret,quibus reſpondit ſe in manica habitus in ſcriptis ea omnia reliquiſſe quæ ab ipſo didiſcerat: quare non expectantes mortem Patris infirmi hanc in manica habitus ſcripturam inuenerunt, & eà omnia quæ ſuprà retulimus legerunt,ſtatimque hoc à Chriſto,& B. V. Maria benedictum roſarium accipientes ad patrem ſemimortuum detulerunt:ecce roſarium P. Ioannis de quo paternitas tua admiranda prorſus deſcripſit, deprecare Dominum vt eorum omnium confirmationem in te oſtendere velit. Non priùs hoc ſanctum roſarium moribundi Patris collo impoſitum fuit, quin ſtatim ardentiſſima febris, quæ eum dire cruciabat omninò ceſſauit, & quaſi de morte ad vitam reſurgens poſt tres dies cum omnium ſtupore è lecto ſurrexit, & præcipuè Medici qui hanc ſubitaneam ſanitatem recuperatam, attenta morbi malignitate, non niſi miraculo attribui poſſe aſſeruit. Quæ cum omnia diuulgata fuiſſent tanta fuit erga hanc miraculo-

ſam B.Mariæ Virginis imaginem, & hoc benedictum à Chriſto Domino, & M. Virgine Roſarium, vt Illuſtriſſimus & R. D. Franciſcus Piccolomini tunc temporis Groſſetanus Epiſcopus,fabricato hac de re authentico proceſſu,hanc ſacram imaginem tanquam miraculoſam in publicum exponi, & ab omnibus venerari decreuerit.

Propterea cum ſolemni proceſſione in Eccleſiam noſtram tranſlata fuit, & in vna particulari Capella collocata, ab omnibus veneratur.Roſarium verò auro intertextum, in ſcrinio argenteo reconditum in beneficium multorum qui ex illius contactu ſanitatem animæ, & corporis adipiſcuntur, reſeruatur.

Siue in Eccleſia ſiue in cellula, aut locis ſolitariis, aſſiduis orationibus tam vocalibus quam mentalibus vacabat: vnde ſæpiſſimè in extaſim raptus nunc extenſis manibus, aliquando ſuper terram eleuatus, ſæpè genibus flexis, & facie irradiante à multis viſus eſt: ita Deo vnitus, & continuis comtemplationibus in eum abſortus erat, vt vbique à terreſtribus omnino abſtractus, quid manducaſſet, bibiſſet, locutus fuiſſet, aut feciſſet aliquando penitus ignoraret: continuas eius orationes ita cacodæmon formidabat, vt horribilibus ſæpè formis, immundiſque figuris, & apparitionibus perterrefaciens, eum ab oratione diuertere tentauerit, & non rarò fuſtibus, & flagellis cæſum ſemi mortuum reliquierit. Tam efficax, & feruens erat eius oratio, vt infinitos propemodùm morbis acutis, aliiſque grauiſſimis infirmitatibus vexatos ſanauerit, & Spiritu prophetico plenus, multis multa prædixerit, quæ hic omnia recenſerem niſi eorum multitudo librum integrum repleret, & terminos propoſitæ breuitatis excederet.

Charitas erga Deum. Tanta erga Deum Charitate afficiebatur, vt ſpiritus in carne ſeraphicus totus in Deum transformatus videretur, creaturas omnes in Deo & propter Deum ardenter diligebat, velut alter Elias zelo Dei repletus peccatores arguebat, eorúmque ſaluti diligenter inuigilabat: maximè verò curabat vt quæ ad diuinum cultum pertinent cum decore, & honore aſſeruarentur vndè inſignes etiam, & ſingulares gratias, fauoréſque à Deo recipiebat: ſæpè enim dum magno imbri iter faceret ſicca veſtimenta, ac ſi non pluiſſet, habere viſus eſt: amnem etiam rapidum, & altiſſimum quem nauicularij tranſmittere non audebant, facto ſigno crucis ſuper aquas abſque vllo periculo cum ſocio ſuo non ſine aſtantium ingenti ſtupore traiecit.

Cùm eſſet R. P. magiſter Caualucci in Conuentu S. Guillelmi dedit ei literam P. Ioannes, vt cùm rediiſſet Senas, per tabellarium Romam, ad Reuerendiſſimum P. Generalem mitteret, poſtquam autem tres dies ob tempeſtates ſpurciſſimas ibi commoratus fuiſſet, diſcedere volens ab eo P. Ioannes literam quam priùs illi dederat, poſtulauit: quam reddere volens,nullam aliam inuenit quam vnam cujus ſigillum erat Reuerendiſſimi P. Generalis, & inſcriptio ad Reuerendum P. Ioannem à S. Guillelmo, & hæc erat Prioris literæ reſponſio vt ſimpliciter confeſſus eſt P. Ioannes dicens laudetur Ieſus Chriſtus,Reuerendiſſimus Pater quod deſideraueram, mihi conceſſit.

Non ſolùm Deo ſed etiam hominibus dilectus erat P. Ioannes, & ab omnibus

nibus vt ſanctus venerabatur, ſummi Pontifices Paulus V. Gregorius XV. Eminentiſſimi Cardinales Bellarminus, Milinus, Borgia, Zachiaz. Illuſtriſſimi Domini Alexander Petruccus Archiepiſcopus Senenſis, Clemens Politus, Iulius Sanſedomi, & Franciſcus Piccolomini Epiſcopi Groſſetani. Coſimus ſecundus magnus Etruriæ dux, Maximilianus Bauariæ Dux, Ranucius Farneſius Dux Parmæ, aliique plures vtriuſque ſexus eum magno in honore, & veneratione habuerunt, ſuiſque ſe precibus multoties commendarunt, ingens fuit populorum omnium erga ipſum deuotio, qui communiter patrem, & Apoſtolum maritimarum Senenſium vocabant. Eius literas manu propria ſcriptas quam plures Italiæ ciuitates tanquam reliquias conſeruant: quarum beneficio cæci viſum, hydropici aliique infirmi ſanitatem receperunt: quidam etiam nonnulla habitus eius ſegmenta, alij quoſdam cappillos, aut quid ſimile accipientes, ijs piè reuerentiam atque obſeruantiam deferunt. denique vt eum ſemel viderent multi non ſolum ſæculares, ſed etiam Religioſi ex longinquis Nationibus ad ſacram eius eremum confluebant, multas à Deo gratias precibus eius impetrantes, nec vllus vnquam ab eo non ſatisfactus receſſit.

Tandem P. Ioannes dierum, virtutum, & meritorum plenus nihil amplius cupiebat quam cum Diuo Paulo diſſolui, & eſſe cum Chriſto: ideoque quamuis ad mortem ſemper paratus eſſet feruentiori tamen ſpiritu, & ardentiori charitate à terreſtribus totaliter abſtractus, & ſoli Deo vnitus, rerum cæleſtium contemplationibus diù noctúque operam dabat, diem ſuum vltimnm mortiſque locum præuidit, & multis prædixit: cum enim priùs Battinianum veniſſet vt Domini Orindij Baccilieri domum benediceret, hanc ſtatim ingreſſus, & in altum aſcendens, cubiculum intrauit, in quo poſteà mortuus eſt, genibuſque flexis, & lecto innitens in quo poſteà moribundus iacuit, ſuſpirans aliquantulum non ſine aſtantium admiratione orauit, quod ſanè manifeſtum erat inditium diuinam habuiſſe reuelationem ſe breui tempore in hoc cubiculo, & lecto debere huius lucis vſuram amittere. Cúmque in monmonte Orgiali concionaretur mortem etiam ſuam huic populo prædixit, non amplius ad vos, inquit, reuertar ſed in cœleſti gloria iterum, & in perpetuum nos ipſos videbimus. *Mors.*

Cum ergo die 25. Iulij ab Epiſcopo Groſſetano vocatns fuiſſet vt in domo ſua quemdam Sacerdotem illuſtris familiæ inuiſeret, ſtatim Battiniano cum ſocio ſuo pedibus illuc ſe contulit, & ægrotum præſentia ſua conſolatus eſt. Sacro ſanctum deinde Miſſæ Sacrificium in die S. Annæ deuotæ ſuæ celebrauit, & ad Conuentum rediit: ſed cum tempus eſſet calidiſſimum, & via ſeptem millia paſſuum diſtans, ac faſtidioſa vterque in morbum incidit præcipuè veró ſocius eius: P. verò Ioannes quamuis infirmus non ſtatim decubuit ſed omnes communitatis actus ſequebatur. Cum autem quadam die attente, & deuotè ſummos Ieſu Chriſti dolores contemplaretur, apparuit illi idem Chriſtus in hac eadem figura, qua populo Iudaico à Pilato oſtenſus eſt, cum his verbis *Ecce Homo* dicens ei ô Ioannes per hanc viam is incedere debet, qui æterna Paradiſi gloria frui concupiſcit: quaſi eum de futura fœlicitate *Chriſtus apparet P. Ioanni.*

citate ſecurum redderet, quam tot doloribus, perſecutionibus, & vitæ auſteritatibus promeruerat. Interim dies aderat catenarum glorioſiſſimi Apoſtoli Petri, & P. Ioannes ab infirmitate victus, cum in oratione mentali cum aliis matutino tempore vacaret, ex debilitate in terram prolapſus eſt, nec propterea infirmitati cedere voluit donec ſerotino morbo oppreſſus genibus flexis humiliter à ſuperiore licentiam petijt non ſurgendi media nocte ad matutinas horas cum aliis in choro decantandas: itaque lecto decubuit,& cum eo Superior aliiſque patres.

Cum autem Conuentus ab oppido Battinianenſi mediam leucam diſtaret, nec Medicus poſſet infirmos viſitare: nec etiam remedia opportuna facilè, & promptè exiberi poſſent: Dominus Orindius Baccilieri Batinianenſis pia charitate commotus, præfatos ægrotos in domum ſuam transferendos quantotius curauit, neque P. Ioannes ex Conuentu diſcedere voluiſſet, niſi attenta vrgenti neceſſitate ſuperior id ei præcepiſſet, dum autem transferretur petijt quando nam foret vigilia Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, cui cum fuiſſet reſponſum nouem tantummodo dies ſuper eſſe, maximè gauiſus eſt, tot enim illi vitæ huius mortalis dies ſupererant, vt inde ad vitam beatam, & immortalem tranſiret, tandem cum reſpiceret Conuentum quaſi ad eum non amplius reuerſurus eſſet, dixit ei Dominus Orindius macte animo P.Ioannes quia breui tempore ſanus redibis,non (inquit) redibo viuus: & ita fuit, nam poſt mortem corpus eius in præfatum Conuentum tranſlatum eſt. Interim Battinianum deductus eſt, in domum Domini Orindij, & lecto decumbens brachiiſque in formam crucis extenſis, & occulis ad cælos directis ita in Deum abſortus erat, vt ſæpe mortuus videretur: poſtea vero plus virium aſſumens è lecto ſurgebat,orationi vacabat,diuinum officium recitabat, aut alios recitantes atientè, & deuotiſſimè audiebat: alios infirmos viſitabat, & conſolabatur,nec vnquam ipſe in ſua infirmitate quid minimum lamentatus eſt, quamuis ardentiſſima febri continua, & diarhæa cum fluxu ſanguinis, ac inteſtinorum pinguedinis vexaretur. Sæpè etiam humi iacebat, alioſque Patres infirmos ſæpius inuiſens, eos omnes ad patientiam ipſe patientiſſimus hortabatur:inde ad lectum ſuum redibat,quaſi ſpes aliqua breui tempore recuperandæ ſanitatis ſupereſſet. Verum die ſequenti veneris cum è lecto ſurrexiſſet, ſuperueniens medicus, vt pulſum illius tetigit peſſimum morbi ſtatum agnoſcens præcepit ei ſtatim decumbere, cui reſpondit P. Ioannes benè ſe habere,poſtquam tamen diceſſit medicus iterum petiit quandonam foret dies vigiliæ Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, cui cum fuiſſet reſponſum ſequentem diem hanc fore vigiliam tandiu ab ipſo deſideratam: gaudens, & iubilans non potuit ſeipſum continere quin ſub ridens dixerit *manè dies mei breuiabuntur, & ſolum mihi supereſt ſepulchrum*, & cum tanta vultus ſerenitate remanſit, vt in ipſo quaſi deſcriptum hoc Prophetæ Regis dictum legeretur,*lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi in domum Domini ibimus.* Nec ſine mora ad lectum Superioris infirmi profectus, cum ingenti contritione abſolutionem generalem in articulo mortis fratribus noſtris dari ſolitam ab ipſo petijt, genibuſque flexis Sanctiſſimum Corporis Ieſu Chriſti viaticum

ſumma

ſumma deuotione ſumpſit, & inde ad lectum ſuum rediit. Vbi ſtrictiſſimè cum Deo vnitus certam de nouo habuit horæ præciſæ obitus ſui reuelationem.

Interim in Parrochiali Eccleſia Battiniani publicæ fiebant orationes, & ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum expoſitum erat, omnéſque pro recuperanda præfati Patris ſanitate Deum inſtanter deprecabantur. Dominus autem Auguſtus verucci cum à P. Ioanne petiiſſet quandonam ſe moriturum exiſtimaret, reſpondit craſtina die; vnde quia ſuperior non poterat illi conferre extremam-vnctionem, inſtanter rogauit præfatum Dominum vt hanc conferre dignaretur, qui videns morbum diminutum, & mitigatum noluit hac die petitioni ejus acquieſcere: quo tempore continuis orationibus vacauit, membris omnibus tam deuotè compoſitis, vt ſuauiſſimum ſanctitatis odorem ſpiraret. Veſperè verò cùm vidiſſet P. Ioannes ſe præfatam extremam vnctionem non recepiſſe. Iterum eam inſtantiſſimis precibus petiit quare horam circiter noctis quartam hoc ſalutiferum ſacramentum illi miniſtratum fuit: quod ad ſingulas miniſtri orationis reſpondens maxima fide & deuotione ſuſcepit. Sic omnibus Sacramentis munitus, vultu tranquillo, ac ſereno in lecto jacebat, quaſi jam in mente hanc æternæ pacis partem ſentiret, quam jamdiù expectauerat: neque aliud in ore ejus benedicto, quam dulciſſimum nomen Ieſus reſonabat. Cùm, in Conuentu mori non poſſet, in Xenodochio ſaltem Battiniano diem ſuum vltimum obire multum deſideraſſet, ſed id fieri non poſſe certò ſciens, voluit vt in lecto ad illius oppoſitum deuotiſſima Beatæ Mariæ Virginis imago collocaretur, qua poſita brachiis ſuprà pectus in figuram crucis extenſis, & oculis ad imaginem defixis, ſic per aliquod tempus abſtractus, & in extaſim raptus fuit. Poſteà verò cum interrogaretur quo in loco ſepeliri vellet? Hoc malè audiens, reſpondit forſam me aliquem Principem, aut Monarcham exiſtimatis vt ſepulturam meam eligere debeam: volo ſepeliri in campis, quod cum ei promiſſum fuiſſet nihil ampliùs dixit.

Superior interim quamvis infirmus, & alij Patres antè lectum genibus flexis Deum pro ipſo deprecantes tanti Patris diſceſſum, & jacturam amarè deflebant factâque pia ad Deum animæ ejus commendatione petiit ab eo ſuperior, vt ſaltem fratribus ſuis aliqua daret documenta, qui vſque ad mortem factus obediens Religioſos ad perfectam Regulæ, & conſtitutionum obſeruantiam, ſæculares verò ad legem Dei implendam, & contemptum mundi hortatus eſt, tandémque velut alter Ioannes Euangeliſta hunc breuem ſed deuotiſſimum ſermonem concluſit, dicens, *Filioli diligite alterutrum*, omnibúſque præſentibus manus ſuas eorum capitibus imponens, ſuam impertiit benedictionem, tum ad Superiorem conuerſus veniam ab eo, aliiſque omnibus humiliter petiit: ſicque ad priſtinum ſtatum, & deuotam corporis compoſitionem rediens, imaginem B. M. Virginis contemplans, & brachiis iterum in formam crucis ad pectus extenſis, oculiſque in B. Virginem defixis, & totus in eam abſortus animam ſuam reddidit Creatori ſuo die Sabbathi 14. Auguſti in Vigilia B. M. Virginis aſſumptæ anno Domini 1621. ætatis *Moritur P. Ioan. in vigil. aſſumpt. B. M.*

T 4 verò

verò ſuæ 65. menſe vno & ſex diebus, ſtatim ac è vita diceſſit voluit Deus extraordinariæ ſanctitatis ejus ſigna exhibere, nam in ciuitate Montis-pulciani energumena quædam terribili, & horrenda voce dixit, mortuum eſſe hunc P. Ioannem inimicum ſuum, notato autem die poſt duos annos didicerunt hunc fuiſſe P. noſtrum Ioannem, ad cujus ſepulchrum cum deducta fuiſſet anno 1628. Ibi à maxima parte dæmonum liberata eſt, & ab alia in Eccleſia Dominæ noſtræ ejuſdem Ciuitatis die S. Michaëlis Archangeli. De hac morte meminere Pater Cruſenius in ſuo Monaſtico, & Simplicianus Gallus in vita Sanctorum Ordinis Sancti Auguſtini quamvis circa ejus ingreſſum in noſtram congregationem, & ejus corporis tranſlationem multum errauerint.

Diuulgata P. Ioannis morte vix explicari poteſt quantus dolor omnium mentes inuaſerit: tantúſque fuit populi concurſus vt niſi ad cubiculi januam, vbi venerandum corpus jacebat cuſtodes adhibiti fuiſſent, vix ſepeliri potuiſſet. Multi etiam ad turrim campanilem accedentes campanas omnes ſicut in diebus feſtiuis cum jubilo, & exultatione pulſarunt; ſic ſtetit benedictum corpus diebus Sabbathi, & Dominica expoſitum, vt ab omnibus videri, eorúmque deuotioni ſatisfieri poſſet. Interim hæc omnia Domino Vincentio Magnano equitum cataphractorum magni Etruriæ Ducis præfecto nunciata ſunt, qui ſtatim quinquaginta ſecum ducens milites eos ibi ad corporis cuſtodiam conſtituit. Et hoc modo, impedito populi concurſu viſum eſt Patribus corpus hoc à Chirurgis aperiri debere, vt in eo quid Dominus operatus eſſet manifeſtaretur. Hoc ergo ſpoliato in lumbis ac tribus digitis circa cingulum profunda apparuerunt foramina ab aculeis ferreis, quos cinctos ferebat facta, ſcapulas contuſas, & liuidas habebat, ab ictibus diſciplinarum, loricis ferreis, pectinibus, aliiſque mortificationum inſtrumentis, quibus continuò vtebatur: dextera autem ſcapula ictibus diſciplinarum adeò indurata erat, vt vix nouacula incidi aut ſubula penetrari poſſet. Nec minus ejus indurata erant genua, quæ ſicut illa Sancti Iacobi Apoſtoli tantum obduxerant callum vt ſaxea, vel alterius duriſſimæ materiæ viderentur, qualia etiam hodie cernuntur.

His viſis, & diligenter conſideratis Petrus Paulus Mineti, Hyeronimus Chezzi Chirurgi, & Franciſcus Iuſti, Aromatarius reuerenter corpus aperuerunt, qui videntes ſiccos & aridos pulmones, auellere tentarunt, ſed quia coſtis firmiter adhærebant, magno eos labore præciderunt. Aperto deindè Pericordio quod vulgò capſula cordis nuncupatur non ſine ſtupore in hac parte, in qua mirabilis natura ſufficientem humorem aqueum ad exceſſiuum cordis calorem refrigerandum prouidit, nullum ibi humorem inuenerunt.

Cor verò adeò conſumptum erat vt vix appareret, illud tamen extrahentes eóque inciſo cum ſit ſubſtantiæ ſolidæ, duóſque habeat ventriculos in quibus perpetuus eſt ſanguinis fluxus, quem ab vno per venam cauam recipit, & ab alio per arteriam aſperam pulmonibus, & toti corpori jam perfectum communicat, hoc tamen aridum omnino, & ſiccum abſque vllo

ſanguine

ſanguine fuit, ſed quod omninò ſupernaturale apparuit, vacuum erat & intus conſumptum, quod ſicut ſacculus vacuus claudebatur & aperiebatur, reſtringebatur & dilatabatur: argumentum euidens & certa demonſtratio ardentiſſimæ fornacis diuini amoris qui continuò in hoc corde creſcens tandem illud omninò conſumpſit. Nec minima quidem ſanguinis guttula in hujus corporis diſſectione deperdita eſt: ſed ſudariolis, mantilibus aliiſque ſimilibus in eo intinctis totus collectus eſt. Quibuſdā poſtea rebus aromaticis cum calce viua quamvis inuitis Patribus repletum eſt hoc benedictum corpus, quæ potius ad illius deſtructionem quam conſeruationem aptæ erant: ſic tamen volente Deo vt cunctis poſteà manifeſtum fieret, hujus corporis incorruptionem verum fuiſſe miraculum: reconditis deindè inteſtinis in loco decenti, & conſeruata aqua ablutionis ejuſdem corporis, cæteris partibus integris habitu ſuo indutum eſt, & in arca abjegna aperta repoſitum, ſuper tabulam altam in aula domus illius, multis in circuitu cereis & facibus accenſis collocatum eſt.

Vt præfatam audiuit mortem Illuſtriſſimus Dominus Franciſcus Piccolomini Epiſcopus Groſſetanus cum quibuſdam Canonicis Battinianum venit, hócque venerandum corpus videre voluit, manibúſque illius deoſculatis, genibus flexis ſe huic Patri quem multum venerabatur commendauit: quod ſimiliter alij fecerunt Sacerdotes, cæteríque omnes, qui nunquam ſatiari poterant hoc benedictum corpus videre, pedes tangere, & deoſculari, aut ſaltem ſi ob nimiam populi multitudinem id non poſſent Roſariis ſuis, ſudariolis, & ſimilibus corpus tangebant.

Porrò partem aliquam, & ſegmentum veſtis illius, aut telæ ſanguine intinctæ, aut alicujus rei hujus Patris vnuſquiſque habere conatus eſt. Mirabile fuit quod Franciſcus Iuſti Aromatarius in hac diſſectione corporis, manus ſuas cruentatas charta quadam abſtergens, eam in ſacculo repoſuit, quam cum poſteà vxor ejus inueniſſet eandem ignoranter in ignem projecit: ibique per totam noctem ſtetit, & ſummo manè integra & illæſa inuenta eſt: quaſi ignis ſerui Dei ſanguinem in ea contētum reuereri voluiſſet. Filius Minici de Iſtria Febribus maximè afflictus ſtatim ex contactu quorundam capillorum P. Ioannis, & particulæ inteſtinorum ejus ſanatus eſt. Aliiſque multi ex applicatione telarum ſanguine ejus intinctarum aut ſudariolorum, & ſimilium quæ corpus tetigerant, à variis & periculoſis infirmitatibus liberati ſunt: imò Catharina filia Ioannis Franciſci de Sticciano poſt omnia S. R. Eccleſiæ ſuſcepra Sacramenta, moribunda hoc modo ad priſtinam ſanctitatem reſtituta eſt.

Die 16. Auguſti, ſumma, & incredibilis fuit multitudo exterorum in oppido Battiniani, qui ex maritimis huc concurrerant, vt eum venerarentur mortuum, quem tam ardenter dilexerant viuum. Venerunt pariter Reuerendi Patres Conuentus Tirlenſis cum toto illius loci populo, quantumvis à Battiniano quindecim milliaria diſtantis. Quare ritè omnibus ad ſepulturam diſpoſitis, ad Eccleſiam noſtram S. Luciæ ſolemniſſima ordinatur proceſſio, prius tamen præceſſerat Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Dominus Epiſco- *Sepultura.*

pus , & cum eo equitum turma ne vllum cordim deuotioni daretur impedimentum , qui pedibus venerandum corpus comitabantur : quorum numerus octo circiter millia exiſtimabatur : cum enim jam ad S. Luciam à Battiniano vltrà mediam leucam diſtantem proceſſio peruenifſet , nondum corpus extrà domum eductum fuerat.

Numerus eorum qui faces accenſas præferebant , quadringenti : & eorum qui cereos tantum habebant , maximus. Poſt infinitam populi multitudinem duæ ſocietates Battinianenſes procedebant , deinde Patres Auguſtiniani Tirlenſes ſimul cum noſtris , ſequebatur copioſus Clerus ob multitudinem Sacerdotum exterorum qui huc aduenerant , deindè deferebatur corpus à deuotis Sacerdotibus haſtatorum cuſtodia circumdatum : cúmque ad S. Luciam appuliſſet , à duobus ſclopetariorum militum cuſtodiis, triplici ſalutatione honoratum fuit , eique obuiam factus Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus veſtimentis Pontificiis indutus , venerandum corpus maxima deuotione ſuſcepit , eóque in medio Eccleſiæ collocato Officium mortuorum , hinc indè aſſiſtentibus Dominis Canonicis , & Religioſis decantauit. Quo finito tantus fuit populi concurſus , & tam anguſtus Eccleſiæ locus , vt niſi illius aditum diligenter milites cuſtodiiſſent , multi periiſſent , vt tamen omnium ſatisfieret deuotioni : in cellula quam dum viueret inhabitabat, corpus fuit depoſitum,in qua feneſtra clatrata Eccleſiam reſpiciebat , vndè corpus ab omnibus videri , ſed non tangi poterat : ibique cum ſuprà dicta militum cuſtodia , & quorundam deuotorum Sacerdotum aſſiſtentia,per ſex dies continuos expoſitum fuit. Videns autem Illuſtriſſimus , & Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus,quod tam citò ſepulturæ mandari non poterat,in domum ſuam rediit.

Tandem Pater Prior illius Conuentus die Dominica,& 22.menſis Auguſti cum Domino Orondio, & Auguſto Veruccio arcam abjegnam in qua corpus jacebat poſt deoſculatas P. Ioannis manus decenter operuit , eámque in alia nucea clauſit,calce viua intus incruſtata & forinſecus picata , capiti verò Patris ſuppoſita fuit tegula cum hac Iucriſptione.

Anno Domini 1621. die 14. menſis Auguſti in aurora , obijt Reuerendus Pater Ioannes à Sancto Guillelmo Ordinis Diſcalceatorum Sancti Auguſtini.

Ne autem aliquis locum ſepulturæ , iſtius benedicti corporis excogitare poſſet timentes forſan ne aliundè transferretur , terram effodientes in cellula multum anguſta, ſacrario contigua, ſub ſcalarum contignatione foueam effecerunt. Hunc locum pro cellula ſua multotíes petierat P. Ioannes quia nouerat ibi aliquando ſepeliri debere , quod tamen ei denegatum fuit cum reuera hic locus ſepulturæ magis mortuorum , quam habitationi viuentium accommodatus eſſet , longitudinis nempè , & latitudinis ſeptem palmorum, abſque vllo pauimento, humidus admodùm : nam contignatio ſubdialis erat, & intus maximè hyberno tempore ſæpiſſimè aquæ ſcaturiebant : ibi ergo ſepulta eſt arca, & velut alter S.Alexius ſub ſcalis paternis, P. Ioannes collocatus eſt:ſicque obtinuit mortuus,quod viuenti denegatum fuerat. Facto poſteà

juramento

iuramento de non reuelando hoc ſepulturæ loco P. Prior huius Conuentus, Dominus Orindius, & Auguſtus Veruccius, in alio loco vbi poſitum fuerat corpus in conſpectu feneſtellæ Eccleſiæ, aliud depoſitum ad modum altaris effecerunt, in quo ne defraudaretur Peregrinorum deuotio, eiuſdem corporis inteſtina ſepelierunt.

Quamuis in hac ſepultura, & depoſitione, pijs Chriſti fidelibus qui ad venerandum hoc corpus venerant multæ à Deo conceſſæ fuerint gratiæ: has tantum ſequentes referam. Vrania vidua Montis piſcalis vnius occuli viſum ob albuginem omnino amiſſum, deoſculatis pedibus P. Ioannis ſtatim recuperauit, reſtante etiam in occulo eadem albugine quæ huius cæcitatis cauſa fuerat. Seruus quidam Guidonis Salimberni buriani cum ad venerandum hoc Corpus cum Domino ſuo, & aliis veniſſet, equo diſiliens ita alterius equi calce percuſſus eſt vt totum os genu penitus confractum, extractum, fuerit, & in terram decidens ita ſub gena vulneratus eſt, vt omnes eum mortuum crederent: Superior Conuentus pietate commotus ſtupam accepit quæ tibias P. Ioannis tetigerat, quam cum albumine oui vulneribus applicauit: ſtatimque facta ad Deum pro ipſo oratione, & precibus P. Ioannis eum commendans ſedatis doloribus priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt. Ad hoc etiam benedictum corpus deducta fuit quædam mulier membris ſuis capta, & à longo tempore manca quæ vt ſubito præfatum corpus tetegit ſanata eſt in cuius beneficij memoriam fulcimenta ſua ſubalaria reliquit.

In eodem loco vbi Corpus P. Ioannis ſepultum fuerat, ne quis in huius loci notionem aliquam veniſſet, permiſerant patres vt ibi doliolum vini aſſeruaretur. Accidit autem ex hyberno tempore maior huius loci humiditas, & copia imbrium qui totum hoc domicilium impleuerunt, vnde diſrupto dolio vini, & corrupta aqua vino mixta, tetrum odorem, & fætorem intollerabilem ſpirabat. Quare cum iam quinque menſes in hoc fætido loco venerandum corpus ſepultum fuiſſet, timens, & merito dubitans Superior illius conuentus, ne iam corruptum, & putrefactum eſſet: ijs vocatis qui ſimul illud ſepelierant, ſepultum etiam ſimul eruere ſtatuerunt. Aſſumptis ergo ad hoc duobus aliis cementariis die 13. Iannuarij 1621. Exhauſta aqua fœtida, & putida, & effoſſa ſufficienter terra ad arcam venerandi corporis tandem peruenerunt quam marcidam, & aqua calce mixta plenam inuenerunt, quæ maiorem adhuc exhalabat putorem, id ſummum mœrorem circumſtantibus attulit, qui hoc corpus jam putridum exiſtimabant. Hac aqua etiam exhauſta aliam etiam arcam tabidam, & corruptam inuenientes: Quidam excis ſic illam in Eccleſia ſpelire voluerunt, alij verò benedicta illius oſſa prius videre deſiderarunt, qua propter eam ex parte pedum aperientes, hanc ſimiliter aqua corrupta, & nigra plenam repererunt, pedes tamen albos, firmos, & integros aquis ſupernatantes videmnt, ſtatimque omnes conſolati totam arcam marcidam facile aperientes, aquam in ea contentam vermibus plenam, & fœtidam in vaſa quædam miſerunt. Sicque apparuit hoc benedictum corpus aſpectu pulchrum, & intactum, nec vllum ingratum odorem ſpirans, ac ſi eadem hora obijſſet. Naſus eius qui aliquantulum offenſus fuerat cum Michaël

Corpus P. Ioannis incorruptum.

chaël Angelus vanni excellentiſſimus Pictor Senenſis non ſolùm illius imaginem penicillò expreſſam, ſed etiam gypſo impreſſam habere voluit, in eodem ſtatu permanſit: de quibus omnibus infinitas Deo gratiarum actiones reddiderunt omnes, qui ſe adeò glorioſum & in ſanctis ſuis mirabilem præbet, ſtatímque vocatus eſt Federicus Ercolani publicus Battinianenſis Notarius, & Nuncius ad Illuſtriſſimum Dominum Epiſcopum Groſſetanum miſſus eſt.

Sequenti die Veneris his mirabilibus diuulgatis, ad ea videnda omnes Battinianenſes, populíque vicini euolarunt, factóque foramine in inferiori arcæ parte vt omnis aqua effunderetur, hoc venerandum corpus in eodem loco & arca vbi ſepultum fuerat viderunt omnes mirantes, & laudantes Dominum qui *non dedit Sanctum ſuum videre corruptionem*, die verò Sabbathi quæ fuit 15. ejuſdem menſis præſuppoſita licentia Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Epiſcopi, ex hac humiditate amotum fuit, & ſuper tabulam poſitum, apparuit habitus illius ſolidus, & integer,& qui antea obſoletus,& vetuſtus erat nunc nouus apparebat: omnia corporis membra flexibilia, & tractabilia erant, ac ſi viuum fuiſſet: imò cùm priùs dum viueret, nullum ſanguinem habere videbatur,nunc ſi quis carnem digitis premebat cedebat caro, & ſtatim vt fit in viuentibus, in priſtinum redibat locum:vndè quidam temerarius volens vnguem auellere, vt vidit ſanguinem exeuntem, ab opere inchoato deſtitit: inuolutum poſteà fuit in ſindone munda, & in alia arca decenti depoſitum vſque ad Aduentum Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi, cum Vicario Generali,aliiſque Canonicis,qui die Veneris 28.Aprilis ad hunc locum aduenientes, veſtimentis Pontificiis indutus Epiſcopus, facta priùs ad Deum feruenti oratione, ſolemnem de Spiritu ſancto Miſſam deuotiſſimè cerebrauit, & implorato auxilio cœleſti ſimul cum Notario publico,& Canonicis cubiculum ingreſſus,in quo corpus jacebat, flexis genibus ſumma cum reuerentia illud tetigit:priuſquā tamen illud detegeret, vt in hoc tāti momenti negotio juridicè procederet, præcepit Notario vt teſtes fide dignos examinaret cujuſnam qualitatis,& conſtitutionis corporis eſſet P.Ioannes,ſi ſcirent ipſum mortuum,crederéntque à die obitus ad hunc vſque diem hoc corpus humanū ſic integrum,& incorruptū potuiſſe conſeruari. Quinq; examinatis teſtibus, & relata P. habitudine, vniformiter reſponderunt hunc die 14. Auguſti mortuum fuiſſe,nec naturaliter potuiſſe hoc venerandū corpus integrum,& incorruptum conſeruari.Tūc corpus detexit,& de nouo eos ſub juramento interrogauit, ſi illud noſcerent, qui omnes reſponderunt illud verum eſſe corpus Patris Ioannis à S. Guillelmo, Sacerdotis profeſſi congregationis diſcalceatorum Italiæ: illud poſteà tangentes, carnem viderunt ſolidam eſſe,ac mollem ſicut hominis viuentis, capútque pulchrum, & integerrimum, quamvis cerebrum ab eo ablatum non fuiſſet, quare ſtupentes & mirantes aſſeruerunt omnes opus hoc naturale non eſſe.

Totum hunc proceſſum ipſemet Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Epiſcopus Notario de verbo ad verbum dictare voluit, fuítque inter alia obſeruatum quod iſte Prælatus ſanctitate, & doctrinà inſignis, non ſolùm in hac

celebri

celebri actione, ex deuotione & mentis Iubilatione lachrymabatur: verùm etiam Pontificiis indutus veſtimentis poſt imploratum Spiritus ſancti gratiam nunquam P. Ioannem cum dictaret, nominauit, niſi etiam beatum vocaret: quamvis poſteà ſeipſum emendans, hunc titulum deleuerit, qui à ſola ſede Apoſtolica concedi poteſt. Voluit autem hic bonus Paſtor vt ſuæ deuotioni ſatisfaceret, ſegmentum aliquod illius veſtimenti habere: decreuit poſteà vt eximia fieret arca panno ſerico rubro intus decorata, exteriúſque nigro, & lectiſſimis floribus ſericis ornata: in hac depoſitum fuit benedictum corpus, & per quindecim dies vndecunque accurrentibus expoſitum, quo tempore Sebaſtiana vxor Sancti Piſani ciuis Montiſpiſcalis huc venit cum filia ſua duorum annorum, pede capta, & ita detorto, vt calcaneum à parte priori, & digitos poſteriori haberet: ſtatim autem ac pede ſuo corpus hoc tetigit, ſanata eſt & pedis partes in proprium ſuum & naturalem rediere locum.

Tandem clauſa fuit & operta hujus benedicti corporis arca, in eodémque loco poſita in quo priùs depoſita fuerat, vbi per aliquot annos à populis venerata remanſit. Tanta fuit eorum deuotio vt etiam ex præfata aqua putrida, & calce mixta multi habere voluerint, quæ in diuerſas partes Florentiam, Senas, & Venetias tranſportata quamvis tetri ſaporis, multos infirmos curauit: inter quos fuit Petrus Paulus Chiochiolini ardentiſſima febre correptus, aliúſque ægrotus in Inſula Æginij vulgò *Delgigglio* grauiſſima Sinanches infirmitate laborans. *Miracula.*

Qui verò ex hac aqua, aut habitu quidpiam habere non valuerunt, aliquod ſaltem marcidæ illius arcæ ſegmentum, aut parum calcis, aliúdque ſimile acceperunt. Romulus filius Paris Baccilieri, ex cataractis jam per duos menſes lumine priuatus, à pia matre deuotè applicato tribus vicibus ſuper oculos filij cæci, ſudariolo ſanguine P. Ioannis purpurato, cum præfata calce viſum amiſſum recuperauit. Sic autem creuit deuotio erga hanc benedictam aquam & calcem hujus ſepulchri, vt cum ex his aliquid habere non poſſint terram ſumant, & aquam quæ in hac fouea repetitur, in qua fuit ſepultus P. Ioannes quibus in ſuis infirmitatibus non ſine maximo fructu vtuntur. *Cæcus viſum recuperat.*

Tam frequens, & numeroſus eſt diuerſarum nationum concurſus quæ advenerandum hujus ſerui Dei tumulum veniunt, quod die 3. Maij quæ eſt feſtiuitas conuentus, pluſquam octo millia ex locis vicinis inueniantur, alio verò tempore ſæpiſſimè communitates Montiſpiſcalis, & confraternitates huc etiam proceſſionaliter adueniunt quarum multi, non ſolùm homines ſed & mulieres diſcalceatis pedibus incedunt: imò ex longinquis Regionibus Genua, Lucca, Florentia, Inſulis Elbæ, & Æginij, Coſſa, aliiſque locis & Ciuitatibus, non ſolùm Prælati, ſed & alij nobiles ac Religioſi corpus hoc incorruptum veneraturi in hunc locum deſertum & aridum feruentiſſima cum deuotione confluunt.

Tanti P. Ioannem æſtimauit Chriſtina à Lotharingia magnæ Etruriæ Ducis vt ejus miraculoſum cor habere voluerit, quod duo ex Patribus noſtris cum Illuſtriſſimo Domino Hyeronimo Tantuccio Epiſcopo, & duobus com-

munitatis Battiniani legatis deuotè, & decòre ad eam detulerunt.

Gregorius item XV. Plurimum P. Ioannem dilexerat, cumque in extrema vitæ ſuæ periodo verſaretur, capiti eius impoſitum fuit Capucium album præfati Patris quod Romam prædictus Dominus Tantuccius Epiſcopus detulerat. Clementia de Bernardino pedibus, & manibus capta, cum ad Sepulchrum P. Ioannis deducta fuiſſet poſt vnius Miſſæ celebrationem, duarum horarum ſpatio feruentiſſima ad Deum oratione facta, in pedes erecta penitus ſanata eſt. Flora de Laurentio pleuritide cruciata voto ad P. Ioannem facto curata eſt. Xenodochij Battiniani curator poſt mortem P. Ioannes magna ſemper in veneratione cubiculum, & lectum habuit in quo dormiebat dum in hoc Xenodochio hoſpitabatur. Nec fruſtra hic enim cum ſemel puerum ſuum bimum omnino mortuum inueniſſet iamque ex ore ſpumantem vt ſolent multa cadauera: accepit eum in vlnas ſuas fidemque illius Sunamitidis renouans quæ filium mortuum ſuper lectum Elizeæ prophetæ collocauerat vt eum ad vitam reuocaret: ſuper lectum in quo dormierat P. Ioannes poſuit. Tanta autem fuit eius fides, vt ſtatim puer cum omnium adſtantium admiratione à mortuis excitatus viuus apparuerit. Petrus filius Achillis Carpeni Battinianenſis, ætatis quinque annorum cum ob tibias infirmas, & debiliſſimas nunquam erectus ambulare potuiſſet, iis in quibuſdam ſegmentis inuolutis quæ P. Ioannem tetigerant ab hac infirmitate libera, rectè ambulauit. Cum Dominus Petrus Berenccuci Senenſis, & Hyeronima Soccini vxor eius, precibus, & meritis P. Ioannis Deo filium obtinuiſſent, is cum aliquando infirmaretur ſubitò quaſi mortuus, atratus, & ſenſibus orbatus apparuit, ſtatim autem ac pallio P. Ioannis inuolutus fuit quod à ſociis eius, parentes acceperant priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt.

Miracula poſt mortem

Mortuum ſuſcitat.

Anno 1623. die 14. Iulij mediam circiter noctem in Monte piſcali Maſſaïnus Biſſelli eiuſdem loci ſeptemdecim pugionum ictibus, ijſque mortalibus vulneratus, quinque in temporibus, quorum vltimus in eodem loco cum pugio remanſiſſet ab vna parte temporis, in aliam penetrabat: cæteri vero in gutture, brachio, mammilla dextera, & in torace ſupra cor profunditatis ſeptem circiter digittorum: cum moribundus eſſet ex toto corde P. Ioanni ſeipſum commendauit vt ſaltem peccata ſua confiteri poſſet, ſic viuus vſque ad matutinum tempus permanſit, quo tempore abſque vllo ſenſu omniumque aliarum partium exercitiis priuatus, excepta lingua viſus eſt (clara enim, & diſtincta voce loquebatur) vnde inſtanter à Circumſtantibus petiit vt capite ſuo infixum adhuc pugionem educerent, quo vi maxima auulſo vocauit parrochum, cui cum peccata ſua diſtinctè confeſſus fuiſſet, inimico ſuo pepercit, domui ſuæ diſpoſuit, & tandem ſuſcepta extrema vnctione expirauit, cum ſeptendecim horas inter tot repentinæ mortis cauſas vixiſſet. Id quod ab omnibus euidenti miraculo aſcriptum eſt. In eodem loco die 14. Decembris eiuſdem anni circa mediam noctem corruit ædificium quatuor contignationum, quarum tres ſuper vnum adoleſcentem, & filiam ſororem eius in lecto dormientes ceciderunt: ſtatim accurrerunt vicini exiſtimantes eos iam eſſe mortuos, ſed cum omni diligentia trabes, tegulas, lapides, tabu-

Inſigne miraculum.

las,

las, & alia huiuſmodi leuarent, quæ præfatos opprimebant quaſdam audierunt voces dicentes ô beate Pater adiuua nos, omnibuſque ablatis eos ſanos, & illæſos inuenerunt, quantumuis lectus in quo iacebant conquaſſatus, & linteamina in minutiſſimas partes contuſa fuiſſent.

Ex hoc poſtea loco de mandato Capituli generalis Romæ habiti anno 1625. cum participatione Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi, & magni Etruriæ Ducis ſecretò tranſlatum eſt hoc benedictum Corpus, in nouum Conuentum ad maiorem commoditatem prope Battinianum ædificatum, die 14. Februarij hora circiter decima veſpertina anno 1626. Fuit que à deuotis, & religioſis Sacerdotibus delatum, & à Miniſtris, & militibus magni Eturiæ Ducis cuſtoditum, aſſiſtentibus Reuerendis. Patribus Ioanne bono à S. Monica huius Conuentus Battinianenſis Priore, P. Ioanne Baptiſta à S. Franciſco priore aquæ viuæ, P. Arſenio ab aſcenſione aliiſque Religioſis, & tribus notariis publicis, ibique honorificè iacet, ab omnibus veneratur, & multi ab eo inſignes gratias, & beneficia recipiunt. *Tranſlatio Corporis.*

Viſis proceſſibus anthenticis pluribus in locis iuridicè fabricatis de vita, & moribus huius ſerui Dei Sacra Rituum Congregatio decreuit in cauſa Canonizationis ſerui Dei Ioannis à S. Guillelmo Congregationis Auguſtinenſium diſcalceatorum, vlterius progredi poſſe: quod decretum ab Vrbano VIII. Menſe Iulio 125. Confirmatum fuit, & Sacra congregatio Romæ in Iudices delegauit Alexandrum Cæſarini tunc protonotarium Apoſtolicum, & poſtea S. R. E. Eminentiſſimum Cardinalem. Franciſcum Vzimbardi, tunc vtriuſque ſignaturæ referendarium, & poſtea Cameræ Apoſtolicæ clericum: Georgium Bologneti vtriuſque etiam ſignaturæ referendarium, alioſque prælatos aliis in locis nempe Florentiæ, Senarum, Genuæ, Luccæ, Groſſeti, vbi iam ducenti teſtes examinati maximam miraculorum multitudinem prophetiæ, & actionum excellentiſſimæ virtutis huius incomparabilis ſerui Dei teſtantur.

Et hæc ſunt quæ ex vita venerabilis P. Ioannis à S. Guillelmo fideliter deſumpſi quam Reuerendus P. Arſenius ab Aſcenſione idiomate Italico diffusè compoſuit, vir vtique præfatæ diſcalceatorum Congregationis doctiſſimus, & qui in curia Romana ſæpè Procuratoris Generalis officio laudabiliter functus eſt. Multa alia ſigna fecit Ioannes noſter quæ in hoc libro non ſunt ſcripta, tot enim ſunt, vt nec dici nec ſcribi poſſint: neceſſe enim eſſet, vt omnia corporis membra ad ea publicanda, & deſcribenda in totidem linguas, & manus conuerterentur. Laudetur interim Deus qui ſecundum cor ſuum fidelem ſibi inuenit ſeruum; Exaltetur S. Mater Eccleſia quæ eum genuit, honoretur Sacra Religio Auguſtiniana quæ eum nutriuit, & educauit, Magnificentur parentes, & patria, vnde exijt, & tandem honoretur hæc humilis diſcalceatorum Congregatio in qua perfectæ, & cumulatæ virtutis apicem adeptus eſt, cumque velut Hoſtiam Deo placentem, & Immaculatam in vltimo vitæ tempore æterno Domino bonorum omnium remuneratori obtulit cui honor, & gloria in ſempiterna ſæcula.

§. VII.

De glorioſa morte quam Lepti magnæ vulgo Tripoli Barbariæ, pro fidei confeſſione. Frater Alipius à Sancto Ioſeph Excalceatus Auguſtinenſis ſiculus, Conſtantiſſimè ſubijt.

ANno Domini 1643. Frater Alipius à Sancto Ioſeph ætatis ſuæ 17. Clericus profeſſus ordinis Eremitarum diſcalceatorum S. Auguſtini Congregationis Italiæ ciuitatis Panormitanæ, Drepano Romam verſus cum fratre Dominico à S. Maria conuerſo Drepanenſi eiuſdem ordinis Mare tranſmittens à Pyratis Tunetenſibus, & Leptenſibus cum multis aliis captus fuit. Qui captiuorum partione facta in manus Leptenſium incidens Tripolim ductus eſt, vbi vinctus catenis in hac captiuitate multa paſſus eſt: videns autem iam elapſos mancipij ſui nouem menſes abſque vlla ſpe recuperandæ libertatis, victus, & vinctus à dæmone proprio motu nec minis territus, nec honorum, aut diuitiarum promiſſis illectus publicè fidem Catholicam, Baptiſmum, & Deum Creatorem ſuum in maximum Religionis Chriſtianæ dedecus, aliorumque captiuorum Chriſtianorum ſcandalum abnegauit: quorum tres illius ſequentes veſtigia, Mahumetanam Religionem cum ingenti gaudio, & ſatisfactione Turcarum profeſſi ſunt. Vnus autem ex eis poſt quatuor aut quinque menſes alloquens Reuerendum P. Pacificum ordinis Fratrum Minorum Recollectorum, & in his partibus Miſſionarium Apoſtolicum perſuaſit illi, vt ad eorum imitationem fidem pariter abnegaret Chriſtianam, cui reſpondit Reuerendus Pater ſe in Religione Chriſtiana, & Catholica extra quam nulla eſt Salus, viuere, & mori velle, quo audito impius ille Apoſtata fortiſſimum ei impegit colaphum. Hoc vbi reſciuit Alipius, Patriſque Pacifici ſummam in ſuſtinendo colapho patientiam admirans interius commotus eſt.

à Turcis fit captiuus.

abnegat fidem Chriſtianum.

Quare ſine mora P. Pacificus ne hæc præda è manibus ſuis elaberetur omnem ſuam operam, & ſtudium in Alipij iam commoti conuerſionem confert, mittit nuncios qui eum alloquantur, criminiſque commiſſi enormitatem exhibeant: eum ipſemet alloquitur, ad Pallinodiam hortatur, peccati abſolutionem promittit, & ſempiternam vitæ Cœleſtis beatitudinem pollicetur. His tandem cohortationibus compunctus, & excitatus feliciter animus Alipij noſtri, culpam ſuam agnoſcit, ſcelus commiſſum deteſtatur, datumque Chriſtianis ſcandalum amariſſimè deflet. Verum P. Pacificus huius ſceleris emendationem exiſtimans ſeriam rem eſſe, & magni momenti quæ illuſtre, ac memorandum cæteris præberet exemplum ad ſuos ſcripſit Superiores, quid in hoc negotio agendum eſſet inquirit, à quibus accepto reſponſo decreuit vt

Conuertitur

poſt

poſt aliquos pœnitentiæ dies Alipius noſter in publicum ſe conferret conſiſtorium die Veneris 1 , . Februarij : ibique alta voce fateretur ſe malè & impiè admodùm feciſſe cum Deum ſuum, & Saluatorem abnegauit,vt falſam & damnatam legem Mahumetanam ſequeretur : die ergo Iouis præcedentis jam ad Deum ex toto corde conuerſus Alipius Dominum Moutton Maſſilienſem captiuum adiit, à quo inſtanter petiit vt ſibi quam habebat D. Catharinæ Virginis,& Martyris imaginem,cui deuotiſſimus erat concedere dignaretur, hanc libenter & ex animo donauit ; eique ſpiritu prophetico reſpondit Alipius, certò ſcias, Domine Moutton, me hanc ſacratiſſimam Virginem oraturum, vt tibi gratiam concedat,majorem oſſium meorum partem poſt mortem meam colligendi, quòd ita euenit, vt infrà videbimus. Eò itaque ſalutato, & accepta venia in hoſpitium Patrum recollectorum ſe recepit: ſolóque pane,& aqua refectus cum P. Pacifico, & quodam mercatore Melitenſi, ſimul omnes in orationibus & colloquiis ſpiritualibus totam noctem inſumpſerunt,ſeipſos ad conſtanter ſubeunda tormenta pro fide Chriſti,& majore Dei gloria excitantes,nec enim P.Pacificus dulcius illo,aut mitius ſperabat ſupplicium:quod ita eueniſſet : niſi hujus Vrbis gubernator vt cuidam Medico Chriſtiano, & captiuo retulit, illum ad redimendos captiuos in maximum ſuum emolumentum ibi reſidere conſideraſſet.

Die ergo veneris aſſignata , horam circiter tertiam matutinam , jam à ſua infidelitate abſolutus Alipius,iterum peccata ſua confeſſus eſt & vltima abſolutione accepta P.Pacificus deuotiſſimè ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebrauit. Se interim diſponente Alipio ad dignè,& reuerenter ſuſcipiendum auguſtiſſimum Euchariſtæ Sacramentum. Quod cum tanta lacrymarum effuſione , & peccatorum ſuorum contritione recepit vt omnes mirarentur , proteſtans millies potiús mori velle quam ad ſimilia redire crimina, pro quorum expiatione crudeliſſima quæquæ tormenta ad majorem Dei gloriam toleranda paratiſſimus erat. Finita Miſſâ, & redditis ad Deum gratiarum actionibus ſuis toga ſua indutus tunica nigra, capucio , & corrigia , vt ſolent diſcalti Auguſtiniani , à P. Pacifico veniam humiliter petiit , & poſt mutuos amplexus hora ſexta aut ſeptima matutina audacter, & conſtantiſſimè ad publicum prodiit conciſtorium (quod Diuanum vocant) coram pro Rege , Pontifice ſiue Muphti , Marabutis aliiſque Iudicibus dicens : certi eſtote me non ampliùs Mahumetanum,ſed Chriſtianiſſimum eſſe,hic enim adſum,vt legem veſtram falſam eſſe , & impiam confitear , & quotquot eam profitentur damnatos , ſuppliciiſque æternis : dignos eſſe : niſi ad fidem Ieſu Chriſti conuertantur. Quibus alta voce pronunciatis galerum ſuum Turquinum , in horrorem , & abominationem legis Mahumetanæ ad terram colliſit , capuciúmque capiti ſuo imponens , ex manica Crucifixum accepit dicens ſe pro eo mori velle qui pro ſeipſo in hac cruce mori dignatus eſt, deindè ex crumena duos nummos argenteos ſumens, ad pedes Gubernatoris projecit : ecce , inquit, pecuniam, eme ſi lubet lignorum faſciculos, ad hoc miſerandum corpus comburendum.

Se preparat ad mortem.

Publicè fidē Chriſtianā confitetur & legem Mahumetanā deteſtatur.

His auditis Tyrannus ſtupefactus , & ferè exanimatus fuit : in ſe tamen

reuerſus, cum à fide Chriſti faciliùs auertere credens, dulciter affatur an aliquis Turca,aliquam ei offenſionem,aut injuriam intulerit? Vel ſi judicium ipſemet amiſerit? Non,inquit,conſtantiſſimus Chriſti athleta Alipius ab aliquo malum aliquod,aut incommodum accepi nec mentem perdidi: Sed ſolo Dei zelo, & veritate Chriſtiana impulſus iterum dico, & confiteor eam ſolam eſſe Ieſu Chriſti fidem in qua ſolum ſaluari poſſumus, & extra illam nullam eſſe ſalutem: quare vos omnes compello, & præcipuè à fide Chriſtiana apoſtatas,vt abnegata impia,& falſa Mahumetana Religione,ad hanc redeatis, & fidem Ieſu Chriſti ſolam veram, & ad ſalutem neceſſariam aſſumatis. Tunc impius Tyrannus furibundus, & mente alienatus, ſtatim juſſit vt brachiis, & cruribus fractis in ignem projiceretur. Quod ſtatim executioni demandatum fuiſſet, niſi Muphti proRegi perſuaſiſſet non ſtatim debere Alipium mortem ſubire, ſed cum aliis captiuis in ergaſtulum deducendum eſſe, vt ad ſeipſum reuerſus crimen emendaret. Placuit hoc conſilium, & ita factum eſt. Illo itaque in carcere conſtituto quam plures Turcæ,& à fide Chriſtiana Apoſtatæ ad eum venerunt, hortantes vt ſceleris admiſſi pœnitentiam ageret,multiſque artificiis nunc pollicendo,nunc terrendo à fide Chriſti auertere conati ſunt, ſed in vanum, ſemper enim in fidei Chriſtianæ profeſſione conſtantiſſimus fuit. Quare cum ſuaſores impietatis ſe quidquam verbis poſſe proficere deſperarent, hæc omnia pro Regi ſiue gubernatori retulerunt, qui timens etiam ne alij pariter Apoſtatæ mirabilem prorſus & conſtantiſſimam Alipij imitarentur conuerſionem, præcepit vt ſine mora jam priùs contra

Damnatur ad mortem.

ipſum lata mortis ſententia executioni mandaretur. Quare ipſo ab ergaſtulo extracto,& ante caſtellum deducto,tibiam illius vnam impij ſatellites vectibus fregerunt: deindè eadem conſtantia qua S. Laurentius jam combuſta vna corporis parte alteram cremandam exhibuit, ad crudeliſſimum Tyrannum

Mirabilis eius conſtãtia in morte

dicens, aſſatum eſt jam verſa, & manduca. Sic etiam generoſiſſimus noſter Alipius jam tibia vna conquaſſata,alteram vultu hilari exhibuit: poſteà verò brachia, quæ fuſtibus & vectibus ſimiliter contuſa ſunt: interim nihil aliud ex parte ſatellitum, quam horrendæ in Chriſtum blaſphemiæ, ex parte verò patientis Alipij dulciſſima nomina Ieſus,& S.Catharinæ audiebatur. Hinc vt crudeliùs eſſet,& diuturniùs ſupplicium pede vno alligato, ſola pelle & neruis ſubſiſtente, cum extra portam ciuitatis, quam Meſſiæ vocant, lapidantibus eum Mauris, crudeliſſimi ſatellites extraxerunt: Qui cum ſtruem lignorum in loco conſtituto, vt cremaretur, paratum non inueniſſent in mare vicinum projecerunt. Verum hoc elementum clementius cum illo agens,corpus Alippij noſtri ſemimortui ſtatim ſuper vndas eleuauit qui facie ad cœlum verſa inceſſanter ſacra nomina Ieſus, Mariæ, ejuſque protectricis S.Catharinæ proferebat. Tandem fluctuantes hujus maris vndæ, quaſi ſe indignas exiſtimantes, hoc prætioſum pignus retinere ad littus remiſerunt: Quod videntes quidam mauri qui hic cum multis barbaris aderant,corpus Alipij adhuc viuentis cultris, & pugionibus transfigere tentarunt ſed gratia Dei protectus Alipius & virtute imaginis S. Catharinæ quam ſecum deferebat conſeruatus transfodi non potuit: imo nec ipſamet imago in carta pergamena depicta: verùm lapidibus

dibus

dibus obrutus dicto, *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum*, hora decima aut vndecima matutina in Domino obdormiuit.

Nec tamen propterea exſatiata fuit barbarorum crudelitas, hoc enim venerandum corpus jam præparata lignorum ſtrue, flammis deuorandum in rogum ſic Deo permittente projecerunt, vt meritò cum Propheta dicere poſſet Alipius, *per ignem & aquam eduxiſti me in refrigerium*. Sed ſicut vnda maris, ita & ignis huic ſancto corpori pepercit, quamvis enim inter flammas reliquo diei tempore remanſerit comburi tamen ex integro non potuit: cum major pars illæſa, & a barbaris in longinqua loca diſperſa fuerit, vt à canibus, & feris deuoraretur.

Tale fuit ſupplicium hujus ſerui Dei poſt cujus mortem, ipſimet barbari retulerunt ſe tribus diebus continuis, circa mediam noctem vſque ad matutinum tempus, tres faces accenſas in eodem loco vidiſſe, vbi ſtrues lignorum erecta fuerat. Manè ſequenti Chriſtiani omnes reliquias corporis ſumma cum diligentia perquiſierunt, vt eas debito cum honore conſeruarent: præcipuè verò Dominus Moutton, cui promiſerat Alipius ſe meliorem partem recuperaturum: quare illi obuiam factus quidam Maurus promiſit ſe illi oſtenſurum, vbinam eſſet ferè totus corporis Truncus, ſi aliquid donaret ſtatim octo aſſes gallicanos dedit illi quibus acceptis Maurus in puteū quendam deſcendit, in quem has projectas fuiſſe reliquias credebat. Verùm his non inuentis acceptam pecuniam Maurus maximè dolens reddere voluit, quam tamen Dominus Moutton recipere noluit, ſed ſibi factę ab Alipio promiſſioni firmiter credens, tamdiù quæſiuit, donec inuento quodam tramite poſt iter bis mille paſſuum vidit in horto, quod quærebat, acceptiſque reliquiis hujus corporis, & in loco ſecuro honorificentiſſimè collocatis voluit iterum cum amico ſuo illuc redire: vt ibi videret ſi aliquid aliud forſam hujus corporis ſupereſſet: in vanum tamen quia nec tramitem, nec viam aliquam, aut veſtigij alicujus ſpeciem offendere potuit. Captiui omnes inſtanter Dominum Moutton rogauerunt, vt has reliquias ſibi à Deo traditas diligenter cuſtodiret; hoc modo ſperantes ſe meritis, ac interceſſione F. Alipij priſtinam libertatem recuperare poſſe. P. etiam Pacificus brachium vnum, & manum magna cum deuotione ſibi reſeruauit aliique Chriſtiani qui aliquas reliquias habere potuerunt ſeipſos fœlices, & beatos exiſtimant.

Miraculosè reperiuntur reliquiæ corporis combuſti.

Et hæc fideliter extracta ſunt ex relatione P. Pacifici in vbe Tripoli barbariæ Miſſionarij Apoſtolici ad ſacram congregationem de propaganda fide facta, & ad ſanctiſſimum relata, iteruìnque ad ſacram congregationem rituum remiſſa vt proceſſus authenticus hujus martyrij fabricetur. Quæ enim hic dicta ſunt hoc tantum factum eſt, vt Chriſti fideles ad amorem Dei, & infideles ad Chriſtianam fidem ſuſcipiendam excitentur non autem, vt Alipius noſter verè martyr declaretur ſicut de aliis ſuprà diximus ſolam hiſtoriam ſub cenſura S.R.E. referentes.

§. VIII.

Cathalogus conuentuum diſcalceatorum Sancti Auguſtini Congregationis Italiæ in Prouincia Romana.

ROmæ ſub titulo Ieſu, Mariæ, ad curſum anno 1615. loco & vice Conuentus S.Pauli de Arenula 1593. ſubſtitutus.
Ameriæ in vmbria, Sanctæ Mariæ de Montecellis 1594.
Romæ, S. Nicolai Tolentinatis 1606.
Aquæ viuæ, S. Laurentij 1613.
Firmi in Piceno, S. Mariæ de miſericordia 1613.
Circuli, S. Mariæ Gratiarum 1614.
Battiniani, Sanctiſſimæ Crucis 1620.
Spoleti in Vmbria, Sanctiſſimi Crucifixi 1623.
Pragæ in Bœmia, S. Vuinceſlai 123.
Viennæ in Auſtria, S. Auguſtini 1630.
Numenti, Immaculatæ Conceptionis 1632.
Florentiæ, S. Auguſtini, & Chriſtinæ 1636.
Propè Viennam Auſtriæ, S. Mariæ ad fontes 1639.
Taborij in Germania, Natiuitas Beatiſſimæ Virginis.
Aſculi in Piceno, S. S. Angeli cuſtodis, & Nicolai.
Tabaci in Carinthia, S. Mariæ de anima.
Monachienſis in Bauaria.

In Prouincia Neapolitana.

NEapoli, S. Mariæ veritatis 1598. loco, & vice Conuentus S. Mariæ de Oliua 1593. Subſtitutus.
Reſinæ propè Neapolim, S. Mariæ Conſolationis 1613.
Caſtilioni in Calabria, S. Caroli 1614.
Tropeiæ in Calabria, S. Mariæ libertatis 1617.
Montis Leonis in Calabria, S. Mariæ pietatis 1617.
Auerſæ propè Neapolim, S. Mariæ Matris Dei 1621.
Neapoli, S. Nicolai 1627.
Neritæ, S.Mariæ incoronatæ.
Terræ laci, S, Mariæ Angelorum.
Liſtenſis in Apulia, S. Laurentij 1640. nunc autem alio in loco eiuſdem ciuitatis vocatur Conuentus S. Mariæ omnium bonorum.
Gayetæ, S. Mariæ de portu Saluo
Carbonariæ propè Barium, S. Mariæ de vita.

In Prouincia Ianuenſi.

Genuæ, S. Nicolai 1594.
Taurini, S. Caroli 1611.
Trioriæ, S, Auguſtini 1616.
Rechi, SS. Caroli, & Nicolai 1622.
Comachij, SS. Auguſtini, & Mauri 1622.
Caſtilionis ſexti, & S. Mariæ 1623.
Ferrariæ, S. Ioſeph 162 .
Saluzziis, S. Nicolai 1628.
Arbiſolæ, S. Mariæ de pace 1628.
Mediolani, S. Franciſcæ Romanæ 1629.
Turbici, SS. Coſmæ, & Damiani 1636.
Montis Regalis, S. Nicolai 1638.
Bugellæ, Natiuitatis B. Virginis 1641. Nunc veró alio in loco eiuſdem ciuitatis Conuentus S. Caroli 1653.
Dulcis aquæ, S. Mariæ de Muta 1652.
Niceæ, S. Ioannis Baptiſtæ 1632. & 1642.
In oppido, S. Romuli, S. Nicolai.
Planitijs propè Taurinum, S. Pancratij.
Caſtilioni Diœceſis Mediolanenſis.

In Prouincia Siciliæ.

PAnormi, S. Nicolai de Tolentino 1608.
Ibidem, S. Gregorij 1609.
Meſſanæ, S. Reſtitutæ 1611.
Ibidem, S. Annunciationis. 1614.
Planæ Græcorum, S. Nicolai 1619.
Gibellinæ, S. Mariæ de beluedere 1619.
Drepani, S. Mariæ de Itria 1621.
Caltaniceтæ, S. Mariæ 1623.
Cammeratæ, S. Auguſtini 1627.
Marſaliæ veteris lilibei S. Mariæ de Itria 1630.
Iralæ, S. Venereæ.
Partanæ, S. Nicolai Tolentinatis.
Montis mellis &c.

Sic ſtabilitæ Prouinciæ non ſine copioſo fructu, & maximo Congregationis incremento, vſque ad Annum 1656. Permanſerunt: quo, in Capitulo Generali Romæ habito authoritate Apoſtolica in octo Prouincias, tota diuiſa eſt Congregatio: ita vt modo Neapolitana Prouincia, duas habeat: Sicilię, duas: Romana vnam: Genuenſis, alteram: Germanica natio propriā, & Pedemontana Regio ſuam particularem ab aliis independentem.

CAPVT IV.

De Inſtitutione Diſcalceatorum S. Auguſtini in Gallijs.

SIcut nec ſoli bonitate, ita nec hominum doctrina, aut Sanctitate cæteris Mundi nationibus minime cedit Gallia. Hæc eſt Heroum genitrix, fæcunda bellicis Palmis, & inclyta Regibus qui Auguſtiſſimo Chriſtianorum nomine, & primo genitorum Eccleſiæ titulo iure merito gloriantur: & ſi primogenitos maxime decet, Matris dignitatem, & potentiam defendere, ab iniurijs vindicare, ac oppreſſionibus liberare hi ſemper fuere accerrimi ſedis Apoſtolicæ propugnatores, qui ſanctam Matrem Eccleſiam ter, & vicies à bellis, & vexationibus eripuerunt, eiuſque auctoritatem, & ærarium ciuitatibus, Prouincijs, plurimiſque reditibus ſumma liberalitate auxerunt. Quare non miror ſi tanquam primogenitis lilia cælitus Miſſa fuerint, ſi cœleſti Chriſmate Rhemis inungantur, illamque peculiarem habeant, ac propemodum diuinam ſcropulis medendi facultatem, quam hereditario iure ſalutaribus eorum manibus ineſſe:tot ſæculorum experientia comprobauit. Si denique inuincibiles Turcæ in fatis habeant, fore vt aliquando eorum armis ſubigantur, ac deleantur: vnde Diuus P. Auguſtinus ſpiritu prophetico prædixit *a* Francorum reges poſt aliorum omnium extinctionem, vſque ad aduentum Anti-Chriſti duraturos, loquens enim de aduentu Anti-Chriſti ſic ait, *Inde ergo dicit Apoſtolus Paulus, Anti-Chriſtum non ant a in mundum eſſe venturum, niſi venerit primum diſceſſio, hoc eſt niſi diſceſſerint omnia regna à Romano Imperio, quæ prius ſubdita erant: hoc autem tempus nondum aduenit quia licet videamus Romanum Imperium, ex maxima parte deſtructum, tamen quandiu Reges francorum durauerint qui Romanum Imperium tenere debent Romani dignitas ex toto non peribit quia in Regibus ſuis ſtabit.*

a tract. de Anti-chriſto.

Quidam verò Doctores noſtri dicunt quod vnus ex Regibus Francorum Romanum Imperium ex integro tenebit, qui in nouiſſimo tempore erit, & ipſe erit maximus, & omnium Regum vltimus, qui poſtquam Regnum ſuum fæliciter gubernauerit: ad vltimum Hyeroſolymam veniet, & in monte Oliueti ſceptrum, & coronam ſuam deponet Hic erit finis, & conſummatio Romanorum Chriſtianorum Imperij: ſtatimque ſecundum prædictam ſententiam Apoſtoli pauli, Antichriſtum dicunt futurum &c. Iam prius hoc prædixerat Methodius Tyri Epiſcopus & Chriſti martyr: cuius opera, & dicta Hyeronimus in libro virorum Illuſtrium, & in comment: ſuper Danielem, tamquam Eccleſiaſtici ſcriptoris monumenta approbat, & commendat. Scribit in illa Prophetia, & reuelatione quæ ſibi de ortu, & ſucceſſu, ſeu proceſſu, ac fine gentium, & Regnorum mundi, in carcere poſito, facta fuit: quod filij Iſmael videlicet gentes de Eremo, & inſulis, & littoribus occeani venientes Chriſtinianorum regna, & terras deuaſtaturi ſunt ante aduentum Anthi-Chriſti: quibus vltimus Imperarator

rator Romanus de gente Francorum tunc exiſtens obuiabit, & reſiſtere non valens ſceptrum, & coronam Imperialem, ac clypeum ad arborem ſiccam vltra Mare deponet, & ſic commendatum Deo ſpiritum ibidem emittet. Quo facto Anti-Chriſtus veniens terras Romani Imperij inuadet, & ſubijciet. Et quidem iure merito, ſicut enim Francorum Reges primi fuerunt Chriſtiani Reges, filiique Eccleſiæ primogeniti ita, & in nouiſſimis diebus vltimi ſupereſſe debent. Hæc ſunt profectò munera, & Gratiæ illis conceſſa in fauorem pietatis eorum erga Deum, honoris, & obſeruantiæ, in ſedem Apoſtolicam, deuotionis, & ſingularis beneuolentiæ ad Religioſorum omnium ordines quos vnicè admodum ſemper dilexerunt, vnde quot quot in in Eccleſia inſtitutæ fuerunt Religiones tot in vaſtiſſimo eorum Imperio habere voluerunt. Hinc S. Ludouicus anno 1259. Ex tranſmarinis rediens, ſex Carmelitas ſe cum in Gallias aduexit, hinc tot Abbatiæ Conuentus, & Monaſteria diuerſarum Religionum, & reformationum vtriuſque ſexus, ſiue à præfato Rege ſiue ab aliis vbique fundata: hinc tot etiam diuerſorum ordinum capita, & Generales Carthuſianorum, S. Antonij Viennenſis, Canonicorum Regularium S. Rufi, Ciſtercientium, Cluniacenſium, Sanctiſſimæ Trinitatis. Redemptionis captiuorum, Præmonſtratenſium, & Fulienſium S. Bernardi Reformatorum.

Quam denique benignè recepti fuerint Reformati diſcalceati ordinis. Eremitarum S. Auguſtini, Henrico quarto verè maximo imperante, quot honores, & fauores receperint: quot gratias, & priuilegia à Ludouico X I I I. à Deo dato, nunc fœliciter Regnante, ſatis ea indicabunt quæ in ſequentibus diffuſe dicentur.

§. I.

Inſtitutio, & Progreſſus diſcalceatorum S. Auguſtini in Prouinciis Delphinatus & Gallo Prouinciæ.

IAm fœlicem vidimus diſcalcearorum in Hiſpanijs in Germania, & Italia progreſſum: ſupereſt modò vt de eorundē, in Galliis progreſſu agamus. Illuſtriſſimus ergo, & R. D. Dauençon bonæ memoriæ Archiepiſcopus Ebreduneſis, Romæ cū ſæpè à R. P. Matheo Lotharingo, & Patre Franciſco Amet Montargienſi diſcalceatorum S. Auguſtini cōgregationis Italiæ iam profeſſis inuiſeretur, eorum Religioſa conuerſatione ductus, ſimiles huius reformationis Religioſos in Gallias introducere decreuit, videnſque Prioratū Villaris benedicti Canonicorum Regularium S. Auguſtini, cujus ipſe erat Prior, & perpetuus commendatarius, locum eſſe maxime idoneum, vt ibi præfatam reformationem inſtitueret, obtenta licentia, & facultate à S. D. N. Clemente Papa VIII. ſub die 23. Decembris 1595. & de conſenſu Reuerendiſſimi Patris Gene

Mittuntur Patres diſcalceati in Gallias ab Illuſtriſſimi D. Dauençon Archiepiſcopo Ebredun.

Generalis Andreæ Fiuizani, & R. P. Magiſtri Ioannis Baptiſtæ de Piombino Procuratoris generalis, inter ipſos & Diſcalceatos fit conuentio publica coram Domino Octauio Cellio Notario Apoſtolico die ſeptima Martij 1596. De mittendis in præfatum Prioratum quibuſdam Patribus ſic Reformatis prout ſequitur.

In nomine Domini amen, Præſenti publico Inſtrumento cunctis euidenter pateat, & ſit notum; quod anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti 1696. indictione 9. die vero Iouis 7. Martij Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Clementis diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius quinto: cum nuper Illuſtriſſimus Reuerendiſſimus Dominus Guillelmus Dauençon, Archiepiſcopus, & Princeps Ebredunenſis Prior, & perpetuus commendatarius Conuentualis Prioratus. S. Martini de Miſeriaco, ordinis S. Auguſtini, Gratianopolitanæ Diœceſis, Prioratus Villaris benedicti ordinis, & Diœceſis prædictis ab eodem Conuentuali S. Martini dependentem ob bellicos tumultus in vniuerſo Galliæ Regno dudum vigentes. Religioſis ferè omnibus deſtitutum, ad regularem obſeruantiam, & pium cultum reſtituere, & in eo aliquos eiuſdem ordinis fratrum Eremitarum reformatorum S. Auguſtini, quos nunc vocant diſcalceatos introducere ex conceſſione Apoſtolica obtinuerit, prout in litteris Apoſtolicis in forma breuis ſub annulo Piſcatoris de ſuper expeditis ſub datum Romæ apud S. Petrum die 23. Decembris 1565. proximè præteriti latius continetur, quarum copia cum originalibus ipſis litteris collationata, & auſcultata penes me Notarium publicum infraſcriptum dimiſſa fuit, tenoris infraſcripti. Videlicet à tergo. Venerabili fratri Guillelmo Archiepiſcopo Ebredunenſi loco † Annuli Piſcatoris, Intus verò. CLEMENS PAPA VIII. Venerabilis frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſti quòd cum Prioratus Villaris Benedicti ordinis S. Auguſtini Grationopolitanæ diœceſis, qui à Prioratu S. Martini de miſeriaco ordinis, & diœceſis præfatorum dependet ob bellicos tumultus in vniuerſo Franciæ Regno dudum vigentes, Religioſis ferè omnibus, prout plerúmque dicti Regni Monaſteria deſtitutus remanſerit: itavt vnus tantùm Religioſus, in ipſo Prioratu modo reperiatur. Tu qui Prioratum S. Martini prædictum in commendam conceſſione, ſeu diſpoſitione Apoſtolica ad tui vitam obtines: in primo dicto Prioratu regularem obſeruantiam reſtituere ſommoperè cupiens, aliquos ejuſdem ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini reformatorum in ipſum Prioratum introducere deſideres, qui eorum regularis vitæ exemplo, ac prædicationum frequentia fideli populo ad ſalutem prodeſſe ſtudeant, & propterea nobis humiliter ſupplicare feciſti, vt in præmiſſis opportunam tibi facultatem concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur pijs votis tuis begninè annuere, tibiq; ſpecialem gratiam facere volentes; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati: fraternitati tuæ vt de conſenſu dilecti filij Prioris Generalis prædicti ordinis S. Auguſtini tres Fratres reformatos ejuſdem ordinis, in prædictum Prioratum introducere, quod ad illius ſeruitium in diuinis ſufficere judicaueris, liberè & licitè valeas Apoſtolica auctoritate licentiam, & facultatem concedimus: itavt hujuſmodi fratres reformati ſic introducti, ex inde per pro tempore exiſtentem Priorem ſeu perpetuum Commendatarium

Conſenſus S. Pontificis.

dicti

dicti Prioratus S. Martini, nullatenùs amoueri, ſed in defunctorum locum, alij ejuſdem ordinis reformatorum de ſimili conſenſu Prioris Generalis præfati, ſemper introduci, ac manu teneri debeant. ſicq; per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretãdi facultate, & auctoritate judicari, & defini debere, ac irritum & inane quidquid ſecus ſuper his, à quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus: nonobſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac prædicti ordinis S. Auguſtini, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alias roboratis ſtatutis, & cõſuetudinibus cæteriſque cõtrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die 23. pontificatus noſtri anno 4. M. Veſtrius Barbianus. Cupiatq; modo idem Illuſtrißimus & R.D. Archiepiſcopus & commedatarius ejus piè in hoc deuotionis affectũ effectũ debitum ſortiri, & propterà aliquot pios fratres ordinis prædicti in ipſum ſic deſtitutum Prioratum Villaris benèdicti introducere: vt eorum regularis vitæ exemplo, prædicationum frequentatione, & alijs pijs operibus Chriſti fidelibus prodeſſe ſtudeant. Et pro præmiſſarum & in futurum effectuatione poſt maturos tractatus, & colloquia ſuper præmiſſis habita cum R. P. F. Andrea Finizano Priore Generali, & R. P. F. Ioanne Baptiſta de Plombino Procuratore Generali ejuſdem ordinis, quorum ad hæc juxta dictarum harum literarum Apoſtolicarum formam requiritur aſſenſus, ad infrà ſcriptas conuentiones, & capitulationes firmiter vtrimque ſtabilitas, & firmatas perpetuò valituras hinc inde deuenerunt, & deueniunt: volenteſq; idcircò ea omnia in hac publica ſcripta redigi. Sponte igitur & omni modo, via, jure, cauſa, & forma quibus meliùs validius & efficacius de jure fieri potuit, & debuit, ac poteſt & debet præfatus Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus D. Guillelmus Dauençon Prior & perpetuus Commendatarius prædictus coram me Notario publico, & teſtibus infrà ſcriptis perſonaliter exiſtens per ſe, & ſuos in dicta comenda, & Prioratu futuros ſucceſſores promiſit, & conuenit: prædictis R. P. F. Andrea Finizano Priore Generali, & R. P. F. Ioanne Baptiſta de plombino Procuratore generali ejuſdem ordinis, præſentibus & recipientibus, ſtipulantibus & acceptantibus pro ſeipſis & eorum Religione prædicta & futuris in ea ſucceſſoribus Prioribus generalibus pro tempore exiſtentibus, & quorum intereſt ex reditibus prouentibus, & emolumentis dicti Prioratus annuatim in futurum dare, & erogare, & aſſignare ſex fratribus tantùm eiuſdem ordinis in dicto Prioratu Vilaris benedicti ad inſeruiendum deſtinandis totum id quod in præteritum erogare, & aſſignare ſolebat alijs tribus fratribus in dicto Prioratu, iam degentibus, tam ratione alimentorm & victus quam veſtitus, & aliorum neceſſariorum pro eorum vſu & ſeruitio, ac mobilia & vtenſilia domus neceſſaria pro vſu Conuentus, & dictorum fratrum eorum ſtatui conditioni & vocationi condecentia. Item præfatus Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Archiepiſcopus teneatur prout teneri voluit habitationes dicti Prioratus reparare, & fabricam in eo conſtrui, & ibique facere arbitrio ſuo in qua commodè iuxta illorum regulas, conſuetudinem, & normam inhabitare valeant. Item præfatus Illuſtriſſimus & R. Dominus Dauençon conuenit, & conſentit quod dicti Religioſi poßint in futurum ex eius ſylua quam vocant de Coyſe ligna neceſſaria pro vſu dicti Monaſterij tam ad

Aſſenſus R. P. Generalis.

effectum vrendi, quam fabricandi abſcindi facere: & in vſus proprios ad dictos effectus conuertere. Item præfatus Illuſtriſſimus Dominus Archiepiſcopus conuenit quod præfati Religioſi, & eorum in ipſo Monaſterio & Prioratu ſucceſſores non teneantur circa ſeruitia diuina in prædicta Eccleſia facere, niſi iuxta eorum religionis regulas, ac ſacri Concilij Tridentini diſpoſitionem: nec ſimiliter poſſint cogi ad celebrandas Miſſas cantatas ſed tantum more Capucinorum officiari, & diuina officia celebrare debeant, & obligati exiſtant, iuxta decretum, & reſolutionem in vltima congregatione generali Romæ in venerabili conuentu D. Pauli dictæ Religionis ſub die 12. Nouembris 1595. vt Præfati R. Dominus Prior Generalis & R. Dominus Procurator generalis aſſeruerunt facturi: & vice verſa ibidem & adhuc vbi ſuprà coram me eodem Notario, ac teſtibus infràſcriptis perſonaliter etiam exiſtentes præfati R. F. Andreas Fiuizanus Prior generalis, & R. P. F. Ioannes Baptiſta de Plombino Procurator generalis ordinis Eremitarum S. Auguſtini, quibus ſuprà nominibus interuenientes eadem ſponte, & omni meliori modo vt ſuprà conuenerunt, & promiſerunt eidem Illuſtriſſimo ac R. Domino Dauençon præſenti ac pro ſe, & ſuis in dicto Prioratu & commenda ſucceſſoribus, recipienti, ſtipulanti & acceptanti: quod ſex fratres ordinis prædicti, ſcilicèt R. Pater Matthæus Thomas de Lotharingia, & F. Fràciſcus Amet Pariſinus, F. Euodius de Suracapa, qui ad inſeruiendum pio cultui in dicto Prioratu, ex nunc deſtinantur, & cæteri conſtituendi à P. F. Matthæo prædicto Priore Conuentus, & ſuis ſucceſſoribus inſeruient, provt & ipſi ſuprà nominati ibidem præſentes inſeruire promiſerunt, & conuenerunt in dicto Prioratu, & iuxta regulas eorum Ordinis, & Religionis, ac ſacri Concilij Tridentini diſpoſitionem, officia diuina exercere, celebrare, & perficere, ac in eodem Prioratu permanere, & continuare vſque ad numerum ſex Religioſorum: nec ab eo recedere, niſi de mandato Summi Pontificis vel aliorum ad id poteſtatem habentium expellantur: aut alias via Iuris amoueantur, & in ibi conſtitutiones, & regulas eorum ordinis inuiolabiliter obſeruare. Item conuenerunt deficientibus dictis fratribus, & eorum ſucceſſoribus in obſeruatione conſtitutionum, Regularum, & auſteritatum dicti Ordinis ipſi Illuſtriſſimo Domino Archiepiſcopo vel ſucceſſoribus ſuis recurrere ad R. P. Generalem ordinis prædicti, vt eius mandato, ac diſpoſitione mutentur, & alij tranſmittentur Patres dicti Ordinis Reformatorum. Item præfati R. P. F. Andreas Fiuizanus Prior Generalis, & R. Pater Ioannes Baptiſta de Plombino dicti Ordinis Procurator Generalis, & F. Matthæus Thomas de Lotharingia, necnon F. Franciſcus Amet Pariſienſis, & F. Euodius de Surapaca promiſerunt, quod in euentum quod ab eodem Prioratu ex quibuſcumque cauſis rationabilibus, recedere, & abire cogerentur, nihil penitus ex mobilibus ſupellectilibus, & vtenſilibus ejuſdem monaſterij eiſdem per inuentarium, & deſcriptionem conſignatis, aſportare valeant nec poſſint quia ſic actum &c.

Deſtinātur ſex religioſi

Quæ omnia & ſingula promiſſa & præſenti inſtrumento contenta partes prædictæ ſemper, & perpetuò attendere & complere, & inuiolabiliter obſeruare promiſerunt: & contra non facere, dicere excipere, opponere, vel venire ex quouis capite, aut quovis prætextu, occaſione, vel cauſa alia vltrà promiſerunt omnium obſeruationem tenere, &c. Ad inuicem voluerunt, & ad damna, &c. De quibus pro quibus omnibus & ſingulis præmiſſis ſic tenendis complendis firmiter, & inuiolabiliter obſer-

obſeruandis dictus Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Dominus Archiepiſcopus ſeipſum ſuóſque in dicto Prioratu, & commenda ſucceſſores,ſuáque,& illorum bona omnia,&c. Ac Iura , &c. Dicti verò R.P.F. Prior generalis, & ſuprà nominati fratres prædicti ſeipſos ac eorum Religionem prædictam , & cujuſcumque eorum in ea reſpectiuè ſucceſſores , Religioniſque bona omnia , &c. Et jura &c. In ampla forma Cameræ Apoſtolicæ , cum clauſulis ſolitis , &c. Citrà &c. Ad inuicem reſpectiuè obligarunt. Renunciantes cuicumque appellationi , &c. Et mandati executiui relaxationi conſenſuerunt , vnica intimatione & citatione præcedente. Et ſic tacto pectore de more Prælatorum,& Religioſorum iurarunt,& vnuſquiſque eorum iurauit, &c. Super quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis petitum fuit à me Notario publico infrà ſcripto vnum , vel plura , publicum vel publica fieri & confici inſtrumentum,& inſtrumenta. Actum Romæ in Conuentu S. Auguſtini,& ſtantijs reſidentiæ prædicti R. P. Prioris generalis ordinis prædicti ibidem præſentibus Illuſtriſſimo Domino F.Petro de la Porta commendatore montisferrantis Cuillac, & Meſſouiſſes gallo equite S.Ioannis Hyeroſolimitani, & Illuſtriſſimo Domino Abel de Sautereau I. V. D. clerico Gratianopolitano teſtibus ad præmiſſa omnia ac ſingula vocatis,habitis,atque rogatis ſignatis. Ego Octauius Cellius Curiæ Romanæ & Cameræ Apoſtolicæ Notarius, de præmiſſis requiſitus hoc publicum inſtrumentum ſubſcripſi & ſignaui requiſitus, &c.

Quare in huius conuentionis executionem Reuerendiſſimus P. Generalis Andreas Fiuizanus has R. Patribus Franciſco Ameç, & Matthæo in Gallias proficiſcentibus literas obedientiales conceſſit.

Frater Andreas Fiuizanus ordinis Eremitarum S. Auguſtini Prior Generalis licet indignus dilectis nobis in Chriſto filiis F.Franciſco Pariſino, fratri Matthæo Lotharingo, & Fratri Euodio Zurapago,ex ordine noſtro diſcalceatorum reformatorum:ſalutem in Domino ſempiternam.

Et ſi nos apertè nouerimus quantum vitæ exemplo Chriſti fidelibus profueritis, dum Romæ permanſiſtis,faciléque inde nobis ſic perſuaſum quantum impoſterum profuturi fuiſſetis:proptereaq; non ſatis libenter vobis licentiam concedamus , vt ex Vrbe Roma diſcedatis, & gratius multò magis foret ſi in ea perſiſteretis. Tamen quoniam ſic placitum fuit ante S. D. N. Clementem VIII. vt Gallias peteretis, eo in conuentu commoraturi quem nuper ordini noſtro donauit Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus DD.Guillelmus Dauençon Archiepiſcopus,& Princeps Ebredunenſis Prior, & perpetuus Commendatarius Conuentualis S. Martini de Miſeriaco ordinis noſtri Gratianopolitanæ Diœceſis.Præſentium itaque tenore, & noſtri officij authoritate licentiam vobis concedimus , vt cum hinc diſcedere libuerit , licitè noſtraq; paterna benedictione in Gallias redire poſſitis : cuius rei gratia omnibus locorum noſtrorum Prioribus ſtrictè præcipimus , vt ad eos diuertentes benigniſſimè vos excipiant, & omni pietate, ac charitate complectantur. Cùm præſertim pecuniam vllam prorſus vobis tangere nō liceat.In nomine Patris,& Filij , & Spiritus Sancti Amen. Datum Romæ die 26.Maij 1696.Officij noſtri affixo ſigillo.

Obedientiales literæ R.P. Generalis.

F. Andreas Generalis indignus.

Locus † ſigilli , *Regiſtr. lib.2.*

VEnientes ergo Præfati Patres in Gallias primo quidem R. P. Matthæus cum quibuſdam aliis: poſteà verò P. Franciſcus Amet: tandem ad Prioratum Villaris benedicti ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini peruenerunt, in loco ſatis eminenti jucundiſſimæ, ac fertiliſſimæ vallis Giſuaudanæ Diœceſis Gratianopolitanæ ſitum, non longè ab Izara fluuio in finibus Allobrogum, & inter duas Arces celeberrimas collocatum. Stat enim ex vna parte ad Occidentem Arx fortiſſima vulgò Barraux, ex alia verò ad Septentrionem toto terrarum orbe Allobrogum Arx notiſſima Montiſmeliani non minus Præſidij generoſitate, & fidelitate: quam loci, ac naturæ munimentis inexpugnabilis: altiſſimis armata muris, horrendis cincta præcipitiis, firmiſſimis aggeribus, creberrimis propugnaculis, & profundiſſimis in rupe exciſa foſſis circumuallata: & quidem jure meritò fuit hic Prioratus velut arx tertia munitiſſima contra nefanda hominum vitia, & falſa hæreticorum dogmata quæ per hanc totam Delphinatus Prouinciam diſſeminata, veram Chriſti fidem ferè extinxerant: hominúmque mores penitùs corruperant. Ad hanc igitur venientes (ſic diuina diſponente prouidentia) veri filij fortiſſimi hæreticorum mallei S. P. Auguſtini, Reuerendus P. Matthæus, & Franciſcus Amet, multas Sanctorum ſecum deferentes reliquias, cum ampliſſima authoritate, abſoluendi hæreticos. alióſque à quibuſcumque caſibus, etiam in bulla Cœnæ Domini expreſſis: ſtatim jam collabentis ædificij hujus conuētus ruinas reparare ceperunt, ſuiſque poſteà inſtructionibus, prædicationibus, confeſſionibus, & ſancta conuerſatione, multos ad veram Chriſti fidem conuerterunt: alios in fide Chriſtiana, & Catholica confirmarunt: & quam plurimos à praua via in ſemitam rectam mandatorum Dei adduxerunt: non tamen ſine maxima difficultate, multiſque laboribus quos libenter pro Chriſti amore, & proximi ſalute ſubierunt ibi enim auſterè admodum, & Religioſiſſimè per aliquot annos viuentes, bellis, & peſtilentiis hanc Prouinciam depiauantibus, ac depopulantibus iis vehementiſſimè afflicti ſunt, præcipuè verò R. P. Matthæus qui peſte correptus diù grauiſſimè ægrotauit: aliíque Patres qui huc aduenerant, nempe P. Ioannes Baptiſta inſignis concionator, & P. Hyeronimus hac peſte affecti, & oppreſſi diem ſuum vltimum obierunt, & hæc fuit cauſa cur accepta licentia veſtiendi nouitios nec illos ad habitum, & profeſſionem admittere: nec alios Conuentus tam citò procurare potuerint, fuit autem P. Matthæus primus Prior, & Vicarius Generalis à Reuerendiſſimo Patre Generali nominatus, & P. Franciſcus Amet Procurator Generalis. Interim S. D. N. Clemens Papa VIII. audita optima eorum fama qui diuino cultui, ac piis exercitationibus ad Dei gloriam, & fidelium ſpiritualem conſolationem, animarúmque ſalutem incumbebant, amplam dedit eis facultatem quæcumque monaſteria, & Eccleſias in Franciæ Regno recipiendi cum omnibus ac ſingulis priuilegiis, gratiis, indultis, indulgentiis, ac exemptionibus, quibus alij S. Auguſtini conuentus eorúmque Priores, & fratres vbiuis exiſtentes vtuntur, & gaudent, vt conſtat ex ſequenti diplomate.

Reu. P. Matthæus, & Franciſcus Amet in cōuentu villaris ben. diſcalc. m. ſituūt.

Bellis & peſte afficiuntur.

CLEMENS

CLEMENS PAPA VIII.

Dilectis filijs Priori, & Conuentui Prioratus Villaris benedicti, Ordinis Fratrum Reformatorum Diſcalceatorum Sancti Auguſtini.

DIlecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem Ordinis veſtri propagationi quantum cum Domino poſſumus proſpicere cupientes, voſq; ſpecialibus fauoribus, & gratiis benignè proſequi volentes, & quemlibet veſtrum quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis ſiquibus quomodolibet innodati exiſtitis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes ſupplicationibus veſtro nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: vobis qui pridem ex noſtro ſpeciali indulto, à bonæ memoriæ Guillelmo Archiepiſcopo Ebredunenſi dum vixit Prioratus conuentualis S. Martini de Miſeriaco ordinis S. Auguſtini Gratianopolitanæ Diœceſis, à quo Prioratus præfatus Villaris benedicti dependebat commendatario: in præfatum Prioratum introducti fuiſtis, ac ibidem vt fide dignorum relatione accepimus diuino cultui, ac piis exercitationibus, ad Dei laudem, & fidelium, ſpiritualem conſolationem, & animarum ſalutem vacatis: vt de generalis Prioris, aut Vicarij veſtri Ordinis conſenſu quæcumque Monaſteria, Eccleſias, & loca vobis à piis Chriſti fidelibus pro tempore oblata, in iſto Franciæ Regno, ſine tamen cujuſque præjudicio recipere, & in illis veſtri ordinis conuentus erigere: dummodò in quocumque conuentu erigendo duodecim ſaltem ejuſdem ordinis Religioſi commodè manuteneri poſſint, liberè & licitè valeatis authoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam concedimus. Nec non conuentibus ſic erigendis eorumq; pro tempore Prioribus, & Fratribus vt omnibus, & ſingulis priuilegiis, gratiis, indultis, & indulgentiis, ac exemptionibus, libertatibus, & immunitatibus quibus alij veſtri ordinis conuentus eorumq; Priores, & fratres vbiuis exiſtentes fruuntur, & gaudent: ac vti frui, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum ſine aliqua differentia vti, & gaudere poſſint, & valeant authoritate & tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Quocirca chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Francorum Regem Chriſtianiſſimum paternè in Domino requirimus, & hortamur, vt pro ſua in Deum pietate, ac in nos & Apoſtolicam ſedem obſeruantia, ordinem veſtrum, ac vos benigno fauore, gratiaq; proſequatur. Venerabilibus verò fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis: ac aliis locorum ordinariis ſuper his à quoquam quauis authoritate fungente moleſtari, perturbari vel inquietari nō permittant præcipimus & mandamus, nonobſtante cōſtitutione Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua voluit fratribus Ordinum mendicantium non licere nouas domos ad habitandum, ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia de prohibitione præfata ſpeciali mentionem faciente

Facultas recipiendi monaſteria.

Gaudent diſcalceati omnibus priuilegiis & gratiis quibus gaudent alij Auguſtiniani.

recipere, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis: necnon eiuſdem Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alias roboratis ſtatutis, & conſtitutionibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem vt præſentium tranſcriptis etiam impreſſis, vel manu Notarij publici ſuſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides habeatur quæ ipſiſmet præſentibus haberetur ſi forent exhibita vel oſtenſa. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 21. Nouembris 1500. Pontificatus noſtri anno 9.

Hac facultate obtenta, cum ſufficientes Religioſi ad nouos conuentus acceptandos inuenirentur: inter quos fuerunt P. Auguſtinus qui ob ſingularem ejus ſimplicitatẽ ſimplex cognominatus eſt, P. Paulus, Ioannes Baptiſta Campanus, Ioannes Franciſcus Maſſilienſis, Hyeronimns à S. Marina, & alij cum quibuſdam fratribus conuerſis. P. Matthæus, & Franciſcus Amet in Prouinciam Galloprouinciæ ſe transferentes anno 1605. menſe Martio extra ciuitatem Maſſilienſem in Eccleſia Dominæ noſtræ de Regio, ſufficienti aſſignata familia conuentum erexerunt: ibique per aliquot annos auſterè admodùm cum maxima totius populi ædificatione vixerunt. Illud autem mirabile refertur, & manifeſtum prouidentiæ diuinæ argumentum cum enim aliquando pranſuri fratres ad menſam ſederent, nec panem aliúdque ad manducandum haberent, pulſata ad januam campanella aſinum panibus aliiſque ad victum neceſſariis onuſtum cum venerando ſene inuenerunt; quæ omnia cum accepiſſet janitor, & ad Superiorem, alióſque religioſos in refectorio ſedentes detuliſſet, ſummas Deo gratias egerunt. Sed cum ad portam rediiſſet janitor vt inquireret quiſnam ille eſſet benefactor qui in neceſſitate abundè Religioſis prouidiſſet: nec aſinum, nec vllum hominem inuenit, quare probabiliter, hæc omnia ſibi diuinitus Miſſa fuiſſe crediderunt. Quia verò dictus conuentus ab vrbe Maſſilienſi nimium diſtabat alium poſteà propè ciuitatem ſub titulo S. Nicolai conſtruxerunt exiſtente fundatore, excellentiſſimo Domino Principe à Guiſia illius Prouinciæ pro-Rege meritiſſimo, in quem Patres circa annum 1613. menſe Auguſto alio derelicto tranſmigrarunt, fuitque ſemper Nobiliſſimus conuentus, & collegium in quo quamplures poſtea, aliarum etiam Prouinciarum Religioſi ſacræ Theologiæ, & Philoſophiæ operam dantes celebres inde: concionatores, & ſacræ Theologiæ Profeſſores extiterunt.

In Galloprouinciã proficiſcuntur & Maſſiliæ monaſterium inſtituunt.

Effectus diuinæ prouidentiæ.

§. II.

Inſtitutio, & Progreſſus Diſcalceatorum S. Auguſtini Lutetiæ Pariſiorum.

REuerendus P. Franciſcus Amet jam videns fœlicem congregationis progreſſum, in conuentibus Villaris benedicti & Maſſiliæ factum, longius

illam

illam dilatare, & in principaliorem totius Regni Ciuitatem introducere voluit. Quare obtento Pontificio diplomate S.D.N.Pauli papæ V. ad Henricum IV. Galliarum Regem Pariſios ſe contulit, ſuóque reſcripto Regi oblato, aliud ab eo obtinuit: quo Auguſtinianis diſcalceatis prioratus S. Martini de Miſeriaco permittit recipere, acceptare, & emere in quibuſcumque Galliarum locis, poſſeſſiones & donationes oblatas, in quibus liberè, & licitè poſſint conuentus,& monaſteria ordinis eorum ædificare: vt clarè conſtat ex ipſomet diplomate regio cujus hæc ſunt ipſamet verba proprio idiomate vernaculo deſcripta.

Aujourd'huy 26. Iuin 1607. Le Roy eſtant à Fontaine-bleau, inclinant à la recommandation de N. S. P. le Pape Paul. V. luy a fait par ſon bref, expedié en faueur des freres Religieux reformez de l'Ordre de S.Auguſtin,du Prieuré de S. Martin de Miſere au Diocese de Grenoble. Sa Majeſté bien aſſeurée de la bonne vie & Religieux maintien deſdits Religieux Auguſtins deſchauſſez, leur a permis de receuoir, prendre, & achepter en tous les lieux, & endroits de ſon Royaume: les poſſeſſions & conceſſions qui leurs ſeront données & conferées par les Communautez ou particuliers: pour y eſtablir Conuents, & Monaſteres de leur ordre, ſans qu'ils puiſſent eſtre en la puiſſance deſdites poſſeſſions & conceſſions en aucune ſorte & maniere troublez, ny inquietez. Ayant ſadite Majeſté, pour teſmoignage de ſa volonté, commandé de leur expedier ce preſent Breuet, qu'elle a voulu ſigner de ſa main, & contreſigné par moy Secretaire d'Eſtat, & de ſon commandement. Signé,

Poſſunt acceptare, & emere poſſeſſiones oblatas in Regno Franciæ.

HENRY.

Et plus bas, BRVLART.

Cùm autem ſereniſſima, Margatita de Valoys Galliarum Regina, ſumptuoſum tunc vellet conſtruere monaſterium, vt in gratiarum actionem tot beneficiorum ſibi à Deo collatorum, votum ſuum compleret: ad inſtantiam præfati R. patris Franciſci Ametti Montargienſis ordinarij eius prædicatoris eximij, ac procuratoris Generalis congregationis Diſcalceatorum Galliæ, eorúmque viuendi modo & pro conuerſatione ducta, huius reformationis conuentum ſuum fundare decreuit. Quare anno 1607. menſe Auguſto ad Reuerendum patrem, Mathæum à S. Franciſca Vicarium generalem ſcripſit, tunc Auenioni reſidentem, vt inibi conuentum conſtrueret. : quatenus ad eam ſe ſtatim conferret, aut aliquos mittere Religioſos, qui authoritate ſua hoc monaſterium acceptare poſſent. Venit ipſemet p. Mathæus cum aliis, breuique tempore Lutetias pariſiorum ſe contulit, & præfatæ Reginæ Regiam ingreſſus, humilique ei facta reuerentia ad maiorem Dei gloriam, & fidelium ſpiritualem conſolationem oblatum monaſterium acceptare ſe promptum, & paratum eſſe exhibuit, hunc Regina humaniſſimè recepit, multúmque ex eius aduentu lætata, reſpondit ſuæ intentionis eſſe in fauorem Auguſtinianorum diſcalceatorum in loco S.Germani iuxta Regiam ſuam, cum Eccleſia, Cappellis, aliiſque neceſſariis ædificiis, nobiliſſimum ædificare monaſterium, pro vi-

ginti adminus Religioſorum habitatione quibus vt commodiùs, & faciliùs diuinis vacarent contemplationibus, ſex mille libras redituum annuatim aſſignare volebat. Quæ omnia pater Matthæus Vicarius generalis, Franciſcus Amet procurator generalis, & præfatæ Reginæ concionator ordinarius, aliique patres libenter acceptarunt. Et propterea quandam eis dedit domum iuxta palatium ſuum, cum omnibus ſuis pertinentiis, dependentiis, hortis, & prædiis, prout ex ſuo conſtat diplomate manu propria ſubſcripto ſub die 10. Iulij 1608. ſtatimque in præfatæ domus, & horti poſſeſſionem pedem impoſuerunt, vbi prædicta Regina Cappellam in figuram exogoni conſtruxerat, ibique orationibus, ſuiſque ſpiritualibus exercitiis, iuxta ſuas conſtitutiones piùmque Reginæ deſiderium inſtabant, in huius autem Capellæ primario lapide qui ad dexteram illius portæ collocatus fuit hæc inſcriptio litteris aureis inſculpta fuit.

Inſcriptio primarij lapidis Monaſterij Reginæ Margaritæ de Valloys pro diſcalceatis Auguſtinianis.

Le 21. Mars 1608. La Reyne Marguerite Ducheſſe de Valoys, petite fille du grand Roy François, fille du bon Roy Henry, ſœur de trois Roys, & ſeule reſtée de la race des Valloys: ayant eſté viſitée, & ſecouruë de Dieu comme Iob, & Iacob: & lors luy ayant voüé le vœu de Iacob: & Dieu l'ayant exaucée, elle a baſti, & fondé ce Monaſtére pour tenir lieu de Autel de Iacob: où elle veut que perpetuellement ſoit renduë action de graces, en recognoiſſance de celles qu'elle à receuës de ſa diuine bonté, & à nommé ce Monaſtére de la Saincte Trinité, & ceſte Chapelle des Loüanges où elle a logé les Peres Auguſtins reformez deſchaux.

Die verò Sabbathi 26. Septembris anno Domini 1609. Sereniſſima Regina de Præfatis Religioſis plurimum contenta, facta cum illis Conuentione coram duobus Notariis Caſtelletti Pariſiorum, puram & ſimplicem inter viuos præfatæ domus, horti, & agrorum in contractu donationis nominatorum fecit condonationem, abſque vlla ſpe alicuius in poſterum reuocationis, & cum clauſulis, & conditionibus ibidem deſignatis, prout ſequitur.

Regina Margarita vouet ædificare & dotare Monaſterium Auguſtinianorum reformatorum diſcalceatorum.

Pardeuant Pierre Gaillard, & Raoul Bontemps Notaires, & Gardenotes du Roy noſtre Sire en ſon Chaſtelet de Paris ſoubzſignez, fuſt preſenté Tres haute, tres puiſſante, & tres excellente Princeſſe Marguerite Reyne Ducheſſe de Valloys, & autres lieux: eſtant en ſon Hoſtel ſiz éz Fauxbourgs de S. Germain D'es-prés, & le Quay de Seine, laqu'elle pour ſatisfaire au vœu qu'elle a fait à Dieu à l'imitation de celuy du Patriarche Iacob, lequel conſiſte en deux poincts, le premier de donner à Dieu le diſme de tout ſes biens, & le ſecond dedifier vn Autel pour rendre graces à Dieu eternellement lors qu'il l'auroit heureuſement reconduit en ſa terre Sa Majeſté à voüé pour faire l'edit Autel de Iacob, de faire baſtir conſtruire, & edifier, fonder, & renter au lieu le plus commode, & plus proche de ſa demeure vn Monaſtere des Auguſtins reformez deſchaux, juſques au nombre de vingt pour le moins, pour y rendre perpetuellement graces, & loüanges à Dieu des deliurances, & Sainct, ſecours qu'il à pleu à ſa Bonté infinie luy donner durant les troubles, & lors qu'elle eſtoit tant au Chaſteau d'Vſſon qu'ailleurs & des biens, & proſperités qu'il

qu'il luy plaiſt journellement luy continuër. Sadite Majeſté meuë de ce ſaint Zele, & pour en perpetuer la memoire, & en faire commencer à ſatisfaire au vœu, & promeſſe qui eſt de faire ledit Conuent au lieu le plus commode, & le plus proche de ſa plus ordinaire demeure, lequel ſera apellé l'Autel de Iacob, qui ſera composé d'une grande Egliſe pour celebrer le Diuin ſeruice, & l'Office ordinaire qu'ont accouſtumé dire, chanter, & celebrer leſdits Religieux Auguſtins Reformez deſchaux qu'elle y met, qui ſera nõmé la Sainćte Trinité, & vne autre Chapelle qui ſera nommée la Chapelle des loüanges, où ſe fera la priere perpetuelle à l'intention de ſa Majeſté, auquel monaſtere y aura vingt Religieux pour le moins, à ſçauoir ſix Preſtres, & quatorze Freres, leſquels quatorze Freres feront prieres continuelles jour & nuićt, de deux à deux alternatiuement, & ſucceſſiuement qui ſe releueront d'heure en heure, de ſorte qu'il leur demeurera ſept heures libres à châcun d'eux pour vacquer au ſeruice ordinaire à quoy ils ſont obligez par le vœu de leur Ordre. Laquelle priere ſera priſe des Hymnes Cantiques, & Pſeaumes d'ačtion de grace qu'ils chanteront à la loüange de Dieu, ſelon les airs qui en ſeront faits: leſquels quatorze Religieux qui vacqueront à ladite priere d'ačtion de graces, ſeront & demeureront renfermez ſans ſortir ny auoir aucune conuerſation auec les perſonnes ſeculiers: mais ſeront continuellement inſtruićts à la meditation et eſleuation d'eſprit ſeulement, pour en faire s'il eſt poſſible des Anges en terre, qui loüeront inceſſamment Dieu: et au regard des ſix peres, ils pourront vacquer tant aux confeſſions, predications, qu'autres œuures pies: ainſi qu'ils ont accouſtumé audit ordre et regle de leurs vœux: et tous enſemblement feront ledit ſeruice Diuin en la grande Egliſe que ſa Majeſté leur fait baſtir, dans vn chœur derriere l'Autel: ainſi qu'ils ont accouſtumé dans leurs autres conuents: Recognoit, et confeſſe ladite Dame Reyne auoir donné, cedé, quitté, tranſporté, par ces preſentes du tout, dés maintenant & à touſiours par donation pure, ſimple, faite entre vifs, ſans eſperance de la pouuoir reuoquer ſi promis, & promet garantir de tous troubles & empéchemens quelconques aux Reuerends Peres dudit Ordre des Auguſtins reformez deſchaux, les Reuerends Peres Matthieu de Sainćte Françoiſe Vicaire General dudit Ordre, & Pere François Amet Procureur general dudit Ordre, & acceptans tant pour eux que pour ledit Conuent, c'eſt à ſçauoir vn corps de logis, conſiſtant en trois trauces appliquées à Salettes, & cuiſine, &c. vt amplius declaratur in contraćtu: *A la charge que leſdits Peres Matthieu de Sainćte Françoiſe, & François Amet pour eux, & tout ledit Conuent, & leurs Succeſſeurs ont promis, ſeront tenus, promettent, & s'obligent de faire chanter, celebrer tout ledit ſeruice deu & accouſtumé ſelon leur ordre à la grande Egliſe, qui auſſi ſera baſtie au lieu ſuſdit: & de faire chanter en ladite Chapelle des loüanges en l'intention de ladite Dame Reyne perpetuellement les Hymnes, Cantiques, Pſeaumes d'ačtions de graces cy-deſſus mentionnez, & ainſi qu'il eſt amplement declaré, & ſelon les airs qui en ſeront baillez par ladite Dame Reyne: à commencer à ce faire, ſi toſt, & incontinent qu'icelle Dame Reyne aura fait baſtir ledit Monaſtere & Egliſe, & iceluy renté de ſix mille liures tournois, &c.*

Tenentur diſcalceati Officiũ cantare more ſolito iuxta eorum ſtatuta.

Donatio pura, ſimplex inter viuos, & irreuocabilis.

Et ladite Dame dit, & declare en la preſence des ſuſdits Peres Matthieu, & François, qu'elle ne veut n'y entend qu'audit Conuent qu'ainſi eſt par elle eſtablys qu'aucune perſonne y puiſſe eſtre reçeu pour Prieur, ſinon qu'il ſoit des Peres deſdits Auguſtins reformez, & deſchaux: & lequel à cette fin ſera eſleu canoniquement a leur chapitre Prouincial: conformement à leurs conſtitutions, car ainſi a eſté accordé entre les parties, &c. Fait & paſſé en l'Autel de ladite Dame Reyne, apres midy le Samedy vingtſixiéme Septembre: ſigné MARGVERITE, & plus bas F. Matthieu de Sainčte Françoiſe, Vicaire general des FF. Auguſtins reformez deſchaux en France, F. François Amet Procureur general deſdits freres Auguſtins reformez en France, &c.

Ex quibus tria notatu digniſſima colligo primum hanc donationem puram ſimpliciter inter viuos, & irreuocabilem eſſe.

Secundùm ex voto Sereniſſimam Reginam Margaritam hoc Auguſtinianorum diſcalceatorum Monaſterium ædificaſſe & dotaſſe.

Tertium diſcalceatos Auguſtinianos vi hujus donationis obligatos tantùm fuiſſe ad celebrandum diuinum officium ſecundùm morem ſolitum eorúmque pſallendi conſuetudinem, more ſcilicet Capucinorum vt ſuprà exprimitur §. 1. in conuentione facta cum Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino Dauençon Ebredunenſi Archiepiſcopo. Prætereà, ad diuinas laudes in Capella ad hoc deſtinata continuò cantandas in Hymnis, Canticis, & Pſalmis ſecundùm tonos, & cantus à præfata Domina Regina aſſignandos.

Anno verò ſequenti 1610. Romam miſit Sereniſſima Regina Patrem Franciſcum Ametum concionatorem ſuum, ac priorem illius conuentus, tótiúſque congregationis Procuratorem generalem ad S. D. N. Paulum V. Vt hoc voti ſui adimplementum, Monaſteriíque fundationem approbaret: & Apoſtolica benedictione: ac indulgentiis confirmaret. Hîc interim per aliquod tempus remanente P. Matthæo Vicario generali, quem cum ſemel præfata Domina Regina in Eccleſia S. Sulpicij concionantem audiiſſet, ſæpiſſimè dixit ſibi viſum fuiſſe alterum Diuum Paulum prædicantem audire. Talis autem fuit tenor literarum ejus ad S. D. N. Paulum Papam V.

Litera ſereniſſimæ Reginæ Margaritæ ad Paulum V.

Tres-Sainčt Pere, voſtre Sainčteté aymant, & recherchant la gloire de Dieu auec tant de zele, j'ay ozé me promettre qu'elle agréeroit l'accompliſſement d'vn vœu que j'ay fait tendant à meſme fin, pour en loüant & glorifiant ſa Diuine bonté luy rendre graces perpetuelles d'vne miraculeuſe déliurance d'vn tres-grand peril qu'il luy pleût faire en moy, lors que j'eſtois à Vſſon, au temps des plus grands troubles de ce Royaume, où ma place ayant eſté ſurpriſe par vne reuolte des ſoldats: & ne me reſtant que le haut du dongeon, il a pleû à ſa toute puiſſante bonté me rendre dans le ſoir victorieuſe de mes ennemis, ma vie, & ma place aſſeurée. En cét éuident danger me reſſouuenant du vœu de Iacob, que j'auois leu dans la Bible, eſtimant y auoir quelque rapport de ma fortune à la ſienne, je voüay à Dieu le meſme vœu que Iacob luy offrit, lors que pour ſe ſauuer de la fureur de ſon frere, il ſe retira vers Laban, auquel Dieu l'ayant exaucé, l'ayant aſſiſté durant les vingt ans de ſon exil, & ramené heureuſement en ſa terre: trouuant ſon frere apaisé, & bien-vueillant enuers luy, & le comblant d'honneur,

d'honneur & des biens, il luy rendit à touſiours le diſme de ſes biens, & luy dreſſa l'Autel d'action de graces qu'il luy auoit voué: Moy tres-indigne de ſemblables faueurs de cette diuine, toute-puiſſante & debonnaire Majeſté, obligée neantmoins de pareilles graces, & aſtrainte par mon ſuſdit vœu, me voyant au bout de vingt ans ramenée par ſa toute-puiſſante main, à la terre de ma naiſſance, auec toute ſorte d'honneurs, & de biens, je me ſuis efforcée d'accomplir mondit vœu. Pour le diſme & pour l'Autel j'edifie tout aupres de ma maiſon où je me tiens ordinairement, vne Abbaye des PP. Auguſtins reformez laquelle j'ay nommé l'Autel de Iacob, où les ſuſdits Auguſtins feront leur Office ordinaire dans vne grande Egliſe nommée la ſaincte Trinité, & outre ce accompliſſant mon vœu (s'il plaiſt à voſtre Saincteté de l'agréer,) comme en toute humilité je l'en ſupplie tres-humblement: ils chanteront inceſſamment les loüanges de Dieu en vne Chapelle particuliere nommée la Chapelle des loüanges, où ſe releuants de deux en deux heures, ils continueront jour & nuict cette angelique action de graces, ſans intermiſſion, pour ſupléer au défaut de la foibleſſe de mon infirmité, qui n'eſt capable de rendre graces à ſa Diuine clemence, de celles que ſi abondamment depuis ma naiſſance, & principalement durant les ſuſdits vingt ans, & juſques à preſent, il luy a pleu faire en moy: & pour pouuoir continuer ce ſaint exercice: mon intention eſt: & ie ſuplie en toute humilité voſtre Saincteté de le trouuer bon, que les ſuſdits Auguſtins reformez, que je fais eſtat de mettre en nombre de vingt, à ſçauoir, quatorze pour vacquer à ce ſaint exercice de loüanges perpetuelles de Dieu, pour de deux en deux auoir cette heure libre pour leur repos, & Office ordinaires de leur ordre: & ſix Peres qui pourront preſcher, dire des Meſſes, confeſſer, ainſi qu'ils ont accouſtumé: qu'il plaiſe à voſtre Saincteté que les ſuſdits quatorze deſtinez à cette action de graces perpetuelle, ſoit renfermez ſans auoir aucune communication auec le monde, n'y ayant que les ſix peres qui puiſſent ſortir pour vacquer (comme il eſt dit aux Predications, Meſſes, & confeſſions qu'ils ont accouſtumé. Pour cett cauſe, conſiderant que s'ils eſtoient mendians comme ils ſont de leur ordre, les ſuſdits quatorze ne pourroient accomplir ce que deſſus, j'ay renté la ſuſdite Abbaye, ſous le bon plaiſir de voſtre Saincteté de deux mille eſcus de rente par an. Ie ſupplieray donc tres humblement vôtre Saincteté en toute humilité proſternée à ſes pieds, auoir agréable ma ſuſdite fondation, & l'honnorer de ſes ſainctes benedictions, & Indulgences par le R. P. François l'vn de mes Predicateurs, Prieur de madite Abbaye que i'enuoye expres vers voſtre Saincteté pour luy repreſenter & requerir ce que deſſus, la ſupliant encor en toute humilité tres-humblement m'honorer de l'honneur de ſa bien-veillance, & de ſes ſainctes benedictions, comme &c.

Laudauit, & approbauit ſua Sanctitas pium Sereniſſimæ Reginæ deſiderium, & voti implementum, pro fabrica Monaſterij Reformatorum S. Auguſtini, vt conſtat ex literis S.D.N. Pauli V. Kalend. Iulij 1610. & Eminentiſſimi Cardinalis Borgheſij nepotis die 22. Iunij 1610.

PAVLVS PAPA V.

Reſcriptum Paul. V. ad S. Reginam Margaritã de Valois.

CHariſſima in Chriſto filia noſtra ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Literas tuas legimus pietatis, Religionis, zeli diui amoris, & honoris plenas: ex quibus magnam in Domino conſolationem cepimus. Laudamus filia pium affectum tuum, & non minus prudenter quam religioſè facis ſollicitè curam reddere quæ vouiſti: dum enim te gratam, ac memorem accepti beneficij Deo exhibes, multò magis miſericordiam diuinam tibi concilias, & dum gratias agis eius bonitati, quod in die tribulationis protexerit te, illius præſidium tibi comparas, quo ſecurior incedere poſſis per lubricam fallacis huius ſæculi fœlicitatis viam, qua nimis frequenter mortales, à ſalutis tramite aberrant. Perge in Nomine Domini: hanc autem petitionem tuam conſiderabimus vt quantum cum Domino poſſumus laudabili deſiderio tuo ſatisfaciamus. Paſtorales labores noſtros, vt precibus eius Deo iugiter commendes, à te petimus: tibi benedictionem noſtram Apoſtolicam permanenter impartimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, Kal. Iulij 1610. Pontificatus noſtri Anno 6.

Littera Eminentiſſimi Card. Borgheſij ad ſeren. Reginã Margaritã.

NOſtro Signore niuna coſa piu che la ſalute dell' anime ama ancora in ciaſcuno, & piu nei gran Principi per l'eſempio, tutte quelle opere che danno ſegno di Religione, & di zelo: per queſto ſua Santità ha inteſo, con molta ſua conſolatione, il penſiero di V. M. circa la fabrica del Padri Reformati di S. Agoſtino, della dotatione del Conuento, & delli eſſercitij ſpirituali, che in eſſo deueranno farſi da eſſi Padri, conforme all' inſtitutione di V. M. alla quale ſua beatitudine riſponde in queſto negotio quanto l'occorre diſpoſtiſſima, conſiderato che ſi ſia di dar ogni ſodisfattione poſſibile, & io in quello che potro ſeruire à V. M. non laſciero deſiderare il debito della mia ſeruitu con qual fine baccio à V. M. riuerentemente la mano. Di Roma, &c.

Idem, etiam Paulus V. Indulgentiam plenariam in perpetuum conceſſit omnibus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis de Sacra Communione refectis, qui Eccleſiam Sanctiſſimæ Trinitatis, & cappellam B. Mariæ de laudibus nuncupatam dictæ Eccleſiæ contiguam, in Burgo S. Germani Ciuitatis Pariſienſis, ordinis fratrum Eremitarum reformatorum diſcalceatorum S. Auguſtini, in ſolemnitatibus Sanctiſſimæ Trinitatis, Aſſumptionis B. V. Mariæ, ac Sancta Margaritæ, nec non S. Bonifacij Martyris viſitauerint prout ſequitur.

PAVLVS PAPA V.

AD perpetuam rei memoriam ſplendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de eminentiſſima ejus Maje-

Majeſtate ſperantium, tunc præcipuè benigno fauore proſequitur, cum deuota ipſorum humilitate, ſanctorúmque precibus, & meritis confirmatur. Volentes igitur Eccleſiam Sanctiſſimæ Trinitatis, & capellam Beatæ Mariæ de laudibus nuncupatam dictæ Eccleſiæ contiguam, in Burgo S. Germani Ciuitatis Pariſienſis Ordinis fratrum reformatorum diſcalceatorum S. Auguſtini, aliquo ſpeciali munere decorare: de Omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, eius auctoritate confiſi, omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus. Verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſancta communione refectis, qui Eccleſiam, & capellam præfatis in Sanctiſſimæ Trinitatis, Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, ac Sanctæ Margaritæ, nec non S. Bonifacij martyris feſtis diebus: à primis Veſperis vſque ad occaſum ſolis, diebus huiuſmodi ſingulis annis deuotè viſitauerint: & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint: quo die Præfatorum id egerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus: præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem vt ſi alias Chriſti fideles dictas Eccleſiam, & capellàm viſitantibus aliquas alias Indulgentias perpetuò vel ante tempus nondum elapſum duraturas, conceſſerimus: præſentes nullæ ſint. Datum Romæ apud Sanctam Mariam ſub annulo Piſcatoris die 4. Auguſti 1610. Pontificatus noſtri anno 6.

Indulgentia plenaria pro Eccleſia & capella, fratrũ diſcalc. S. Auguſtini Monaſterij Reginæ Margaritæ.

Hanc prætereà diſcalceatorum reformatorum S. Auguſtini Congregationem nouiter in Galliis plantatam fouere, & Apoſtolico benigno fauore proſequi volens. Idem ſummus Pontifex ad inſtantiam præfati R. P. Franciſci Ameti eiuſdem congregationis Procuratoris Generalis Bullam ſequentem confici mandauit.

PAVLVS PAPA V.

AD perpetuam rei memoriam. Aliàs fælicis recordationis Clemens Papa VIII. Prædeceſſor noſter dilectis filijs Priori, & Conuentui Prioratus Villarisbenedicti Ordinis fratrum Reformatorum Diſcalceatorum S. Auguſtini, vt de Prioris Generalis aut Vicarij ſui Ordinis conſenſu, quæcumque Monaſteria, Eccleſias, & loca ſibi à piis Chriſti fidelibus pro tempore oblata in Regno Franciæ ſine tamen cuiuſque præiudicio recipere, & in illis ſui Ordinis conuentus erigere, dummodo in quocumque Conuentu erigendo duodecim ſaltem eiuſdem Ordinis Religioſi, commodè manuteneri poſſint liberè, & licitè valerent, Apoſtolica authoritate licentiam conceſſit: necnon Conuentibus ſic erigendis, eorúmque pro tempore Prioribus, & fratribus: vt omnibus, & ſingulis priuilegiis, gratiis, indultis, & indulgentiis, ac exemptionibus, libertatibus, & immunitatibus: quibus alij eiuſdem Ordinis Conuentus, eorúmque Priores, & fratres vbiuis exiſtentes, vtuntur, fruuntur, & gaudent: ac vti frui, & gaudere poſſunt, & poterunt, quomodolibet in futurum, ſine aliqua differentia vti, frui, & gaudere poſſent, & valeant authori-

Confirmatio Bullæ Clemẽtis VIII.

tate Apoſtolica conceſſit, & indulſit, & alia prout in ipſius Clementis prædeceſſoris deſuper, & in ſimili forma breuis expeditis litteris plenius continetur. Cum autem ſicut dilectus filius Franciſcus Ametus eiuſdem Ordinis Procurator Generalis, nobis nuper exponi fecit: ipſemet plurimum cupiat literas Clementis prædeceſſoris, ac priuilegia in eis contenta pro firmiori eorum ſubſiſtentia, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, vt ſuper præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictum Franciſcum Procuratorem Generalem, ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſuplicationibus eius nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: literas Clementis prædeceſſoris prædictas, ac priuilegia in illis contenta, dummodo tamen ſint in vſu, & ſacri Concilij Tridentini decretis, ac noſtris, & Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus, regularibúſque dicti Ordinis inſtitutis non aduerſentur: nec reuocata aut abolita, aut ſub aliquibus reuocationibus, & abolitionibus comprehenſa ſint: Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò confirmamus, & aprobamus illiſque perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, non obſtantibus fœlicis recordationis Bonifacij PP. VIII. prædeceſſoris noſtri, qua voluit fratribus ordinis mendicantium non licere nouas domos ad habitandum, ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ licentia, de prohibitione præfata ſpecialem mentionem faciente recipere, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis: necnon dicti ordinis, & iuramento, confirmatione Apoſtolica: vel quauis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſuis perſonis in contrarium præmiſſarum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die quarta Decembris Milleſimo ſexcenteſimo decimo. Pontificatus noſtri 6.

S. Cobellucius.

Anno denique 1611. die 3. Auguſti Reuerendiſſimus P. Ioannes Baptiſta de Aſte Genuenſis, ordinis Eremitarum S. Auguſtini Prior generali, dictum Conuentum in numerum Monaſteriorum generalium cooptauit, cum omnibus priuilegiis, quibus cætera religionis monaſteria, quæ appellantur generalia potiuntur.

Cùm ergo Auguſtiniani diſcalceati præfatorum domus, horti, & prædiorum legitimi, & pacifici fuiſſent poſſeſſores eorumque omnibus religionis exercitiis in capella à prædicta Regina, adhuc effectum conſtructa, & conceſſa de conſenſu Dominorum Abbatis Religioſorum, & Conuentus S. Germa-

Germani de patris ab anno 1608. vſque ad diem 29. Decembris anni 1612 ſumma cum deuotione, totiúſque populi ædificatione vacaſſent: miſſis ad eos illuſtriſſimo D. Cæcilio Epiſcopo gracenſi, & præfatæ Reginæ eleemoſinario: ac Patre Andrea Auguſtiniano calceato ejuſdem capellano iuſſit Regina vt ex cappella, domo aliiſque irreuocabiliter donatis exirent quod ſtatim mandatis illius obtemperantes, facere coacti ſunt. Sed quia talis diſceſſus, in dedecus, & congregationis ignominiam vergebat: cum nec in aliquo præfatam Reginam offendiſſent, nec in minimo quidem defeciſſent, quin omnes clauſulas, & conditiones donationis irreuocabilis obſeruaſſent, ac ſemper obſeruare promiſiſſent. Reuerendus Pater Franciſcus Ametus Procurator generalis congregationis diſcalceatorum, & Prior huius Conuentus, nec non F. Auguſtinus à S. Margareta eiuſdem ordinis, & conuentus profeſſus, tam ſuis nominibus, quam totius congregationis, & ordinis teſtato reclamauerunt, proteſtantes talem ſuum diſceſſum violenter factum, nihil ſibi officere, aut præjudicium aliquod afferre poſſe, quo ad effectum præfatæ donationis, & aliarum quarumcumque conſequenter factarum: vt ſuis loco, & tempore ſibi prouidere, & conſulere poſſent: provt de jure faciendum judicarent. Sic habetur in proteſtatione facta coram duobus Tabellionibus Regiis, Caſtelleti Pariſienſis, ſubſignatis Le Moine, & de S. Leu. Et quia præfata Regina nouum alium contractum, cum Patribus Auguſtinianis calceatis Communitatis Bituricenſis poſteà inierat. Prædictus F. Auguſtinus à S. Margareta plenam habens auctoritatem, & procurationem à R.P. Franciſco Ameto Procuratore generali Congregationis Diſcalceatorum: præcedentes jam factas proteſtationes proſequens die 28. Ianuarij 1613. in præſentia duorum Tabellionum Caſtelleti Pariſienſis D'Auuergere, & de ſainct Leu, ſequentia de verbo ad verbum declarauit: *Qu'au préjudice des Contracts faits entre la Reyne Marguerite, & le Vicaire General de l'Ordre des Auguſtins reformez deſchaux, pour la fondation d'vn Monaſtere aux charges & conditions contenuës, & inſerées audit contract, verifié au Parlement, acceptation & approbation dudit Ordre: Aucuns des particuliers du Conuent de cette Vlle de Paris ayant voulu diuertir la pieté & deuotion de ſa Majeſté: luy ont conſeillé par diuers artifices, & contre la diſcipline monaſtique de changer de volonté, & reſolution reuoquer & annuller ledit contract ſolemnel, celebre, & irreuocable: & par meſme moyen bleſſer les Peres de la reformation dudit Ordre, au profit duquel Ordre ledit contract s'eſt celebré, & le droict acquis incommutablement d'iceluy, comme d'effect par telles impreſſions, & importunitez leſdits particuliers abuſans de la bonté, pieté, & deuotion de ſadite Majeſté ont fait dreſſer vn nouueau contract, par lequel ils eſperent appliquer à leur profit vſage & commodité la beneficence & liberalité accordée audit Ordre reformé, & par ce moyen opprimer ledit Ordre par vne mauuaiſe enuie indigne du vœu qu'ils ont voüé à Dieu. Pour ces cauſes, ledit de Saincte Marguerite audit nom, & ſelon la charge & commandement qu'il a de ſes Superieurs, a d'abondant & derechef proteſté, & proteſte nullité de tous les autres contracts qui ſont ou ſeront faits par ſa Majeſté au préjudice de celuy qu'elle a fait auec les*

Proteſtationes factæ contra vſurpationē factam conuētus Reginæ Margaritæ.

Reuerends Peres Auguſtins deſchauſſez en datte du 26. Septembre 1609. lequel ne peut eſtre reſolu ou reuoqué ſans le conſentement du Chapitre general, & ſans oüyr les Peres dudit Ordre, &c. Fait & paſſé à Paris és eſtudes deſdits Notaires ſouſſignez l'an 1613. le lundy apres midy 28. Ianuier.

Similes identidem proteſtationes factæ, & ſtatutis temporibus præfatis Patribus communitatis Bituricenſis dictum Conuentum vſurpantibus, juridice intimatæ ſunt, & intimantur: imò vt cunctis manifeſta fieret hujus conuentus vſurpatio, nec vnquam capitulum generale ſuum dediſſe conſenſum. In comitiis generalibus totius ordinis Romæ habitis die 24. Maij 1625. inter alia decretum eſt, Auguſtinianos diſcalceatos dicti conuentus reſtitutionem juridicè proſequi poſſe, vt conſtat ex ſequentibus.

Magiſter Frater Hyeronimus Romanus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Prior Generalis licèt indignus.

CVm perſonaliter Pater diſcretus Congregationis noſtræ Diſcalceatorum Galliæ coram nobis, & Patribus diffinitory Capituli generalis comparuerit, & ſignificauerit quatenus ab octo annis circiter Patres communitatis Franciæ abſque vllo iuſto titulo ſe introduxerint Pariſiis in conuentum quendam qui fuerat Patribus congregationis diſcalceatorum: aſſignatus, & conceſſus per donationem inter viuos irreuocabilem, & cum tranſlatione dominij factam à Sereniſſima Domina Margareta de Valoys Regina Franciæ: & cuius conuentus poſſeſſionem ipſi Patres diſcalceati per aliquot annos detinuerant. Proindè ſupradictus diſcretus nomine congregationis ſuæ, à nobis & Diffinitorio generali exegit, & requiſiuit vt auctoritatis noſtræ munimine iterum in conuentum ſibi abſque vllo titulo (vt dixit) ablatum Patres ſuæ obſeruantiæ admitterentur. Quare nos de conſenſu, & concilio Patrum qui nobis aſſiſtunt, & diffinitorij Capituli Generalis re maturè trutinata, & præponderata dedimus facultatem dictis Patribus diſcalceatis quæ poſſent tractare, & ſua jura deffendere circa reſtitutionem dicti conuentus apud Chriſtianiſſimam Majeſtatem, eiuſque Senatum à quibus dicti PP. Communitatis prætendunt ſuprà dictum conuentum obtinuiſſe. Rogantes in Domino admodùm Illuſtres eiuſdem Senatores & Magiſtratus vt ſedulò audiant, & videant quidquid de iure competit, ſiue Patribus diſcalceatis, ſiue PP. Communitatis, ſupradicti conuentus proprietatem ex ſubſellio in Domino decernant, iudicent, & declarent: nolentes neutrius partis iuri officere præcipientes inſuper vt determinationi Regiæ abſque ſtrepitu, & rumore fratres vtriuſque obſeruantiæ pareant, & obediant. Datum Romæ in Comitiis noſtris generalibus die 24. Maij 1625.

Noſtri Officij affixo ſigillo.

Locus † *ſigilli*, *Fr. Hyeronimus Romanus Generalis indignus.*

Ex quibus liquidò conſtat quam malè, & perperam dixerint aliqui ex hoc Conuentu à Sereniſſima Regina Margarita Auguſtinianos diſcalceatos vacua ſpe, & ſpecie auſteritatis eorum deluſa: ejectos fuiſſe,& ſponte in locum eorum Patres communitatis Bituricenſis ſubrogaſſe. Hi enim diſcalceatorum progreſſui maximè inuidentes, variis artificiis, importuniſque ſollicitationibus præfatæ Reginæ perſuaſerunt, vt ſibi hunc conuentum concederet, quo facto faciliter, & inauditis partibus non expoſita rei veritate, ſequens reſcriptum à S.D.N. Paulo prædicti PP. extorſerunt.

PAVLVS PAPA V.

Dilecto Filio Priori Prouinciali Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini Prouinciæ Franciæ.

Dilectè fili ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem: nomine chariſſimæ noſtræ in Chriſto filiæ noſtræ Margaretæ Reginæ Illuſtris, nobis nuper expoſitum fuit quod ipſa pro voti alias per eam miſſi implemento,in Ciuitate Pariſienſi vnam domum regularem ſuis propriis expenſis pro vſu, & habitatione aliquot Religioſorum diſcalceatorum nuncupatorum ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini qui iuxta pium eiuſdem Reginæ Margaritæ deſiderium, Miſſam maiorem ac horas canonicas in Eccleſia eiuſdem domus poſtquam perfecta foret: & interim in certa dictæ domus capella ad id deſtinata diu,noctúque decantarent: de licentia noſtra fecit conſtrui animo, & intentione illam de conceſſis ſibi à Domino facultatibus dotandi. Cùm autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, fratres diſcalceati prædicti iuxta regularia eorum inſtituta, nec Miſſam horáſque Canonicas decantare neque bona ſtabilia poſſidere ſoleant, & debeant, & Propterea dicta Regina Margareta plurimum cupiat, fratres reformatos calceatos nuncupatos eiuſdem ordinis, in dictam domum introduci. Nos dictæ Reginæ Margaretæ piis deſideriis annuentes, ipſámque ſpecialis gratiæ fauore proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris,& pœnis à iure,vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodocunque innodata exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutam fore cenſentes ſupplicationibus, eius nomine ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: tibi per præſentes committimus, & mandamus vt fratres diſcalceatos prædictos, ſi qui in dictam domum ſint introducti ad eorum Priores vel alias domos Regulares ſui ordinis reduci, ſeu transferri, ac in primo dictam domum, vt prædicitur conſtructam fratres Reformatos calceatos nuncupatos eiuſdem Ordinis, loco dictorum fratrum diſcalceatorum introduci cures, & facias: nos enim tibi ad id plenam, & Apoſtolicam facultatem, & auctoritatem tenore præſentium concedimus, & impartimur: iiſdémque fratribus calceatis poſtquam ſic introducti fuerint, vt omnibus priuilegiis gratiis, & indultis à nobis & Apoſtolicæ ſedis poteſtate,

Fratribus diſcalceatis in dictam domum introductis ſeu qui introducendi erant conceſſis, dummodo eorum Regularibus inſtitutis non repugnent, uti frui, & gaudere poſſint, & valeant indulgemus: nonobſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis: necnon & ordinis prædictorum & iuramento confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alias roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die decima-quarta Auguſti 1613. Pontificatus noſtri anno 1.

C O N O.

Quæ omnia manifeſtam hujus Bullæ ſurreptionem, poſteriorîſque donationis in fauorem Calceatorum factæ nullitatem demonſtrant. Veritati enim non innititur huius bullæ expoſitio, Auguſtinianos nempè diſcalceatos vi donationis factæ obligatos fuiſſe ad Miſſam maiorem & horas canonicas alta voce decantandas, vt enim ex contractu donationis conſtat totum diuinum Officium ſecundùm eorum tantùm conſuetudinem dicere, & celebrare tenebantur: atqui eorum conſuetudo hæc ſolum erat, vt totum Officium pſallerent more Capucinorum, vt ſuprà diximus: ſic enim dicitur in illa donatione, *pour y celebrer le Diuin ſeruice de l'Office ordinaire qu'ont accouſtumé dire, chanter, & celebrer les Religieux Auguſtins reformez deſchaux qu'elle y met, &c.* Et infrà, *à la charge que ledit Pere Matthieu de Saincte Françoiſe, & François Amet pour eux, pour ledit Conuent, & leurs ſucceſſeurs, ont promis ſeront tenus promettent, & s'obligent de faire chanter, celebrer tout ledit ſeruice deu & accouſtumé ſelon leur ordre en ladite Egliſe, &c.*

Ordo autem diſcalceatorum, nec Miſſam, nec officium diuinum alta voce iuxta morem magni Conuentus cantare præcipiebat: imo prohibebat. Neque hoc potuit ignorare Sereniſſima Regina cum ſæpiſſimè diſcalceatos in capella conceſſa & poſſeſſa Miſſas, & diuinum officium celebrantes, iuxta eorum ſtatuta, ſpatio ferè quinque annorum audiiſſet: nec vnquam de tali cantu conqueſta fuiſſet, donec poſtea æmulorum perſuaſione nouas abligationes in contractu minimè contentas indicere voluit. Perperam etiam æmuli noſtri expoſuerunt, iuxta regularia eorum ſtatuta diſcalceatos non poſſe nec ſolere bona ſtabilia poſſidere: poſſe enim, & ſolere conſtat à prima eorum inſtitutione in Conuentu villaris benedicti, vbi trium Religioſorum prouentum ſemper habuerunt, neque vnquam id vlla lege à ſede Apoſtolica Confirmata prohibitum fuit; & ſi aliquando fuit ſuper hoc aliquod ſtatutum particulare à ſede Apoſtolica non confirmatum, potuit faciliter per capitulum generale diſcalceatorum abſque vlla diſpenſatione mutari. Quare cum à Reuerendo P. Matthæo Vicario Generali, & Franciſco Amet procuratore Generali eiuſdem congregationis acceptata fuerit hæc Conuentus 6000. Librarum dotatio: manifeſtum fuit argumentum bonorum ſtabilium poſſeſſionem vllo modo contra eorum regularia ſtatuta fuiſſe.

Sole clariùs patet ex eo quod ab inuictiſſimo Rege bonæ memoriæ Henrico IV. petierint, & obtinuerint facultatem poſſidendi in Regno Galliæ prouen

prouentum S. Martini de Miſeré, & omnia alia bona, & poſſeſſiones in omnibus aliis locis à piis Chriſti fidelibus oblatis, cum ampliſſimis aliis fauóribus, & gratiis nec non ratificationem, & confirmationem contractus præfatæ donationis aliorúmque inter Sereniſſimam Reginam Margaritam, & ſeipſos quæ omnia continentur in ſupra citato diplomate Regio ſub die 26. Iunij anno 1607. & in ſequenti menſe Martio 1610. Confirmato à Ludouico decimo tertio menſe Iunio 1613.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre, à tous preſens & à venir ſalut. Comme nous auons touſiours deſpuis noſtre aduenement à la Couronne procuré de tout noſtre pouuoir ce qui concerne l'honneur, & la gloire de Dieu, & dreſſé nos plus particulieres affections à maintenir la foy, & Religion Catholique en tout noſtre Royaume: nous auons de bon cœur loüé, & remercié la diuine bonté, quand il luy a pleu ſuſciter des perſonnes de de pieté, deuote, & Religieuſe vie, & de notable doctrine: pour pouuoir cooperer parmy noſtre peuple à nos ſainctes & droites intentions: & quand elles ſe ſont preſentées à nous: deüement auctoriſez de noſtre S. P. le Pape en ce qui eſt du ſpirituel, de leur maniere de vie, les auons tres amiablement receus, aprouuez, & fauoriſez: leur octroyant benignement tout ce qu'elles ont ſceu deſirer de nous, pour vaquer, & s'employer en toute paix & aſſeurance à ſi loüables & profitables exercices: entre leſquels noſtre Sainct Pere nous ayant dés pieçà recommandé les Freres Religieux Hermites Reformez Deſchaux de l'Ordre de Sainct Auguſtin, leurs aurions tres volontiers fait expedier vn breuet donné à Fontaine-bleau le 26. jour de Iuin 1607. pour pouuoir poſſeder en noſtre Royaume de France Prieuré de Sainct Martin de Miſeré au Dioceſe de Grenoble, & tous autres biens & poſſeſſions en tous autres lieux, & endroits de noſtredit Royaume, que les Communautez, ou perſonnes particulieres leur offriroyent volontairement pour baſtir Conuents, ou Prieuré de leurdit Ordre, & reformation: & du deſpuis nous ayans ſupliez par noſtre tres-chere & aymée ſœur la Reyne Marguerite, fondatrice d'vn Monaſtere de l'Ordre deſdits Freres Religieux Hermites Reformez deſchaux de Sainct Auguſtin, aux Fauxbourgs de noſtre bonne Ville de Paris, que noſtre bon plaiſir fuſt d'aprouuer par nos lettres Patentes, & authentiques ladite fondation. Donc eſt-il qu'ayant égard à la tres-humble priere de ladite Reyne noſtre trés-chere ſœur, & bien aſſeurez du grand fruict qu'iceux Freres font à la conuerſion des ames par leur bonne vie, exemple, & continuelles predications. De noſtre plein pouuoir, puiſſance, & authorité Royale auons pour agreable loüé, ratifié, & confirmé: loüons, ratifions, & confirmons ladite fondation: voulans, & ordonnans, & nous plaiſant qu'elle aye lieu ſuiuant ledit Contract paſſé, ou à paſſer entre noſtredite ſœur la Reyne Marguerite, & les ſuſdits freres Religieux Hermites Reformez deſchaux de l'Ordre de ſaint Auguſtin: & outre ce, en contemplation de noſtredite ſœur, & pour leur bonne & ſainte vie, biens, predications deſdits freres, & autres cauſes à ce nous mouuans: De noſtre plein pouuoir, & auctorité Royale, Voulons, & permettons qu'ils puiſſent par tous noſtredit Royaume de France edifier lieux, & Conuents,

Approbatur & cõfirmatur ab Henrico IV. fundatio Conuentus Reginæ Margaritæ cum omnibus contractibus.

receuoir poſſeder tenir toute ſorte de biens, & poſſeſſions qui leurs ſont deſia, & ſeront cy-apres par les Prelats, Seigneurs, Communautez; ou particuliers aumonez, donnez à eux à cét effect: & qu'ils joüiſſent de tous & chaſcuns les priuileges, franchiſes, & immunitez par les feux Roys de bonne memoire nos Predeceſſeurs, & nous octroyez & concedez aux autres freres Hermites de S. Auguſtin de noſtredit Royaume: leſquels priuileges, franchiſes, & immunitez de nouueau entant que beſoin eſt, nous octroyons auſdits Freres Reformez Deſchauz. Si donnons en mandement à nos Amez, & feaux Conſeillers les gens tenans nos Cours de Parlement, Chambre des Comptes de Paris, Roüan, Bordeaux, Tolouze, Aix, Grenoble, Preuoſt de Paris, Baillifs, leurs Lieutenans, & tous autres nos Iuſticiers qu'il apartiendra: que ces preſentes, chaſcun endroit ſoy, & comme ils ſeront requis, ils faſſent lire & enregiſtrer, & du cõtenu & entier effet d'icelles, jouir par leſdits Freres Hermites de S. Auguſtin Reformez Deſchaux, pleinement, & perpetuellement: ceſſant, & faiſant ceſſer tous troubles & empeſchemens à ce contraires, car tel eſt noſtre plaiſir. Et afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à tousjours, nous auons fait mettre noſtre ſeel à ces Preſentes, ſauf en autre choſe noſtre droit, & l'autruy en toutes. Donné à Paris au mois do Mars, l'an de grace 1610. & de noſtre Regne le 20.

Confirmatio precedentiũ à Ludou. 13. LOVYS par la grace de DIEV Roy de France & de Nauarre, à tous preſens & à venir ſalut. Le feu Roy HENRY le Grand noſtre tres honoré Pere & Seigneur, que Dieu abſolue, deſirant teſmoigner l'affection, & deuotion qu'il auoit à maintenir la Religion Catholique en ce Royaume, auoit par ſon breuet du 26. Iuin 1607. Inclinant à la recommandation de N. S. P. le Pape, ſuiuant ſon Bref, expedié en faueur des Freres Religieux Reformez de l'Ordre de S. Auguſtin, du Prieuré de S. Martin de Miſeré au Dioceſe de Grenoble, & bien aſſeuré des bonnes vies, & mœurs deſdits Religieux, permis à iceux de receuoir, & accepter en tous les lieux, & endroits dudit Royaume les poſſeſſions, & conceſſions qui leur ſeront données, & conferées par les Communautez; & particuliers, pour baſtir Conuents, ou Prieuré de leur Ordre. Et deſpuis ſa Majeſté par lettres Patentes du mois de Mars 1610. Reiterant la meſme grace, & conceſſion: leur auroit accordé, & permis de baſtir, & edifier par tout noſtredit Royaume, lieux, & Conuents: receuoir, poſſeder tenir toutes ſortes de Biens & poſſeſſions qui leurs eſtoient, & ſeroyent aumoſnées, & données à cet effect: & qu'ils joüyſſent de tous & chaſcuns les priuileges, franchiſes, & immunités par les feux Roys nos Predeceſſeurs, & Sa Majeſté, octroyez, & concedez aux autres Freres Hermites de Sainct Auguſtin de noſtredit Royaume: & icelles entant que beſoin eſtoit octroyez: Et comme leſdits Hermites Reformez Deſchaux n'ont peu ſi promptement produire l'effect deſdites lettres par diuerſes conſiderations, & difficultez qui ſe ſont rencontrees en leur eſtabliſſement: & qu'à preſent ils deſirent jouir, & vſer du benefice ſuſdit, ils craignent de receuoir des empeſchemens par le defaut de verification des lettres, ils nous ont tres humblement ſuplié & requis leur vouloir accorder la meſme grace; & leur pouruoir de nos

Lettres

Lettres à ce neceſſaires. Nous à ces cauſes, deſirans autant qu'il nous eſt poſſible l'accroiſſement, & l'augmentation de l'honneur, & ſeruice de Dieu, de pouuoir teſmoigner dequel ſoin & affection nous cheriſſons & embraſſons les occaſions qui s'offrent en noſtre Royaume, pour nous inciter auec noſtre peuple à la deuotion, & reuerence de noſtre Dieu : et pour les meſmes cauſes & raiſons qui ont meu noſtredit feu Pere. De l'aduis de la Reyne Regente noſtre tres-honorée Dame, & Mere : porté du meſme Zele & deſſein, de nos graces ſpeciales, pleine puiſſance, & auctorité Royale auons confirmé, & aprouué les priuileges, franchiſes, & immunitez accordées par noſtre feu Pere auſdits freres Hermites dudit Ordre de S. Auguſtin reformez deſchaux, & entant que beſoin eſt, & ſeroit leur auons de nouueau permis & octroyé: voulons & nous plaiſt, qu'ils puiſſent en tout noſtredit Royaume de France edifier lieux, & Conuents, receuoir, poſſeder, & tenir toutes ſortes de biens, & poſſeſſions qui leur ſont deſia, & ſeront cy-apres par les Prelats, Seigneurs, & Communautez, ou particuliers aumonez, & donnez à cét effect : & qu'ils joüiſſent de tous & chaſcun les priuileges, franchiſes, & immunitez octroyées, & concedées aux autres freres Hermites de Sainct Auguſtin de noſtredit Royaume. Si donnons en mandement à nos Amez, & feaux Conſeillers les gens tenans nos Cours de Parlement, &c. vt ſuprà. *Donné à Paris au mois de Iuin, l'an de grace* 1613. *& de noſtre Regne le* 14.

LOVYS.

Par le Roy, la Reyne Regente ſa Mere preſente.

BRVLART.

Vides amice lector an Auguſtiniani diſcalceati bona immobilia poſſidere poſſint, & quam malè & falſo expoſuerint aduerſarij vt præfatum conuentum vſurparét eos illa nõ potuiſſe habere maximè verò cum præfati conuentus dotationem regiam 6000. librarum in fauorem diſcalceatorum factam & ab ipſis acceptatam Paulus V. laudauerit & approbauerit potuerunt enim, imò debuerũt eam acceptare quia quindecim fratres diſcalceati ad laudes diuinas perpetuò cantandas deputati foras exire non poterant vt ex Solis piorum Chriſti fidelium eleemoſinis viuerent, eóſque propterea Sereniſſima Regina dotare voluit, vt ex ipſa ſua donatione conſtat : *pour cette cauſe conſiderant que s'ils eſtoient mendians comme ils ſont de leur ordre, les ſuſdits* 14. *ne pourroient accomplir ce que deſſus, i'ay renté la ſuſdite Abbaye ſous le bon plaiſir de vôtre Sainctete de deux mille eſcus de rente par an, &c.* Sciebat ergo præfata Regina Diſcalceatos mendicantes eſſe, & tamen eos in hoc caſu dotare voluit ſub beneplacito Summi Pontificis. Quare cum malitioſa ſuppreſſio veritatis annullet reſcriptum *a*, & ſemper ſubintelligatur, ſi præces veritate nitantur *b*. Iudicet amicus lector ſi præfatum Pauli V. reſcriptum extortum, & ſubreptitium iure merito cenſeri non debeat : præcipuè verò cum ſit in notabile præjudicium Iuris quæſiti diſcalceatorum : quod per quaſcumque litteras Apoſtolicas etiam motu proprio, & ex certa ſcientia emanatas nunquam tollitur, vt ipſemet Paulus V. declarauit in regulis, ordinationibus, & conſti

a D. in literis extra de reſcript.
b C. ex parte de reſcript.

conſtitutionibus Cancellariæ Apoſtolicæ die 28.Maij 1606. Sic enim ſtatuit. §.17.de non tollendo jus quæſitum. *Item nec per varias quæ pro commiſſionibus ſeu mandatis, & declarationibus habendis in cauſis plerumque fiunt ſuggeſtiones juſtitia poſtponatur. Idem Dominus noſter decreuit & declarauit ſuæ intentionis fore quod deinceps per quamcumque ſignaturam ſeu conceſſionem aut gratiam, vel literas Apoſtolicas pro commiſſionibus, ſeu mandatis, aut declarationibus hujuſmodi etiam ſi ex motu proprio, aut ex certa ſcientia, aut etiam ante motam litem à Sanctitate ſua emanauerunt, vel de ejus mandato faciendas: nulli jus ſibi quæſitum quomodolibet tollatur.*

Quare præfato Pauli V. reſcripto hoc eiuſdem Pauli decretum oppono, qui præuidens ex multorum ſuggeſtionibus Iuſtitiam debere poſtponi declarauit in hoc reſcripto ſuæ intentionis eſſe, vt ius Diſcalceatis quæſitum nullo modo tollatur.

Præterea quis neſcit donationem puram, & ſimplicem inter viuos, & irreuocabilem, ex voto factam in fauorem Patrum diſcalceatorum, & ab ipſis cum omnibus ſuis clauſulis, & conditionibus acceptatam, à ſummo Pontifice Paulo V. approbatam, à ſuprema Pariſienſi Curia confirmatam, conſentientibus Dominis Abbate, & Religioſis ſancti Germani de pratis nulla ratione niſi de conſenſu partium diſſolui poſſe. Nunquam autem patres diſcalceati ſuum præbuerunt aſſenſum, vt conſtat ex præmiſſis omneſque conditiones in contractu contentas ſemper adimplere promiſerunt, eas etiam quæ ad quatuor decim fratres pertinent qui continuo bini, & bini ſucceſſiuè diuinas laudes in capella Beatæ Mariæ de laudibus diu, noctuque cantare debebant, & ideo iure merito Capitulum generale totius ordinis permiſit eis, vt iura ſua deffendere, & proſequi circa præfati Conuentus reſtitutionem poſſent, quare non adeo gloriari debent aduerſarij de diſcalceatorum (vt aiunt) ab hoc conuentu expulſione: imo potius de eorum iniuſta, ac illegitima huius monaſterij vſurpatione dolere tenentur quod breuiter Deo fauente, reſtituendum eſſe ſperamus. Non enim remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.

Interim annum circiter 1619. Menſe Iulio Patres Diſcalceati Pariſios redeuntes vt vſurpati conuentus iacturam compenſarent, alteri monaſterio in ſuburbiis montis martyrum quæ nunc in ipſa ciuitate continentur Principum dederunt vbi de conſenſu Illuſtriſſimi & R. D. Ioannis Franciſci de Gondi Archiepiſcopi Pariſienſis, & Supremi Senatus approbatione celebre, & egregium monaſterium conſtruxerunt. Anno ſiquidem 1629. die 9. Decembris quæ fuit Dominica poſt feſtum immaculatæ conceptionis Beatæ Virginis Mariæ: poſt debellatos Hæreticos, & biennij ſpatio ſuprà centum, & quinquaginta eorum Ciuitates partim vi, partim deditioni Imperio ſuo ſubjugatas: poſt deuictam Rupellam toto terrarum orbe celeberrimam, Rupellam non minus Ciuium ſuorum peruicatia, quam naturæ munimentis inexpugnabilem, triplici murorum cinctu, & multo magis Occeano æſtuante conſiſam, & quæ vires ſuas olim experta tot Regum jugum detrectauerat: ſubrutis ab imis fundamentis ejus mœnibus, & foſſis complanatis: non immemor

memor tot beneficiorum Ludouicus XIII. Rex Chriſtianiſſimus Eccleſiæ, & Monaſterij fundatorem ac totius congregationis Diſcalceatorum protectorem, ſeipſum declarauit: voluitque perſonaliter, cum Principibus cæteriſque aulæ ſuæ nobilibus, cæremoniis omnibus intereſſe, quæ in primarij lapidis præfatæ Eccleſiæ fundatione ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino Ioanne Franciſco de Gondi Archiepiſcopo Pariſienſi non minus deuotè quam magnificè celebrata ſunt. In hoc autem primario lapide hæc inſcriptio inſculpta erat.

AD MAIOREM D.O.M. GLORIAM.

LVDOVICVS XIII. Dei gratia Francorum & Nauarræ Rex Chriſtianiſſimus vbique Victor, & ſemper inuictus: poſt tot inſignes auxiliante Deo reportatas victorias, ſubmiſſam inimicorum ſuorum ſuperbiam, & proſtratam hæreſis inſolentiam, in perpetuum pietatis ſuæ monumentum hanc Eccleſiam Auguſtinianorum diſcalceatorum Conuentus Pariſienſis ſub titulo Dominæ noſtræ de Victoriis fundauit anno ſalutis 1629. *die* 9. *Decembris & Imperij ſui* 19.

In hujus actionis perpetuam memoriam, varia diſtributa ſunt numiſmata argentea, quorum alia Dominam noſtram de Victoriis coronam auream ex vna manu tenentem ſuper literam L. in medio duarum palmarum collocatam repræſentabat cum hoc dicto, *Virgo Cælo ſibi nobis laurea donat*, quædam verò S. Patrem Auguſtinum exhibebant Eccleſiam manu ſuffulcientem cum his verbis, *Pollice quàm teneo me verbo ſuſtinet ades.* Nonnulla Regis effigiem reddebant cum hac inſcriptione *Ludouicus XIII. Francorum, & Nauarræ Rex.* Cætera denique Franciæ & Nauarræ gentilitia continebat ſtemmata cum hoc lemmate epigraphico, *Lilia non gignunt Lauri ſed lilia lauros.*

Hunc Regium Conuentum idem Ludouicus XIII. omnibus gratiis & priuilegiis quibus alij Conuentus gaudent muniuit, totiuſque congregationis Diſcalceatorum patrocinium ſuſcepit: prout ampliùs in ſequenti diplomate Regio à ſupremo Pariſienſi Senatu, aliiſque ſupremis Curiis confirmato, & approbato continetur.

LOVYS par la grace de Dieu Roy de France, & de Nauarre, à tous preſens, & à venir ſalut. Les Roys nos predeceſſeurs ont tellement chery la pieté auec des ſoins ſi particuliers & recherché l'augmentation de l'Egliſe Catholique Apoſtolique & Romaine, que les frequens teſmoignages qu'ils ont rendu de leur inſigne deuotion leur ont acquis le tiltre, & l'eminente qualité de fils aiſné d'icelle: qualité qui nous eſt en telle recommandation, que nous nous propoſons touſiours de faire des actions qui en ſoyent dignes moyennant la grace, & aſſiſtance diuine que nous implorons, & implorerons toute noſtre vie pour n'en point faire qui y ſemblent contraire. Et à cét effect recognoiſſans les grandes & manifeſtes vtilitez que nos ſubiets reçoiuent de jour en jour des Religieux

Auguſtins reformez deſchauſſez, par tous les lieux de noſtre Royaume où ils ſont eſtablis, tant par leurs bons exemples, ſainɛteté, et auſterité de vie, que par leurs confeſſions, predications, exhortations, & autres pieux & deuots exercices, dont noſdits ſubjects tirent des aſſiſtances ſpirituelles extraordinaires au ſalut de leurs ames : & mettant en conſideration les loüables & grands ſeruices que ladite congregation rend au public, deſirans leur teſmoigner la ſatisfaction que nous en receuons; comme auſſi ayans eſgard à la recommandation & exhortation que noſtre tres-ſaint Pere le Pape Vrbain VIII. nous a fait en leur faueur par ſa bulle du 20. Iullet 1628. Pour marque à jamais de la pieté & deuotion que nous auons à la glorieuſe Vierge Marie, & pour teſmoignage de la ſinguliere affection que nous portons audit Ordre des Religieux Auguſtins reformez deſchauſſez. Nous auons voulu eſtre fondateur de leur Egliſe & conuent de noſtre bonne Ville de Paris, laquelle nous auons dedié à noſtre Dame des Victoires en action de graces de tant de glorieuſes victoires que le Ciel nous a fauorablement départy par l'entremiſe de la Vierge, & aſſiſter en perſonne à l'action de ladite fondation, & à toutes les ceremonies, & ſolemnitez qui y ont eſté faites par noſtre Amé & feal Conſeiller en noſtre Conſeil d'eſtat, le Sieur Archeueſque de Paris le neufuiéme du preſent mois. A ces cauſes, & autres à ce nous mouuans : Sçauoir faiſons que pour la particuliere deuotion que nous auons audit ordre, & l'augmentation des Religieux d'iceluy, pour l'exacte & ſoigneuſe obſeruation qu'ils font de leur Regle, & pour le deſir auſſi que nous auons de participer à toutes leurs prieres, ieuſnes, & oraiſons auſquelles inceſſamment ils vacquent, & les conuier particulierement de prier Dieu pour noſtre perſonne, & celle des Reynes nos treshonorées Dame, & Mere, tres chere & tres aymée Eſpouſe & Compagne : & pour la proſperité de noſtre Eſtat auons agreé, & agreons leur ſupplication: & en ſuite d'icelle leur auons octroyé, & accordé, octroyons, & accordons ces nos Lettres patentes ſignées de noſtre main, par leſquelles nous nous declarons fondateur de ladite Egliſe, Conuent, & Congregation ſous le tiltre de noſtre Dame des Victoires, afin qu'ils y vacquent à leurs Saincts exercices, Meſſes, Offices, Predications, confeſſions, & autres fonctions Religieuſes, comme ils font en nos autres Villes ſuiuant, & conformément aux ſtatuts, reigle, & inſtitution de leur ordre ſans qu'ils y puiſſent eſtre troublez, & inquietez : dont nous faiſons tres expreſſes inhibitions & deffenſes à toutes perſonnes de quelle qualité, & condition qu'elles ſoyent ſur peyne aux contreuenans de punition exemplaire : prenans, & mettans à cet effect ladite Egliſe, maiſon, Conuent, & congregation en noſtre protection & ſauue-garde ſpeciale : & d'autant qu'aux fondations Royales nous auons accouſtumé de donner & eſlargir des grands priuileges pour marque ſinguliere de noſtre affection et deuotion audit ordre. Nous voulons que ladite Egliſe, Congregation, et Conuent de Paris ioüiſſe des meſmes droicts, priuileges, exemptions, franchiſes, et immunitez que les autres fondations Royales, leur accordans et octroyant à cét effect tous les dons, graces, et faueurs que nous auons octroyé aux Egliſes et maiſons de la qualité ſuſdite. Si donnons en mandement à nos Amez et feaux Conſeillers les gens tenans noſtre Cour de Parlement, Chambre des Comptes, Cour des Aydes, et nos Procureurs generaux en icelles, et à tous nos autres Iuſticiers, Officiers,

Ludouicus XIII. fundator Conuentus Pariſienſis.

Protector totius congregationis diſcalceatorũ.

ciers, & ſubjects qu'il appartiendra, que de ceſdites lettres, & de tout le contenu en icelles, ils faſſent, ſouffrent, & laiſſent iouir plainement, & paiſiblement ladite Congregation des Religieux Auguſtins reformez deſchauſſez, perpetuellement à touſiours, ceſſans, & faiſant ceſſer tous troubles, & empechemens contraires: nonobſtant nos Edits que nous auons fait pour l'eſtabliſſement des Religieux aux Villes que nous voulons eſtre doreſ-en-auant, pleinement, & exactement obſeruez, leſquels nous n'entendons toutefois porter aucun preiudice à ladite Congregation, attendu qu'ils ſont poſterieurs à la fondation que nous auons faite de leurſdits Egliſe, maiſon, & Conuent de noſtre Dame des Victoires : & generalement, nonobſtant toutes Ordonnances, Reglemens, & choſes à ce contraires, auſquelles nous auons pour ce regard derogé, & derogeons par ceſdites preſentes, car tel eſt noſtre plaiſir: & afin que ce ſoit choſe ferme, & ſtable à touſiours, nous y auons fait mettre noſtre ſeel. Donné à Paris au mois de Decembre 1629. & de noſtre Regne le 20. Signé par le Roy de Lomenie auec paraffe, & ſeellé de cire verte en lacs de ſoye verte & rouge, & plus bas eſt eſcrit Viſa. Plus à coſté eſt eſcrit: Regiſtrées, oüy le Procureur general du Roy pour iouir par les impetrans de l'effect & contenu en icelles aux charges contenuës en l'Arreſt de ce jour. A Paris en Parlement le 25. iour de Iuin 1633. ſigné du Tillet, auec paraffe. Et ſic in aliis Curiis.

Hunc prætereà Conuentum Regium pro inſignibus conuentualibus, & ſcutariis ſymbolis, ſuiſmet teſſeris gentilitiis honorare voluit, cum hac ſolum differentia vnius Beatæ Virginis Mariæ Corona Regia inſignitæ in medio ſcuti quod præfert in area cerulea, tria lilia Francica aurea cum corona Regia ſine tamen ornamentis ſanctorum ordinum S. Michaëlis, & Spiritus ſancti, ſed cum ſolis victoriarum palmis, & duobus Angelis ſcutariis telamonibus, vt conſtat ex ipſomet diplomate Regio propria manu ſubſcripto die 6. Ianuarij 1638. *Stemmata gentilitia Conuentus Pariſienſis.*

Nec dum finis tot gratiarum, & Priuilegiorum: Ludouicus XIIII. hodie fœliciter Regnans Paternarum virtutum cum Imperio hæres, ac ſingularis munificentiæ, & liberalitatis erga Diſcalceatorum ſancti Auguſtini congregationem eam ſtatim in ſuam protectionem ſuſcepit, quam, & ſingulas eius prouincias honorariis, ac gentilitiis ſtemmatibus diſtinctis, & particularibus decorare voluit prout ſequitur.

Aujourd'huy 20. *jour du mois de Iuin* 1649. *Le Roy eſtant à Amiens, voulant ainſi que les Roys ſes predeceſſeurs donner aux ordre Reguliers qui ont leur generalité, & leur principe en ſon Royaume les marques d'honneur dont elles doiuent vſer & eſtre decorées en ſigne de leur eſtabliſſement François. Veut & ordonne que l'Ordre des Auguſtins deſchauſſé de la Sacrée, & Royalle Congregation des Gaules que le feu Roy d'heureuſe memoire Louys le Iuſte XIII. du nom ſon tres-honoré Seigneur & Pere, a mis en ſa particuliere, & Royalle protection, comme ſa Majeſté la met en ſa ſpeciale & perpetuelle de la Couronne de France aye, & porte pour ſes armes generales d'honneur, & de Iuriſdiction l'eſcu d'azur, ſemé de fleurs de lys d'or, accompagné en cœur d'vn petit eſcu* *Stemmata gentilitia, Congregationis & triũ Prouinciarũ diſcalceatorum Galliæ.*

 d'or

d'or à trois cœur de geule chargé de trois fleurs de lys d'or, deux & vne, entoure d'vn chappelet d'or marqué de croix paſtées de ſable, chargées d'vne petite noſtre Dame d'or, & angles de quattre petites fleur de lys de meſme couronné de l'ancienne couronne de France, & orné d'vn chapeau Epiſcopal, ayant pour ſouſtenans ou ſupoſts deux Peres de l'Ordre, tenans l'eſcu d'vne main, & de l'autre chaſcun vne croſſe d'or ſemé de cœurs, & de fleurs de lys de meſme. Et parce que ſadite Majeſté veut, & entend donner pour touſiours ſon reglement aux armes de ladite congregation: elle veut, & ordonne que les trois Prouinces Meres dans laquelle elle a eſté, & eſt originairement: & eſt encor preſentement diuiſée: ſçauoir, Prouence, Dauphiné, & France porteront toutes trois eſcartelées au premier & dernier des Armes generales de l'Ordre: au ſecond, & troiſiéme, Prouence portera d'or à la Croix de ſable, cantonné de quatre cloux de meſme, à la bordure d'azur chargé de quatre cœurs, & de quatre fleurs de lys d'or entouré du chapellet de l'Ordre, & ſouſtenu de deux Religieux, d'vne main à l'eſcu & vn cœur de l'Ordre à l'autre: couronné d'vne couronne d'or de trois fleurs de lys ſeulement, & orné d'vn chapeau Epiſcopal: Dauphiné d'azur à trois firs de lance d'argent, deux & vn à la bordure d'or chargée de quatre Dauphins d'azur: le chapelet, & la Couronne, le chapeau, & les ſupports comme l'autre. France d'argent à cinq couronnes d'eſpines de ſynople, deux, vne, & deux à la bordure d'azur ſemé de cœurs, & de fleurs de lys d'or: le chapelet, la couronne, le chapeau, & les ſuports comme les autres. Et pource qui eſt des Prouinces qui ſeront diuiſées à l'aduenir: Sa Majeſté donnant pour priuilege d'honneur, & de faueur ſpeciale à ces trois premieres Prouinces, les trois meres de l'Ordre, qu'elles ſeulement eſcarteleront des Armes generales de la congregation. Veut & ordonne qu'elles eſcarteleront au premier, & au dernier de la Prouince dont elles ſeront emanez, & au ſecond, & troizieſme de ce qui leur ſera ordonné par le Chapitre general, auec le chapelet, la couronne, le chapeau, & les ſuppoſts de meſme des Anciens. Et pource qui eſt des Conuents particuliers, les Chapitres Prouinciaux en ordonneront: voulant pourtant, & ordonnant Sa Majeſté qu'ils porteront la bordure de leurs Prouinces: & les chapellets, & les ſupoſts ſeulement, à la reſerue du Royal Conuent de noſtre Dame des Victoires de Paris, auquel elles demeureront telles, & ainſi que feu d'heureuſe memoire le Roy ſon tres-honoré Seigneur & Pere les a ordonnez par le breuet de ſa fondation: Et parce que telle eſt la volonté de Sa Majeſté, elle m'a commandé le preſent breuet en eſtre expedié, lequel elle a voulu ſigner de ſa main, & fait contreſigner par moy ſon Conſeiller, & Secretaire de ſes commandemens.

LOVYS.

DE LOMENIE.

§. III.

§. III.

Progreſſus Diſcalceatorum in Gallo-Prouincia, Delphinatu, Normandia, Burgundia, Aluernia, cæteriſque Prouinciis.

FLorentiſſima ſemper fuit Ciuitas Auenionenſis quæ ad Rhodanum in loco amœniſſimo ſita firmiſſimis, & pulcherrimis cincta muris ſub ſuaui ſummorum Pontificum ditione, tot ſumptuoſiſſimis Eccleſiis, & quarum cumque vtriuſque ſexus Religionum Monaſteriis celeberrima, in ſui admirationem quoſcumque attrahit quare haud difficile fuit Patribus noſtris in hac alma tot religioſorum parente auſteram ſuam inſtituere reformationem anno itaque 1608. Circa menſem Aprilis nouum monaſterium prope celeberrimum S. Bernardi Nozocomion, ſub titulo S. Auguſtini erexerunt, & inter famoſiſſima congregationis Monaſteria annumeratur, fuit que fœcundiſſimum tot Religioſorum ſeminarium qui in eo poſt facta Religionis tyrocinia, doctrina deinde, & pietate inſignes alias prouincias inſtituerunt ſuiſque virtutibus, & vitæ exemplo illuſtrarunt. *Conuentus Auenionenſis.*

Aquis ſextiis in prouincia Prouinciæ extra muros Ciuitatis in ſub vrbio S. Ioannis aliud extructum eſt nobiliſſimum monaſterium, anno 1616. circa menſem Iulium, & in Ciuitate aliud poſtea acceptatum in Eccleſia S. Laurentij anno 1647. *Conuentus Aquenſis.*

In oppido Burgundienſi Prouinciæ Delphinatus, & diœceſis Viennenſis anno 1620. Circa menſem Martium recepti ſunt Patres diſcalceati, & deuotum extruxerunt Monaſterium. *Conuentus Burgundienſis.*

Gratianopoli extra muros Ciuitatis Dominus Ioannes Claudius Dufaure cum Dominus in temporalibus loci S. Martini de Vinoux quoddam Eremitorium cum Capella in loco, caſtello à balma nuncupato diſtrictus dicti loci S. Martini, cum quodam terreno, & parua ſylua vendidit nobis ſub die vltima Aprilis 1621. Vt conſtat ex contractu de ſuper facto ratificato, & approbato ab Illuſtriſſimo Epiſcopo Gratianopolitano Petro Scarton die 16. Iannuarij 1641. ſub beneplacito S. ſedis Apoſtolicæ quod poſtea à S. D. N. Vrbano VIII. in ſignatura Iuſtitiæ obtentum fuit. Ibi ergo conſtituta ſufficienti Religioſorum familia hunc locum multis ædificiis, & noua Eccleſia auxerunt itaut modo ſit pulcherrimum, & amœniſſimum Eremitorium, in ſpelunca, & ampliſſima altiſſimi montis concauitate ſitum, fontibus lympidiſſimis, & fructibus abundans, quem in locum ſæpiſſimè fratres recollectionis ergo, ſe ſe recipiunt vt facilius exercitiis ſpiritualibus, diuiniſque contemplationibus ſedulò vacare poſſint. *Eremitoriū Gratianopolitanū Dominæ noſtræ à Balma.* Aliud præterea Monaſteſterium habent in ipſa ciuitate non longe à Palatio Pro Regis magnificentia, & liberalitate donatum, & fundatum à Potentiſſimo Domino Carolo Cre- *Conuentus Gratianop.*

quio leſdigueriarum Duccis Franciæ Pari, & Mareſcallo, Delphinatus primariæ Regni Prouinciæ Rectori, & nulli Francorum procerum tum natalibus tum virtute tum auctoritate ſecundo: accedente etiam conſenſu Supremæ eiuſdem ciuitatis curiæ, ac Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Principis, & Epiſcopi Gratianopolitani, prout ſequitur.

Conſenſus Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Epiſcopi Gratianopolitani.

Petrus Scarron Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Epiſcopus, & Princeps Gratianopolitanus, Abbas S. Martini de Miſeriaco, Decanus Decanatus Sabaudiæ Epiſcopatui noſtro perpetuò vniti, vtriuſque Regij conſeſſus Conſiliarius, & ſtatuum Delphinatus Præſes perpetuus. Cum Paſtorali noſtro Officio conueniat pia & Religioſa vota benignis proſequi fauoribus, & nobis ex parte RR. Patrum S. Auguſtini diſcalceatorum fuerit expoſitum, illos in votis habere ad maiorem Dei gloriam, & Chriſtianam populi vtilitatem, in hac Ciuitate locum aliquem vbi commodè Deo ſecundùm Regulæ ſuæ inſtituta famulantes commorari, & habitare poſſint, eligendi ſub beneplacito noſtro, & auctoritatis noſtræ munimine fulti. Nos de illorum vita morum, & conuerſationis integritate: necnon de illorum laudanda induſtria tam in prædicatione verbi Dei quam in audiendis confeſſionibus, & Sacramentis Eccleſiæ ritè adminiſtrandis, debitè informati. Viſis litteris Apoſtolicis, & conceſſionibus Regiis nobis perdictos Patres exhibitis, & ſatisfacientes expreſſo mandato nobis nuper facto ore proprio Chriſtianiſſimi, & piiſſimi Regis noſtri. Illis harum ſerie in hac Ciuitate locum de nouo conſtruere, ſeu conſtructum recipere, in quo communiter habitent Deo ſeruientes, publicè mendicare eleemoſinas recipere, & alijs omnibus priuilegijs quibus cæteri mendicantes Religioſi in Vrbe quæſtantes potiuntur, liberè gaudere, vti & frui poſſint: omnimodam facultatem impertimur: ita tamen vt numerus eorundem fratrum qui commorabunt in hac Ciuitate non ſit major quam quatuor Sacerdotum, & duorum laicorum donec aliter à nobis fuerit illis conceſſum. Omnibus, & quibuſcumque tam laicis, quam clericis noſtræ Diœceſis, & præcipuè huius Vrbis nobis ſubditis prohibentes ſub excommunicationis pœna, & alia Iuris noſtro arbitrio infligenda, prædictos Reuerendos Patres in aliquo turbare, aut aliquam inferre moleſtiam: quinimò volumus vt vbique benignè recipiantur, & charitatiuè tractentur in omnibus quibus illos indigere contigerit. Datum Gratianopoli die 18. menſis Februarij anno 1633.

PETRVS Epiſcopus Gratianop.

Per Præfatum R. D. Epiſcopum.

Anno verò 1624. circa menſem Iulium ſtabilitus eſt Conuentus diſcalceatorum in ſuburbiis crucis Rubræ, Nobiliſſimæ Ciuitatis Lugdunenſis, ſub titulo S. Dyoniſij de conſenſu Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Dioniſij de Marquemont Archieſpiſcopi Lugdunenſis Galliarum Primatis, & poſtea Eminentiſſimi S. R. E. Cardinalis: huius Monaſterij, & Eccleſiæ primarium lapidem nobiliſſimi Mercatorum præfectus, conſules, & Scabi-

Ciui

ni Ciuitatis impoſuerunt, & modo celeberrimum conſtructum eſt Monaſterium cum Eccleſia deuotiſſima in cuius Cappella Dominæ Noſtræ ſeptem dolorum effigies Beatæ Mariæ Virginis de Monte acuto multis gratiis, & miraculis clara veneratur.

Tanta beneuolentia Auguſtinianos diſcalceatos proſecutus eſt Ludouicus decimus Tertius Rex Chriſtianiſſimus, & ſingulari pietate prædictus vt eoſdem in Cappella ſua regia ſiue Cappellania B. Fiacrij in domo Regia de logiis, in ſylua S. Germani in Laya quam eis ſumma liberalitate conceſſit die 30. Septembris 1626. inſtituerit: vbi poſteà Chriſtianiſſima Regina Anna Auſtriaca pij, ac Iuſti Regis veſtigia ſequens anno 1644. nouam, & ſumptuoſam Eccleſiam propriis ſumptibus ſub Deiparæ gratiarum titulo ædificauit, ac dotauit, primariúmque illius lapidem ab Excellentiſſimo Domino à ſancto Simone Duce ac Franciæ Pari, vice ſua apponendum curauit cuius hæc erat inſcriptio.

D. O. M.

Pietatis & Religionis ergo? Anna ab Auſtria totius Imperij Gallici Regina Regens: Auguſtiſſimi, & Triumphantis, Galliarum, & Nauarræ Regis LVDOVICI XIV. Parens piiſſima, hunc primum lapidem pro Eccleſia Auguſtinianorum diſcalceatorum apud S.Germanum in Laya ſub titulo Dominæ noſtræ gratiarum, tot tantarúmq; gratiarum deſuper receptarum haud quaquam immemor apponere voluit menſe Iulio 1644.

In hujus rei memoriam, & perpetuum pietatis Reginæ monumentum varia diſtributa ſunt Numiſmata argentea, huiſcque monaſterio Regio gratiæ omnes, & priuilegia conceſſa quibus alij Conuentus Regij, gaudent vtuntur, & fruuntur, vt amplius in litteris Regiis tam præfatæ fundationis quam dotationis à Ludouico 14. Confirmatis, & ſupremo Pariſienſi ſenatu aliiſque ſupremis Curiis approbatis, & regiſtratis continetur, tenoris ſequentis. *Fondatio & dotatio Regia Monaſterij & Eccleſiæ S.Germani in Laya.*

ANNE par la grace de Dieu Reyne Regente de France, & de Nauarre Mere du Roy: A tous preſens & à venir, ſalut. Conſiderans le bon exemple, & la grande edification que les Religieux Auguſtins deſchauſſez donnent à vn chaſcun en tous les lieux où ils ſont eſtablis dans ce Royaume; par leur pieté & vie exemplaire, nous les auons apellez du lieu dit vulgairement les Loges dans la Foreſt de S.Germain en Laye, pour nous y rendre, & à toute la Cour les aßiſtances, & conſolations ſpirituelles: & pour témoignage de la ſinguliere affection que nous portons à leur Ordre, & pour marque de la pieté & deuotion que nous auons touſiours eu à la glorieuſe Vierge Marie, nous aurions dés le ſixiéme Iulliet 1644. voulu eſtre fondatrice de ladite Egliſe & Conuent, laquelle nous aurions dedié & conſacré à Dieu, ſous le tiltre, & inuocation de noſtre Dame de Graces, en remerciement de tant de victoires que le Ciel a fauorablement deſparti à cés eſtat par l'entremiſe de la Vierge; & en ſuite donné nos Ordres à noſtre Couſin le Duc de S.Simon, pour y mettre & appoſer la premiere

pierre ſous noſtre nom, ce qui auroit eſté fait: ayant aſſiſté à toutes les ceremonies & ſolemnitez qui lors en furent faites par le Reuerend Pere Lazare de Sainte Magdelaine lors Prouincial dudit Ordre en la Prouince de France, par commiſſion de noſtre Amé, & feal le Sieur Archeueſque de Paris, en datte du douziéme Iuillet dudit an. A ces cauſes nous auons auſdits Religieux Auguſtins deſchauſſez octroyé, & accordé, octroyons, & accordons ces preſentes, ſignées de noſtre main: par leſquelles nous nous declarons fondatrice de ladite Egliſe, & Conuent, ſous le tiltre de noſtre Dame de Graces où ils pourront vacquer à leurs Saints Exercices, Meſſes, Offices, exhortations, & autres fonctions Religieuſes ſelon ledit Ordre, & inſtitut ſans qu'ils y puiſſent eſtre troublés & inquietés par qui que ce ſoit: prenant, & mettant à cette fin ladite Egliſe, & Conuent ſous noſtre protection, & ſauuegarde ſpeciale pour iouir des meſmes droicts, priuileges, exemptions, franchiſes, immunitez que les autres fondations Royalles. Partant, prions, & neantmoins mandons à nos Amez, & feaux Conſeillers du Roy noſtre tres-honoré Sieur & fils, les Gens tenants la Cour de Parlement à Paris, Chambre des Comptes, & Cour des Aydes, & autres ſes Officiers, & les noſtres qu'il appartiendra, que des preſentes, & de tout le contenu ils faſſent, ſouffrent, & laiſſent iouir leſdits Religieux Auguſtins deſchauſſez, & leurs ſucceſſeurs pleinement, & paiſiblement: ceſſant, & faiſant ceſſer tous troubles & empeſchemens contraires car tel eſt noſtre plaiſir. Et afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à touſiours, nous auons fait mettre noſtre ſeel à ceſdites. Donné à Paris au mois de Feurier l'an de grace 1648. ſigné ANNE. & au dos il eſt eſcrit, enregiſtrez en la Chambre des Comptes, oüy le Procureur General du Roy, &c. Et ſic in aliis Curiis.

Confirmatio fundationis, & dotationis Conuentus S. Germani in Laya.

L*OVYS par la grace de Dieu Roy de France, & de Nauarre, à tous preſens & à venir, ſalut. Eſtant bien & deüement informez du fruict, & vtilité qu'apportent les Religieux Auguſtins Deſchauſſez en noſtre foreſt de S. Germain en Laye, apellé les Loges, & des aſſiſtances & conſolations ſpirituelles que nous eſperons y receuoir lors que nous y ſerons auec toute noſtre Cour & ſuite: en conſideration deſquelles, & des aduantages que produit ledit eſtabliſſement audit lieu la Reyne Regente noſtre tres-honorée Dame, & Mere, ayant en l'année 1644. voulu eſtre fondatrice de l'Egliſe & Conuent dedié ſous le nom de noſtre Dame de Graces, ayant aſſiſté pour elle, & en ſon nom noſtre Couſin le Duc de Saint Simon à toute l'action, aux ceremonies, & ſeruices qui y furent faits & celebrez par le Reuerend Pere Lazare de ſainte Magdelaine, Prouincial dudit Ordre en la Prouince de France, par commiſſion de noſtre Amé, & feal le Sieur Archeueſque de Paris, en date du 2. Iuillet audit an: & pour ſubuenir à leurs neceſſitez, & les obliger à prier Dieu pour nous, & la proſperité de cét Eſtat, nous leur aurions donné la ſomme de trois cents liures tournois, à prendre par vn chaſcun an ſur noſtre Domaine de Saint Germain, & ſpecialement ſur les deniers des coupes des bois taillis, & Haute-futaye, qui s'afferment en l'eſtendüe d'iceluy, par nos Lettres du mois de Feurier 1644. Verifiez où beſoin a eſté: Nous en confirmant ladite fondation, & don par nous*

cy-deuant

cy-deuant auxdits Religieux Auguſtins deſchauſſez, le tout cy-attaché ſous le contreſeel de noſtre Chancellerie, leurs auons de l'aduis de la Reyne Regente noſtre tres-honorée Dame, & Mere, & de noſtre grace ſpeciale, pleine puiſſance, & auctorité Royale icelle fondation & don, loüé, ratifié, & approuué: loüons, ratifions, & approuuons: veulons, & nous plaiſt, qu'elle ſorte en ſon plein & entier effet: & que leſdits Religieux Auguſtins deſchauſſez ioüiſſent des meſmes droicts, priuileges, exemptions, franchiſes, & immunitez que les autres fondations Royales: & mettans à cette fin, comme nous mettons, & prenons par ces preſentes ſignées de noſtre main ladite Egliſe & Conuent dudit lieu des Loges ſous noſtre protection, & ſauuegarde ſpeciale, leurs accordons tous dons, graces, faueurs, que nos predeceſſeurs Roys, & nous auons octroyés aux Egliſes & maiſons de la qualité ſuſdite. Si donnons en mandement à nos Amez, & feaux Conſeillers les gens tenans noſtre Cour de Parlement de Paris, Chambres de nos Comptes, & Cours des Aydes, ou autres Officiers qu'il appartiendra que ces preſentes ils verifient, & de leur contenu faſſent joüir pleinement, paiſiblement, & perpetuellement: ceſſans, & faiſant ceſſer tous troubles, & empeſchemens au contraire, car tel eſt noſtre plaiſir: Et afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à touſiours, nous auons fait mettre noſtre ſeel auſdites preſentes. Donné à Paris au mois de Feurier, l'an de grace 1648. & de noſtre Regne le cinquiéme, ſigné LOUYS. Et au dos eſt eſcrit, regiſtrez en la Chambre des Comptes: Oüy le Procureur General du Roy, &c. vt ſuprà.

Duos ergo jam habent diſcalceati Conuentus Regios Pariſiis, vnum à Ludouico XIII. ſub titulo Dominæ noſtræ de Victoriis, & iſtum in ſylua S. Germani in Laya à ſereniſſima Regina Anna de Auſtria ejus vxore fundatos, in quorum laudes deuotus quidam Religioſus ſequentes verſus compoſuit.

Hic vbi magnificis jacto fundamine Templis
Inceptum conſurget opus, tolletur ad aſtra
Machina de Gratiis titulo decorata Maria:
Sacra vbi perpetuas ſtatuet victoria ſedes.
Neſcio an Auguſtis victricia nomina Templis
Proſtratave Aquilæ dederint, domitive Leones?
Aut quæ Regalis nuper fundamina Molis
Victrices poſuere manus: nam Regis, & Annæ
Clara notis, Templum pretioſa numiſmata fundant.
Vndique bella ſonent, fremat vndique barbarus Auſter?
Conjurent omnes terræ, cœlique furores.
Alterna hæc ſtabit moles, noménque perenne
Nam tuis iſtud firmas Lodoice Trophæis,
Suſtinet atque ſuis illam virtutibus Anna.

Anno Domini 1627. die 27. Septembris introducta fuit congregatio diſcalceatorum, in Abbatiam Dominæ noſtræ Claritontis diœceſis Carnutenſis, loco & vice Canonicorum Regularium ordinis ſancti Auguſtini, facta con- *Conuentus Clarfontis.*

 uen

uentione cum Illuſtriſſimo Domino Valentino Boutin Præfatæ Abbatiæ Abbate commendatario: ibique auctoritate Pontificia, & Regia, lite poſtea conteſtata in pacifica poſſeſſione conſtituti ſunt. Cùm autem hæc Abbatia ſit etiam fundationis Regiæ prædictum contractum in fauorem Diſcalceatorum, ſequenti diplomate Ludouicus X I I. confirmauit.

Confirmatio & approbatio conuētus Clarifontis à Ludouico XIII.

LOVYS par la grace de Dieu Roy de France, & de Nauarre, à tous preſens, & à venir, ſalut. Nos chers & biens-aymez les Religieux Auguſtins deſchauſſez de la Prouince de France, nous ont tres-humblement remonſtré que Simon Conte de Montfort ayant eſté enuoyé auec Sainct Dominique par le Roy ſainct Loüys pour combattre les Albigeois, & deſtruire leur hereſie, il auroit apres le decés dudit S. Loüys meu d'vne deuotion, & pieté ſinguliere en memoire, & pour action de graces du glorieux ſuccez qu'il auoit remporté, fait baſtir vn Monaſtere & Abbaye ſous le tiltre de Claire-fontaine, de l'Ordre de Sainct Auguſtin, au Dioceſe de Chartres, que la diſcipline reguliere religieuſement obſeruée fit ſubſiſter pluſieurs années dans la pureté de ſon luſtre, juſques à ce que les Religieux de ladite Abbayé s'eſtans peu à peu diſpenſés de la Reigle, ils ont par ſucceſſion de temps introduit vn tel deſordre, & licence de vie en toutes mœurs, & en deuotion au ſeruice diuin, que noſtre Amé feal Conſeiller, & aumoſnier Maiſtre Valentin Boutin, Abbé, Commendataire de ladite Abbaye, apres auoirt tenté inutilement toutes ſortes de voyes pour les reduire à leur deuoir, auroit enfin pourueu leſdits Religieux de diuers benefices dependans de ſa collation, de reuenus ſuffiſans pour les nourrir & entretenir: au moyen deſquels ils ſe ſont volontairement retirez dudit Monaſtere: ne ſe voulans ſouſmettre à l'obſeruation de la Regle, ſous laquelle leur premiere inſtitution les obligeoit de viure, ce qui auroit conuié ledit Boutin, deſireux de reſtablir ladite Abbaye dans ſa premiere diſcipline pour la gloire de Dieu, & la deſcharge de ſa conſcience d'y appeller en leur place douze deſdits Expoſans pour y faire dire le ſeruice, tant de jour que de nuict, aux charges & conditions portées par le concordat, qui en a eſté paſſé entre ledit Sieur Abbé, & leſdits Expoſans, lequel a eſté approuué, & confirmé par le Chapitre dudit Ordre, ſuiuant l'acte capitulaire du douziéme May 1628. Et d'autant que ladite Abbaye eſt de fondation Royale leſdits Expoſans nous ont tres-humblement fait ſupplier par aucuns de nos ſpecieux ſeruiteurs, de vouloir agréer, & confirmer ledit Contract, & de leur octroyer nos Lettres ſur ce neceſſaires: ſur quoy ayant conſideré l'aduantage & vtilité qui peut arriuer au ſeruice de Dieu de la reformation & eſtabliſſement d'vn Monaſtere que le deſreiglement auoit deſpuis pluſieurs années entierement priué de ſa premiere diſcipline: & ayant auſſi eſgard à la grande conſolation, & edification que nos ſubjects reçoiuent de la vie exemlaire, predications, & autres fonctions Religieuſes deſdits Expoſans, aux lieux, & Villes de noſtre Royaume, où ils ſont eſtablis. A ces cauſes, & pour les obliger d'autant plus à continuër les deuotieuſes prieres qu'is ſont jour & nuict pour noſtre proſperité, & noſtre Eſtat, Nous auons de noſtre grace ſpeciale, pleine puiſſance, & auctorité Royale approuué, agreé, & loüé, & par ces preſentes ſignées de noſtre main, agréons, aprouuons, & loüons

& loüons ledit concordat cy attaché ſous le contreſeel de noſtre Chancellerie, pour jouir par eux, & leurs ſucceſſeurs du contenu en iceluy ſelon ſa forme & teneur ; plainement, perpetuellement, & paiſiblement ſans aucune reſtriction, & modification : pourueu toutefois qu'audit concordat il n'y aye rien de contraire à noſtre auctorité, droicts, priuileges de l'Egliſe Gallicane. Si donnons en mandement à nos Amez, & feaux Conſeillers les Gens tenans noſtre Cour de Parlement à Paris, Bailly de Monfort, ou ſon Lieutenant, les autres nos Officiers, & Iuſticiers qu'il appartiendra, que ceſdites preſentes ils ayent à enregiſtrer, & emologuer du contenu en icelles, & audit concordat, pour joüir, & vſer leſdits Expoſans, & leurs ſucceſſeurs : plainement, paiſiblement, & à perpetuité, ſans ſouffrir qu'il leur ſoit fait, ny donné aucun trouble ny empeſchement au contraire, nonobſtant appellations, ou oppoſitions quelconques : tous Edicts, Reiglemens, Ordonnances, & autres choſes a ce contraires, auſquelles, & autres derogatrices, derogatoires y contenuës nous auons derogé, & derogeons, pour, & au regard ſeulement par leſdites preſentes, car tel eſt noſtre plaiſir. Et afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à touſiours, Nous y auons fait mettre noſtre ſeel, ſauf noſtre droit en tout. Donné à Sainct Germain en Laye le 28. Decembre l'an de grace 1637. & de noſtre Regne le 28. ſigné LOVYS, & ſur le replis Philipeaux. Regiſtrés, ouy le Procureur General, pour joüir par les impetrans de l'effect du contenu en icelles. A Paris en Parlement, le premier jour de Feurier mille ſix cents quarante-huict. Signé du Tillet.

Anno verò 1629. die 20. Septembris aliud Monaſterium in oppido Argentolienſi diœceſis Pariſienſis ſuſceperunt facta conuentione cum fratribus Ordinis ſeruorum Mariæ ſub regula S. Auguſtini, ibique conſtructa eſt Eccleſia noua cum nobiliſſimo Conuentu, in quo celeberrimus prouinciæ Franciæ Nouitiatus ſtabilitus eſt, & tandem 1634. die 30. Ianuarij Rothomagi facta conuentione cum Eremitis Congregationis S. Pauli ab eiuſdem ciuitatis Parlamento approbata, & de conſenſu Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Franciſci de Harlay Archieſpiſcopi Rothomagenſis, aliud etiam monaſterium obtinuerunt. *Conuentus Argëtolieſis.* *Conuentus Rothomagé.*

Anno 1634. Die 10. Auguſti extra muros ciuitatis Arelatenſis in Gallo Prouincia, nunc verò in ipſa ciuitate cœnobium aliud factum eſt. Toloni item 1635. Menſe Septembri de Aſſenſu Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini Auguſti de Fourbin de Solieres Epiſcopi Tolonenſis qui nobis etiam Eccleſiam Sancti Petri conceſſit. Tauliniani aliud in Delphinatu Diœceſis Dienſis ab Illuſtriſſimo Domino Marchione de Vireuille fundatum, & dotatum. Aliud inſuper in Burgo de Viniaco Diœceſis Gratianopolitanæ ab Illuſtriſſimo Domino Marchione de Leſtang, & Domina de Vinay eius vxore ædificatum, & dotatum. Aliud autem in oppido de Beriamont in Gallo Prouincia cum deuotiſſima Eccleſia vbi imago Beatæ Virginis Mariæ de Monte acuto tot gratiis, & miraculis celeberrima veneratur. Præterea Viennæ Allobrogum in Prouincia Delphinatus, de conſenſu Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Petri de Villars Archiepiſcopi Viennenſis, & Galliarum primatum primatis, nec non totius ciuitatis aſſenſu nouus conuentus inſtitutus eſt. *Conuentus Arelatenſis.* *Conuentus Taulianēſis.* *Conuentus Vinacenſis.* *Conuentus Beriamonenſis.* *Conuentus Viennenſis.* *Voyronenſis.* *Burnanenſis*

Perpinianẽſ. Malauſeenſis. Varſenſis. Orgonenſis. Tolozanus. Claromont. Montiscreſcentis. Conuentus Taraſconẽſ. Fundationis Regia.

eſt. Item Voyroni in Delphinatu,& Burnani in Burgundia à Domino de Burnans fundatus,& dotatus. Perpiniani alius in comitatu Ruſcinonenſi Sicut, & Malauſanæ in Comitatu Auenionenſi: & in loco de Varſez prope Gratianopolim pro reſidentia miſſionariorum noſtrorum Apoſtolicorum deſtinatus,& dotatus vbi antiqua, & deuotiſſima imago B. V. Mariæ Miraculis clara veneratur. Neque omittendus eſt Conuentus alius Orgonenſis in Gallo Prouincia, Tolozanus in ſuper in Aquitania, & Claromontanus in Aluernia, nec non Montis creſcentis in Breſſia à D. Domino de Chilous, & eius vxore fundatus, & dotatus. Denique Taraſci in Gallo Prouincia de conſenſu totius Ciuitatis nouus diſcalceatorum Conuentus acceptatus eſt, cuius fundatricem Chriſtianiſſima Regina Anna de Auſtria ſeipſam declarauit, vt ex ſuis de ſuper expeditis litteris, & à Ludouico XIII. Confirmatis euidentiſſimè conſtat.

A*NNE par la grace de Dieu Reyne Regente de France,& de Nauarre, Mere du Roy, à tous preſens & à venir, ſalut. L'Affection que nous portons aux Auguſtins Deſchauſſez, & l'edification que nous ſçauons que les Habitans des lieux où ils ſont eſtablis, retirent de leur pieté, & de leur bon exemple, nous conuie à procurer autant qu'il ſe peut de prendre l'accroiſſement de leurs maiſons, & l'aduantage de leur Ordre: Nous aurions il y a deſia quelque temps fauoriſé l'eſtabliſſement de leur Conuent de la Ville de Taraſcon, & aydé à la mettre en eſtat d'entretenir vn nombre de Religieux ſuffiſans pour celebrer l'Office Diuin, & vacquer aux autres fonctions Eccleſiaſtiques: en ſorte que ce peuple en fuſt edifié, conſolé, & aſſiſté au beſoin: Et d'autant que nous deſirons laiſſer à la poſterité des marques de noſtre affection pour cette maiſon, & obliger leſdits Religieux à prier Dieu pour la conſeruation de cét Eſtat, pour la perſonne de noſtre tres cher honoré Sieur & Fils, & pour les ſucceſſeurs à la Couronne. A ces cauſes, Nous auons auſdits Religieux Auguſtins deſchauſſez octroyé, & accordé, octroyons, & accordons ces preſentes ſignées de noſtre main, par leſquelles nous nous declarons fondatrice de leur Egliſe & Conuent, ſous le tiltre de ſaincte Anne la Royale, ils pourront vacquer à leurs ſaincts exercices, Meſſes, Offices, exhortations, & autres fonctions religieuſes ſelon leur ordre & inſtitut, ſans qu'ils y puiſſent eſtre troublez ny inquietez par qui que ce ſoit, prenant & mettant à cette fin ladite Egliſe, & conuent ſous noſtre protection & ſauuegarde ſpeciale pour iouïr des meſmes droicts, priuileges, exemptions, & immunités que les autres conuents, de fondation Royale. Partant prions, & neantmoins mandons à nos Amés & feaux Conſeillers du Roy noſtre tres-honoré Sieur & Fils, les gens tenans la Cour du Parlement d'Aix Chambre de ſes Comptes, & Cour des Aydes, & autres ſes Officiers, & les noſtres qu'il appartiendra que les preſentes ils faſſent enregiſtrer, & du contenu en icelles faſſent ſouffrent, & laiſſent iouïr leſdits Religieux Auguſtins deſchauſſez & leurs ſucceſſeurs, plainement, & paiſiblement: ceſſans, & faiſans ceſſer tous troubles, & empeſchemens au contraire, car tel eſt noſtre plaiſir: Et afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à touſiours nous auons fait mettre noſtre ſeel à ces preſentes. Donné à*

Paris

Paris au mois d'Octobre l'an de grace mille ſix cens quarante-cinq, ſigné Anne &c.

Confirmatio præfatæ fundationis.

LOVYS *par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre Comte de Prouence, Forcalquier: & terres adjacentes. A tous preſens, & à venir ſalut. La ſinguliere pieté, & deuotion de la Reyne Regente noſtre tres-honorée Dame, & Mere, l'ayant porté à ſe rendre fondatrice d'vn conuent de Religieux Auguſtins deſchauſſez, en noſtre ville de Taraſcon, ſous le tiltre, & inuocation de ſainte Anne la Royale, afin d'accroiſtre par ce moyen le nombre des maiſons de leur Ordre, & de donner à nos ſubjets la conſolation que ceux où ils ſont eſtablis, reçoiuent de leurs enſeignemens, & exercices ſpirituels. Nous nous ſentons conuiés par ces conſiderations à ſeconder les bonnes & pieuſes intentions de ladite Dame Reyne Regente. Pour ces cauſes & autres, à ce nous mouuans, de l'aduis de pluſieurs grands, & notables perſonnages de noſtre conſeil nous auons entant que beſoin eſt, & confirmé de noſtre grace ſpeciale, pleine puiſſance, & auctorité Royale: Approuuons & conſirmons par ces preſentes ſignées de noſtre main ladite fondation & eſtabliſſement fait par ladite Dame Reyne Regente par ſes lettres patentes cy attachez ſous le contreſeel de noſtre Chancellerie. Voulons, & nous plaiſt que leſdits Religieux Auguſtins deſchauſſez, & ceux qui leur ſuccederont puiſſent demeurer dans ladite maiſon & Conuent de Taraſcon pour viure ſelon leur ordre, & inſtitut, & faire leurs fonctions ſpirituelles ſans aucun trouble ny empeſchement, & jouïr des meſmes droicts, priuileges, exemptions, franchiſes, immunitez que les autres conuents de fondation Royale. Si donnons en mandement à nos Amez, & feaux Conſeillers les gens tenans nos Cours de Parlement, & des Comptes, Aydes, & Finances en Prouence, que ces preſentes nos lettres de confirmation, ils ayent à faire enregiſtrer, & du contenu en icelles, faire ſouffrir, & laiſſer jouïr leſdits Religieux Auguſtins deſchauſſez de Taraſcon, & leurs ſucceſſeurs, plainement, & paiſiblement, et perpetuellement: ceſſans, & faiſant ceſſer tous troubles, & empeſchemens au contraire, car tel eſt noſtre plaiſir: Et afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à touſiours, nous auons fait mettre noſtre ſel à ceſdites preſentes: ſauf en autre choſe noſtre droict, & l'autruy en toutes. Donné à Paris au mois de Decembre l'an de grace 1650. Et de noſtre Regne le 8. ſigné LOVYS. Par le Roy Conte de Prouence, la Reyne Regente ſa Mere preſente. Delomenie.*

§. VI.

Progreſſus diſcalceatorum S. Auguſtini in Sabaudia.

TAnta fuit liberalitas, beneuolentia, & benignitas Sereniſſimorum ducum Sabaudiæ erga Auguſtinianos vt nouo ſemper humanitatis exemplo eorum ordinem gratiis, & priuilegiis illuſtrarint hinc tot Cœnobia, Monaſteria, & Abbatiæ tam Canonicorum Regularium quàm Religioſorum ab-

ab ipſis fundata: inter quæ fuit celeberrimum illud, & miro artificio ad honorem Beatæ Mariæ Virginis, & S. Nicolai de Tolentino in foro Seguſianorum fabricatum. Cætera prætermitto vltra citraque montes ædificata vt ad illud Eremitarum S. Mauritij Conuentum deueniam quem Pater Ægidius in ſuo primate Auguſtineo vult anno Domini 1014. in Prouincia Allobrogenſi nimia veuſtate collabentem inſtauratum fuiſſe cuius rei teſtis eſt Anthonius de Mochares, fuiſſe autem ordinis S. Auguſtini patet ex concilio Baſilienſi ſeſſi 40. fuiſſe vero antiquam illius fundationem conſtat ex eo quod anno 796. Leo Papa III. Romanorum iram tumultúmque declinans cum Gallias petijſſet. Carolum magnum Imperatorum adiit, ac in Galliæ confinibus plurima ordinis Monaſteria in Eremo inſtructa inuiſit, non paucos dies in dicta Monaſterio Sancti Mauritij manſit: multiſque gratiis, & priuilegiis Monaſterium, & Fratres affecit, ſedique Apoſtolicæ immediatos voluit, vt conſtat ex epiſtola quam ad eos ſcripſit cum poſtea paccatis rebus Romam rediret: quæ epiſtola habetur in archiuio Monaſterij Oppidi Graſſenſi in prouincia Prouinciæ. Antiquiſſimum vero fuiſſe hoc Monaſterium S. Mauritij in Agauno in finibus Sedunorum certiſſimum eſt, iam enim tempore S. Martini ſub valentiniano Maiore, & Theodoſio florebat: qui illud Roma rediens deuotè viſitauit, & cum non poſſet à Monachis aliquas habere reliquias in cœmeterio Sanctorum Martyrum, Sanguinem illorum tanquam recenter effuſum diuinitus accepit, & phialas aliquas impleuit, quas diuerſis Eccleſiis poſtea diſtribuit.

Conuentus S. Mauritij in Agauno.

De hoc Monaſterio mentionem facit S. Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis in ſua hiſtoria Sanctorum Mauritii, & ſociorum vnde clariſſimè conſtat illius tunc temporis monachos, & religioſos ordinis S. Benedicti non fuiſſe cum nec tempore S. Martini nec S. Eucherij, S. Benedictus natus fuiſſet.

Cum autem ab Hungaris deſtructum fuiſſet à Sigiſmondo Burgundiæ Rege reſtauratum fuit, qui amplas poſſeſſiones, & reditus Monachis aſſignauit, & cum aliquando in Eccleſia ſua S. Mauritij deuotiſſimè oraret, ſuauiſſimam Angelorum melodiam diuinas laudes alternatim cantantium audire meruit: quod cum retuliſſet Abbati, & Monachis: ex tunc alternatiue diuina officia decantare cœperunt, qui antea omnes ſimul pſallebant. Iterum fuit à Longobardis deſtructum Monaſterium, & poſtea à Carolo magno reædificatum, qui ex illo Benedictum Abbatem, hominem Sanctiſſimæ vitæ, ad Monaſterium inſulæ Lugdunenſis Barbaræ nuncupatæ ſimul transferens, cum illa memorabili Biblioteca quam ibi Rex doctisſimus, literarumque amantiſſimus poſuit. In Monaſterio S. Mauritij Abbatem conſtituit Alteum familiarem ſuum, & Religioſum, ſub quo Rex Carolus Sanctorum Martyrum Thebeorum reliquias perſonaliter viſitauit. Deſtructum tertio Monaſterium tempore bellorum Burgundiæ, quæ vſque ad annum 1014. perſeuerarunt. In priſtinum ſtatum à Rodolpho Burgundiæ Duce reductum fuit qui auctoritate ſua procurauit vt quæ illi fuerant conceſſa à S. Sigiſmondo prædeceſſore ſuo, aliiſque Principibus omnia reſtituerentur: ibique Archiepiſcopus Lugdunenſis Brocardus ſufficientem Monachorum numerum reſtituit qui diuina officia vt prius celebrarent.

Anti

Antiquiſſimum ergo eſt hoc Monaſterium, multique maxima cum probabilitate volunt Sanctam Helenam Conſtantini Imperatoris matrem quæ Coloniæ in honorem beati Gereonis, & ſociorum Thæbeorum ſumptuoſiſſimum templum conſtruxerat: redeuntem poſtea in Italiam, & Agauno tranſeuntem, hoc etiam ibi in honorem Sanctorum Mauritij, & ſociorum ædificaſſe: aut ſaltem filium eius Conſtantinum, qui tot Eccleſias, & Monaſteria per vniuerſum orbem fundauit. *Conuentus S. Mauritij in Agauno.*

Quidam aſſerunt in hoc Monaſterio Monachos fuiſſe ordinis S. Benedicti, quod ſanè dici non poteſt à principio inſtitutionis illius, vt ſuprà diximus: & ſi aliquando fuerint: id non mirum, ſicut multa olim Auguſtinianorum Monaſteria inter quæ fuit celeberrimum illud Inſulæ Lyrinenſis vſurparunt, quidquid ſit præfatum S. Mauritij Conuentum hodie Canonici regulares S. Auguſtini poſſident, & S. Seuerinus olim illius Abbas ſub Clodoueo Rege Francorum quem ardenti febre laborantem, caſula qua indutus erat ſuper Regem poſita, ab omni febre liberauit: multis aliis patratis miraculis in Ciuitate Pariſienſi ad Caſtrum Nantonienſe abiit, ibique miraculis clarus mortuus eſt prout fratribus ſuis prædixerat cum è Monaſterio Agaunenſi à Rege Clodoueo vocatus diceſſit, & eſt hodie Abbatia ordinis S. Auguſtini, Congregationi Reformatæ S. Victoris Pariſienſis vnita.

In oppido, item Tononio Prouinciæ Allobrogicæ extat adhuc Eccleſia, & conuentus Eremitarum S. Auguſtini ſed à Patribus Barnabitis vſurpatus, & in loco amœniſſimo mille ferè paſſibus ab eo diſtante, cernitur adhuc Eremus illa Ripalienſis celeberrima, diœceſis Gebenenſis in quam ſe olim receperat Amedeus primus Dux Sabaudiæ cum duodecim aliis viris Nobilibus, vt aie Paradinus ibique abdicato ſuo Ducatu, pluribus annis in virtute continentiæ honeſtè vixit, virtutum Domino in ſpiritu humilitatis, ac ſimplici humilique habitu deſeruiit: tandémque in concilio Baſilienſi Papa creatus eſt, & Fœlix V. nominatus: vt conſtat ex tomo 3. conciliorum Coloniæ editionis anni 1551. pag. 1018. non. Nouembris Anno 1439. ſeſſione 39. & ſeſſione 40. pag. 119. *Electioni facta de perſona Amedei Ducis Sabaudæ, ac decani militum in ſolitudine Ripaliæ ipſe conſenſit, aſſumpto nomine Fœlicis V. depoſitis clamyde, & Capucio quibus tunc vtebatur die 7. Decembris* 1439. & pag. 120. *Poſtquam de Papatu inueſtitus fuit in proceſſione ſolemni cruce præcedente more populi vt decuit, ad Eccleſiam S. Mauritij Ordinis S. Auguſtini in dicta ſolitudine conſtitutam proceſſerunt.* Seditque in ſua obedientia in ſchiſmate contra Eugenium Papam IV. & Nicolaum V. annos nouem menſes ſex, & dies ſeptem: tandem precibus Imperatoris Federici III. à Nicolao Papa ad id ſollicitati ſponte Pontificatum abdicauit, & ideò ab eodem Pontifice Epiſcopus Cardinalis Sabinus Collegij Cardinalium Decanus, perpetuúſque Germaniæ legatus creatus eſt. *Conuentus eremitarum Auguſtini in Tononio oppido, & Eremo Ripalienſi. Amedeus Dux Sabaudiæ Eremita Ripalienſis.*

Sanctè autem vixiſſe & obiiſſe Fœlicem V. id eſt, Amedeum Sabaudiæ Ducem præter Onuphrium, & Cyaconium plures tradiderunt a, ſed præ aliis audiamus Onuphrium pag. 296. *Amedeus*, inquit, *nobiliſſimo genere Ducum Sabaudiæ ortus, & ipſe olim Dux Sabaudiæ fuerat, qui Chriſti amore ſuccenſus,*

a Bergomenſis lib. 15. ſupple. fol. 275.

Bzouius an. 1440. pag. 717. nu.86. tom.15.

filiis principatu relicto, vitam ſolitariam elegerat, Eremitaq; habitu aſſumpto cum decem aliis nobilibus viris, in ſolitudine Ripaliæ Gebennenſis Diœceſis in Monaſterio à ſe conſtructo, vitam Angelicam agens Deo ſeruiebat, vocabaturq; Decanus militum Ieſu Chriſti S. Auguſtini Monaſterij S. Mauritij de Ripalia, & pag. 300. *Lauſanis beatè vitam finiuit.* Pingouius verò adductus ab erudito Andrea Victorello ſic habet, *Obiit Geneuæ 1451. Idibus Ianuarij, Ripaliæ ſepultus miraculis poſt mortem clariſſimus inter beatos creditus.*

b Hyeron. Roman. cẽt. 11. fol. 79. Bernard. Nauarrus l. 2. de vita S. Nicol. de Tolent. c. 5.
c Cap. 7. paragrapho 3. pag. 308.
d In reſp. pacifi. fol. 358. n. 686.

Ex verbis Onuphrij, & concilij Baſilienſis, aliorumque aſſerentium Amedeum aſſumpſiſſe habitum Eremiticum, & fuiſſe Decanum militum Ieſu-Chriſti ordinis S. Auguſtini, nonnulli auctores Auguſtiniani *b* haud omnino improbabilem anſam videntur arripuiſſe ad recenſendum Amedeum inter Eremitas ordinis S. Auguſtini. Marques *c* vero dubitat vtrum conuentus ille S. Mauritij fuerit ordinis Eremitarũ S. Auguſtini, quia Religioſi illi videntur fuiſſe ordinis militaris, ab omnibus enim appellantur milites Ieſu Chriſti, vel S. Mauritij: quo titulo fratres noſtri ordinis nunquam inſigniti ſunt. Sed Reuerendus Pater Thomas, de Herrera *d*, cenſet præfatum Amedeum licet Auguſtini Regulam verè obſeruauerit, nulla tenus tamen fuiſſe noſtrum Eremitam. Primo quia ſi ita fuiſſet, neque Ambroſius Coriolanus, neque Philippus Bergomenſis auctores Amedij cœtanei remiſſam omiſiſſent: qui alia illius temporis minora retulerunt. Secundo quia in hiſtoria Ioannis ſecundi Caſtellæ Regis ab auctore coæuo ædita teſtatur illum vſum fuiſſe in Monaſterio veſtibus non nigris, ſed coloris leucophei: at Eremitæ Auguſtiniani à multis retro annis ante Amedeum nigris induebantur. Tertio quia Amedeus & ſocij cruce aurea in pectore tanquam religioſi militantes inſigniebantur, & potius vt equites quam vt Eremitæ viuebant: vnde Æneas Siluius auctor illius temporis, de coronatione fœlicis in concilio Baſilienſi teſtatur. *Amedeum Ducem Sabaudiæ anno 1434. in Ripalio Eremo, relicto Principatu ceſſiſſe cum ſex viris equeſtris ordinis, qui ſecum penulam, & baculum vt moris eſt Eremitis aſſumpſerunt. Erant hi ſex grandæui, & ætate propè pares quorum vxores jampridem obierant. Nemo non ſexageſimum annum attigerant, & ſtatim ſancti Mauritij appellari equites voluerunt*: & rurſus, *cuncti penulam, & pallium, & cingulum, & baculum retortum, quibus Eremitas vti videmus aſſumpſerant, & barbam prolixam nutriuerunt, & crines intenſos geſtauerunt: loco Ripaliæ nomẽ fuit mille paßibus ferè ab oppido Tononio diſtanti*, & ſtatim *crucem auream Eremitæ in pectore geſtauerunt, id tantum nobilitatis ſignum retinuere. Cætera contemptum ſæculi præ ſe ferebant*, & rurſus, *loco illorum Eremitæ Ripaliæ quos milites S. Mauritij vocant ſuffecti ſunt viri graues, & æuo præmaturi qui Fœlicis Papæ, & ſæculi, & Religionis fuerant Comites & qualis habitus ipſius anteà fuiſſet. In ſuis habitibus præmonſtrabant plurimúmque reuerentiæ videbantur mereri.* Meyerus autem libro 16. Annalium Flandriæ ſic refert; *Amedeus Dux Sabaudiæ annos natus circiter 56. Defuncta Maria vxore Philippi Amita, Ludouico filio commendat Ducatum Sabaudiæ, ipſe apud cœnobium Diui Mauritij ſolitariam elegit vitam cum Claudio, Sextio, Henrico, Colomberio, &c.* Quare omnino mihi perſuaſum habeo Amedeum ſub Regula

S. Auguſtini non verò ſub Ordine Eremitarum S. Auguſtini, ſed militum Ieſu Chriſti vixiſſe ſic Pater de Herrera loco citato.

Verùm quocumque nomine Militum Ieſu-Chriſti, aut S. Mauritij Equitum nuncupati fuerint ex his omnibus citatis maior eſt probabilitas vitam potius egiſſe Eremiticam quam militum, aut equitum: quænam enim fuerunt propria Eremitarum etiam ordinis S. Auguſtini inſignia, niſi habitus humilis-Caputium, penula, cingulus, pallium, Baculus retortus, Barba prolixa, crines intenſi, & ſolitudo, quæ proculdubio veros magis decent Eremitas, quam ordini militari conueniant. Quodſi crucem auream, & habitum Leucophei coloris præfatus geſtauerit Amedeus, hæc ſunt tantummodo habitus Eremitico, & Auguſtiniano accidentalia, quæ ſubſtantiam habitus non variant: & proinde ſic incedens Amedeus vere Eremita Auguſtinianus cenſendus eſt, ſimul & miles Ieſu Chriſti, & S. Mauritij Eques, prætereà in dicta ſolitudine erat Eccleſia conſtructa, & Monaſterium S. Mauritij nuncupatum ordinis Eremitarum S. Auguſtini, vt ſupra diximus iuxta Eremitorium Amedei, & ſociorum eius, quæ omnia modo poſſident Reuerendi patres Carthuſiani. Et in oppido Tononio mille paſſus ab hac Eremo tantummodo diſtante aliud Monaſterium Eremitarum S. Auguſtini, & modo à Barnabitis vſurpatum videtur, quæ profectò euidenter conuincunt Amedeum, & Socios eius vere fuiſſe Eremitas Auguſtinianos quamuis cum aliqua diſtinctione accidentali, puta Crucis illius aureæ, coloris habitus, Leucophei, & nuncupationis militum: aut equitum Ieſu-Chriſti, & S. Mauritij. Quare non ſolum ſub regula S. Auguſtini militabant, ſed verè ordinis erant Eremitarum S. Augſtini.

Quodſi Prouinciam Pedemontanam adeamus quam plurimos etiam Auguſtinianorum conuentus tam Canonicorum Regularium quam Monachorum inuenemus, nec ſolum calceatorum: imo etiam diſcalceatorum, inter quos primatum tenet Nobiliſſimus ille, & magnificus S. Caroli conuentus Taurinenſis à felicis memoriæ, inuictiſſimo, & Sereniſſimo Duce Carolo Emanuele fundato, reliquos ſuprà recenſuimus in Cathalogo conuentuum congregationis diſcalceatorum Italiæ.

Conuentus Câberienſis.

Cum autem in Ducatu Sabaudiæ nulli adhuc reperirentur, idem ſereniſſimus Emanuel anno Domini 1598. voluit eos in vrbem Camberienſem vbi tunc inerat, introducere quod tamen ob temporum miſeriam, ac religioſorum inopiam exequi minimè potuit. Vſque ad annum 1616. Tunc enim multiplicatis religioſis ad præfatum Sereniſſimum Ducem Taurini commorantem recurrentes, ab eo diploma obtinuerunt cum ampliſſima facultate conſtituendi in vrbe Camberienſi Monaſterium, cujus fundationem ſibi reſeruabat vt ſequitur.

Iuſſio, & cõſenſus ſerer. Ducis Caroli Eman.

CHARLES EMANVEL par la grace de Dieu Duc de Sauoye, Chablais, Aouſte, & Geneuois: Prince, & Vicaire perpetuel du S. Empire Romain: Marquis d'Italie, Prince de Piedmont, Marquis de Saluzze, Conte de Geneue, Nice, Aſt, & Tendes: Baron de Vaux, & Fauſſigny, Seigneur de

 Verceil

Verceil, Marquizat de Ceue, Oneille, Marro, &c. Comme toutes actions humaines doiuent auoir du principal but à l'honneur, & gloire de Dieu, & que les noſtres ayent touſiours eſté dreſſées à cette intention. Nous auons auſſi eu particulier ſoing de donner par cet exemple commodité à nos peuples de s'exercer à la deuotion, & introduire pluſieurs religions nouuelles, & fauoriſer les anciennes: & fondé pluſieurs Egliſes riere nos Eſtats, leſquelles nous auons touſiours doucement purgées de tout ce qui pouuoit eſtre contraire a cette bonne intention: & louons Dieu Tout-puiſſant, que nous y voyons les Egliſes auſſi dignement deſeruiés, que frequentées par nos ſubjets, & habitans. Ce que nous raporte telle conſolation que nous allons jettans les yeux ſur ce qui les peut non ſeulement conſeruer, ains accroiſtre: & ayans recognu en aucuns des Reuerends Peres de la nouuelle reformation en l'Ordre de Sainct Auguſtin, vn grand deſir d'auoir accez riere nos Eſtats, & que noſtre Ville de Chambery principale de Sauoye auroit commodité d'y en loger vne famille: voulans teſmoigner combien nous eſt agreable de les y loger: & la deuotion que nous auons à leur Ordre. A cette cauſe de noſtre propre gré, & mouuement, certaine ſcience, & plein pouuoir: Nous auons concedé, & octroyé: & par ces preſentes concedons, & octroyons auſdits Reuerends Peres de S. Auguſtin reformez deſchaux noſtre Placet, & permiſſion de pouuoir loger vne famille, en noſtredite Ville de Chambery au lieu, & endroit que pour ce ſera choiſi. Et ſera le Conuent, & Egliſe de noſtre fondation, & auront leſdits Peres obligation de prier Dieu pour le remede des Ames de nos Sereniſſimes predeceſſeurs, de nous, & de nos ſucceſſeurs: & pour la conſeruation de nos Eſtats, & peuples. Si donnons en mandement à nos tres-chers bien-aymez, & feaux Conſeillers les gens tenans nos Senat, & Chambre des Comptes delà les Monts, d'obſeruer, & faire garder, & obſeruer ces preſentes, ſans permettre ny ſouffrir qu'au contraire d'icelles leſdits Peres puiſſent eſtre troublez, ny empeſchez en ſorte que ce ſoit. Car ainſi nous plaiſt. Donné à Thurin le 1. jour du mois de Mars 1616. ſigné CHARLES EMANVEL, Viſa vinaldo, & contreſigné Carron: & deuement ſellées au grand ſeau de cire rouge.

Carolus Emanuel ſibi reſeruat fūdationem Conuentus Cāberienſis.

Poſſeſſio Capellæ S. Laurentij.

Interim Dominus Benantinus Sceue in Capella Sancta Cambérienſi protocanonicus, Theſaurarius, & Capellæ S. Laurentij Rector, hanc cappellam eis reſignauit in ſub vrbio Montiſmeliani ſitam, & de conſenſu Illuſtriſſimi & Nobiliſſimi Domini Franciſci Millet comitis Fauergiarũ à conſiliis Status Suæ celſitudinis, R. Magnæ crucis equitis Sacræ Religionis S. Mauritij, & Lazari, magni Cancellarij, & eiuſdem Capellæ Patroni, & præſentatoris, Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Alphonſus Dei & S. Sedis Apoſtolicæ gratia Epiſcopus calcedonenſis coadiutor, futuruſque ſucceſſor ad Epiſcopatum Gratianopolitanum, auctoritate Epiſcopi, ſuperueniente poſtea auctoritate Apoſtolica dedit, & contulit Patribus Auguſtinianis diſcalceatis prædictam Cappellam S. Laurentij promittentibus, & iurantibus P. Franciſco amet à S. Hieronimo, & fulgentio à Virginis Maria, ſuo, & Fratrum S. Auguſtini reformatorum nomine ſe dictam cappellam poſthac in diuinis debite ſeruire, & ſeruiri curare ſecundum fundatorum intentionem, præterea Deum pro ſalute Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, nec non prædeceſſorum,

Conſenſus Epiſcopi.

rum, & ſucceſſorum Status, dominijque ſui, ac populorum conſeruatione orare, quibus omnibus ſupremo Sabaudiæ Senatui exhibitis, ob Vrbis Gamberienſis Nobilium Conſulum, & quorundam Religioſorum oppoſitiones factas, præfatas Sereniſſimi Ducis Caroli Emanuelis litteras tunc ratas facere renuit: vnde Auguſtiniani excalceati, ad Præfatum Sereniſſimum ducem iterum recurrentes ſequens reſcriptum ab eo obtinuerunt.

CHARLES EMANVEL par la grace de Dieu Duc de Sauoye, Chablais, Aouſte, & Geneuois, Prince de Piedmont, &c. A noſtre Senat delà les monts, ſalut. Voulans en toutes les façons que les R. Peres deſchaux de la nouuelle reformation de l'Ordre de S. Auguſtin, joüiſſent pleinement, & entierement de l'effect, & benefice du placet, & permiſsion que nous leur accordâmes par nos patentes du premier de Mars dernier, de pouuoir loger vne famille de leur Ordre en noſtre Ville de Chambery: & par ces preſentes de noſtre certaine ſcience, pleine puiſſance, & authorité ſouueraine auec l'aduis de noſtre Conſeil. Nous vous mandons, & commandons tres-expreſsément que nonobſtant voſtre Arreſt ſur les oppoſitions faites au nom de la Ville, & du Conſeil de Chambery, ſigné Philippé du 18. May dernier eſcheu ny tout ce que pourroient alleguer les Religieux mendians, & noſtre Procureur General, au contraire vous ayez à proceder promptement à la verification de noſtre placet, ſans aucune limitation afin que en vertu d'iceluy leſdits Peres deſchaux puiſſent ſans aucune replique, ſe loger en la chapelle de S. Laurens au Fauxbourg de Montmeillan dudit Chambery, a eux reſignée par le moderne Recteur d'icelle Benantin Scene, du conſentement du Comte de Fauerges, pourueu du droict de patronage. Et à ces fins, declarons que ces preſentes ſeruiront de premiere, ſeconde, troiziéme, finale, & peremptoire juſſion, le requerant ainſi le ſeruice de Dieu, & le benefice de nos ſubjects, & nous plaiſt. Donné à Thurin ce 20. Iuillet 1616. ſigné C. EMANVEL, Viſa viualdo, & contreſigné Croti auec le grand ſceau de cire rouge.

Iuſſio ſeren. Ducis Caroli Eman.

Iteratiſque iterum aliis iuſſionibus à ſereniſſimo Principe Victore Amedeo ſub die 26. Nouembris 1616. & vltima Ianuarij 1619. cum Sereniſſimam Chriſtianam à Francia Ludouici 13. Galliarum Regis ſororem ſponſaturus, Lutetias Pariſiorum proficiſceretur: nonobſtantibus quibuſcunque in contrarium oppoſitionibus primo præfatæ capellæ S. Laurentij ſeruatis ſeruandis Iuridicè poſſeſſionem ingreſſi ſunt die 1. Aprilis Dominica Paſſionis 1618. & tandem à ſupremo Sabaudiæ Senatu de expreſſo Sereniſſimi Principis mandato præfata diplomata admiſſa, & in tabularium relata fuerunt, præfatique diſcalceati recepti ſunt iuxta præfatorum diplomatum tenorem vt ex ipſo Supremi Senatus conſtat decreto ſub die 6. Februarij 1619.

Poſſeſſio capella S. Laurentij confirmata à ſupremo Sabaudia Senatu.

In præfata S. Laurentij capella per aliquot annos, quam etiamnum poſſident religioſi diuinis officiis, & ſpiritualibus exercitiis, diu noctuque vacantes permanſerunt: donec contiguam huic cappellæ Eccleſiam cum eleganti Monaſterio in eodem conſeptu ædificarunt, in quo ad præſens viginti fratres ex ſolis Chriſti fidelium eleemoſinis ſuſtentantur: cumque Sereniſſimus Carolus Emanuel in ſuo diplomate huius Eccleſiæ, & Monaſterij Fundatio

dationem ſibi reſeruaſſet, Sereniſsimus Princeps Thomas filius eius in Ducatu Sabaudiæ tunc temporis Pro rex, huius ædificij primarium lapidem impoſuit, & ſub titulo S. Thomæ Apoſtoli Eccleſiam fundauit die 21. Decembris 1621. in feſtiuitate eiuſdem S. Thomæ: celebrante Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Domino Abbate Thamienſi in ſupremo Subaudiæ Senatu Senatore Clerico, aſſiſtentibus eodem ſupremo Senatu, Integerrimorum rationalium camera, & Nobiliſſimis huius vrbis ſindicis ſiue conſulibus. In hoc autem primario lapide quatuor argenteis numiſmatibus in quatuor angulis inſignito, & ad dexteram preſbyterij collocato talis erat inſcriptio.

D. O. M.

Fũdatio cõuentus Cãberienſis ſub titulo ſancti Thomæ.

ANno Domini 1621. die verò 21. Decembris, & feſtiuitate S. Thomæ Apoſtoli in Eccleſia Clauum tenente S. D. N. Gregorio XV. Imperij Allobrogici habenas moderante Sereniſſimo & Inuictiſſimo Carolo Emanuële, Sereniſſimus Princeps Thomas filius eius & in ciſalpina prouincia Pro-Rex hanc Eccleſiam pietatis ſuæ æternum monumentum, in honorem Sancti Thomæ Apoſtoli, & maiorem Dei gloriam fundauit, iſtúmque primarium lapidem impoſuit.

Remiſſio & ceſſio Iurispatronatus Capellæ S. Laurentij.

Illuſtriſſimus autem, & Nobiliſſimus Dominus Claudius Emanuel de Millet de congregatione noſtra ſemper benemeritus titulo donationis, & per meram liberalitatem factæ ceſſit, & remiſit ei omne ius patronatus ſibi competens, aut competiturum in, & ſuper capella præfata S. Laurentij, cum omnibus honoribus, prerogatiuis, fructibus, prouentibus, & pertinentiis, quibus ipſi domino donatori quouiſmodo competit, provt amplius in ſequenti publico intrumento continetur.

In Nomine Domini noſtri Ieſu-Chriſti, amen. Anno Domini 1632. indictione prima Pontificatus autem Sereniſſimi in Chriſto Patris, & D. N. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. anno eiuſdem decimo, die verò quinta menſis Ianuarij cunctis fiet manifeſtum, quod cum neceſſarium ſit ad ſalubre regimen corporis organici vires non tantum ſeruare natiuas, ſed & augere pollentes: ita conſentaneum viſum eſt corpori myſtico totius Eccleſiæ profuſis per tempora largitionibus erogare incrementum, atque ſuaptè natura procliuioribus occurrendo votis, grauidas ſicut decet adimplere ſpõſiones: ſiue ſimpliciter, ſiue cum delectu provt vniuſcuiuſque munificentia ſuos elegerit obligati beneficij ſuſceptores non immeritos. Quapropter conſtitutus eſt. Perſonaliter Illuſtriſsimus & Nobiliſſimus Dominus Claudius Emanuël de Millet Comes Fauergiarum, ſacræ Religionis ſanctorum Mauritij, & Lazari Eques meritiſſimus, ac Prioratus Lemenci Commendator perpetuus, qui charitatis Chriſtianæ ſtimulo ductus erga Venerabiles Religioſos Patres diſcalceatos Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini propè Camberium, in ſuburbio Monmeliano: quatenus ipſi Venerabiles Patres, eorúmque ſacra Congregatio, non ſolùm Sabandiæ ſed & toti Reipublicæ Chriſtianæ pateant fructuoſiſſimi, ac vt eiuſdem Illuſtriſſimi, & Nobiliſſimi Domini Comitis pietate, æquè in effectu pateat, ac in affectu. Sciens prudens, ac ſua libera, & ſpontanea voluntate

in

in manibus mei Notarij publici, & Apoſtolici in præſentia teſtium infrà-ſcriptorum dat, donat, ac titulo donationis per meram liberalitatem factæ cedit, & remittit ipſi Congregationi, ac Monaſterio Patrum diſcalceatorum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſito, propè Camberium in Præfato ſuburbio Mommeliano, & Religioſis ibidem commorantibus in præſens, poſterum, & perpetuum: præſentibus, & acceptantibus nomine dictæ congregationis Monaſterij, & Religioſorum ibidem commorantium vt ſuprà, Reuerendis Patribus Patre Nicolao à Virgine Maria Priore Conuentus, P. Luca à S. Dorothea Subpriore P. Ioanne Euagelista à ſancta Helena, & P. Benedicto à S. Scholaſtica vocalibus Conuentus: videlicet omne jus competens, & competiturum eidem Domino donatori in & ſuper capella ſancti Laurentij ſita in prædicto ſuburbio Mommeliano, propè Monaſterium eorundem Patrum Auguſtinianorum diſcalceatorum: cum omnibus prærogatiuis, honoribus, fructibus, Prouentibus, & pertinentiis quibus ipſi Domino Donatori competit virtute ſui patrimonij: aut aliundè quouis modo, nulla prorſus in eo facta reſeruatione, ſed ſecundùm omnem eius abdicationem ad habendum, tenendum, & poſſidendum quo meliori modo haberi, & teneri, & poſſideri poteſt per dictum conuentum, & dictos Venerabiles Patres diſcalceatos Ordinis Eremitarum S. Auguſtini propè Camberium in præfato ſuburbio Mommeliano: eiuſmodi ius: Patronatus, & quodlibet ſibi annexum dependens vel pertinens vi præſentis donationis, ceſſionis, & remiſſionis, gratuitò & liberaliter factæ, abſque vlla moleſtia vel contradictione per ſe, vel per alium quempiam directè vel per indirectum, in iudicio vel extra: idq; ſub clauſula deueſtituræ, & inueſtitura per traditionem calami vt moris eſt inueſtiendi: ſub tamen ſummi Pontificis, & ordinarij beneplacito in quantum neceſſe erit. Item ſub ea conditione quod ſi contingat dictam congregationem, & præfatos Venerabiles Patres Auguſtinianos diſcalceatos dicti Monaſterij donatarios, ejuſmodi juri patronatus ceſſo, & liberaliter abdicato cum ſuis pertinentiis quouis modo cedere, vel illud à ſe abdicare in eo caſu ex nunc prout; ex tunc penes præfatum Illuſtriſſimum Donatorem remanebit tanquam non ceſſum, vel donatum: ipſáque donatio, & ceſſio eodem caſu nulla erit prorſus, ac inualida, nulliúſque momenti, & virium prout expreſsè conuentum eſt inter Partes. Promittens idem Illuſtriſſimus Dominus Comes donator ſe perpetuò habiturum gratum, & validum omne id, & quidquid in hoc donationis inſtrumento continetur, & in nullo contrauenturum in Iudicio: vel extra cum eius iuramento quod Equitum more præſtitit: & cum omnibus, & ſingulis aliis clauſulis neceſſariis, & opportunis quarum tenores hic habeantur pro expreſſis. Acta hæc fuerunt Camberij in Sabaudia Gratianopolitanæ Diœceſis in domo ſolitæ habitationis præfati Illuſtriſſ. Domini Comitis donatoris præſentibus, ibidem Domino Nicolao Baſtardin Burgenſi dicti Camberij, & Domino Iacobo de Saix Burgenſi Salanchiæ, Camberiiq; habitatore, Teſtibus ad præmiſſa vocatis, rogatis, & ſubſcriptis huius inſtrumenti Schœda cum Præfato Illuſtriſſimo Donatore, & ſuprà nominatis Reuerendis Donatariis, & me Iacobo Fabro ſiue Faure Apoſtolica, & Ducali auctoritatibus Notario publico, qui ſuprà-ſcriptum donationis inſtrumentum rogatus recepi: & ex meis protocollis aliena manu extractum, & debitè collationatum in hanc publicam formam redegi, in fauorem dictorum Reuerendiſſimorum Patrum

Auguſtinianorum Diſcalceatorum Præfati Monaſterij: In quorum omnium fidem & teſtimonium me ſubſcripſi, ſigillique mei impreſſionem appoſui ad majorem rei validitatem.

Locus † ſigilli.

Faure Notarius.

Approbatio & cõfirmatio S. Pontificis. Quæ omnia approbata, & confirmata fuerunt à S. D. N. Vrbano Papa VIII. ſub die 19. Auguſti 1637. qui præfatis diſcalceatis hanc de nouo conceſſit cappellam, & in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub aliis arbitrij ſui pœnis diſtrictè præcepit prædictæ cappellæ poſſeſſionem continuare, illique deſeruire prout ex tenore fundationis capellæ huiuſmodi tenentur, ſe ſeque obligarunt.

§. V.

De Statu antiquo, & moderno diſcalceatorum S. Auguſtini Congregationis Galliarum.

SIcut aliæ in principio reformationes: ſic, & diſcalceatorum congregatio, ſub immediata Reuerendiſſimi Patris Generalis obedientia fuit: qui ſuperiores omnes inſtituebat. Quare primum Vicarium Generalem conſtituit P. Matthæum à ſancta Franciſca: & Procuratorem Generalem, ac Priorem conuentus Regij Pariſienſis P. Franciſcum Ametum. Cum autem P. Matthæus annos circiter quatuordecim Vicarij Generalis officio functus eſſet ab eo humiliter petiit abſolui, qui alium in eius locum ſubrogauit, Patrem nempe Clementem à nomine Ieſu Allobrogicum, alioſque ſuperiores nominauit vt ex ſequentibus litteris conſtat.

Venerabiles Patres in Chriſto dilecti, ſalutem in Domino.

Mutantur ſuperiores conuẽtuum cum Vicario generali. *VBeres fructus quos dilecti filij congregationis noſtræ diſcalceatorum Galliæ, quamvis minuta germina in vinea Domini producunt, & paterna meditatione penſantes inducimur, vt illa fauorabiliter eis concedamus quæ F. Franciſcus Ames Procurator totius dictæ Congregationis à nobis expoſtulauit: & vt aliqua in eadem Congregatione diſponamus, quæ ad incrementum illius conſpicimus, atque intuemur ſalubriter expedire. Quoniam igitur exhibita ſupplicatio continebat F. Matthæum à Sancta Franciſca mirum in modum deſiderare, vt ab Officio Vicariatus, quo circiter annos quatuordecim continuos eſt functus abſolueremus: deinde vt eiuſdem Congregationis Patribus, ac filiis concederemus auctoritatem ſe congregandi, vt moris eſt: qua poſſent conſulere, ac prouidere quæ ſunt congrega-*

tioni

tioni neceſſaria ſuis illorum votis partim annuere volentes. Harum ſerie ac vi harum, noſtrique muneris auctoritate F. Matthæum à ſancta Franciſca ab Officio Vicariatus noſtræ congregationis diſcalceatorum Galliæ abſoluimus, & in eius locum ſubelegimus F. Clementem à nomine Ieſu & Vicarium iſtius Congregationis creamus, & inſtituimus, & creatum ac inſtitutum eſſe, vſque ad comitia generalia vniuerſæ Religionis volumus, ac declaramus. Præcipientes, ac ſtrictè mandantes omnibus, ac ſingulis iſtius Congregationis Patribus, ac fratribus in meritum ſalutaris obedientiæ, & in ſubſidium excommunicationis maioris latæ ſententiæ, quam trina canonica monitione præmiſſa licet inuiti in his literis ferimus: vt ei obedientiam præſtent, non ſecus ac ſi nobis eſſent præſtituri. Quod verò reſtat ad eam partem in qua petunt ſe congregare: ſolummodò impertimur licentiam ante Capitulum generale iuxta formam noſtræ conſtitutionis eligendi, & creandi congregationis Diffinitorem, & diſcretum ad ferenda ſuffragia pro eligendo noſtræ dictæ Religionis nouo capite, & Priore generali. Cæterùm de Prioribus Conuentuum eiuſdem congregationis diſcalceatorum Galliæ, vſque ad Capitulum generale totius Ordinis ſic decernimus, ac ordinamus. P. Franciſcum Ametum vniuerſæ Congregationis Procuratorem, creamus Priorem in conuentu Sereniſſimæ Reginæ Margaritæ Galliæ, fratrem Matthæum à Sancta Franciſca Vicarium Congregationis abſolutum, creamus Priorem Conuentus Auenionis: F. Franciſcum S. Guillelmi Priorem conuentus S. Mariæ Regis Maſſiliæ. Deinde mandamus ſub prædictis pœnis omnibus Patribus, ac fratribus, vt Patribus prædictis eam obedientiam præſtent quam cæteris Patribus præſtare conſueuerunt. Diſpoſitiones verò familiarum prædictorum Conuentuum committimus Patri Vicario generali, cui mandamus vt iniungat Patribus, ac fratribus vt termino octo dierum ſecedant, ac proficiſcantur ad conuentum ad quem ſunt ituri. Denique ad maiorem morum correctionem, & congregationis confirmationem inhibemus, vt conuerſi & commiſſi euadant clerici, ac Sacerdotes obſtante Breue Clementis Papæ VIII. & ſi præſumpſerint extra Prouinciam accipere clericalia, ac ſacerdotalia inſignia, expellantur à congregatione, nec amplius recipiantur benè in Domino Valete, & hæc omnia in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Datum Romæ 26. Auguſti 1610.

Poſt P. Clementem à nomine, Ieſu, iterum præficitur P. Matthæus cum aliis ſucceſſiuè Reuerendus nempè P. Ioannes Baptiſta à S. Monica campapanus F. Alexander à ſancta fœlicitate Germanus, Clemens à Domina Noſtra Aquenſis, Gregorius à ſancta Perpetua Auenionenſis Hilarion à ſancta Vrſula, Marcus à S. Elizabet, Bernardinus à S. Anna, Gelaſius à nomine Ieſu, Dyoniſius à S. Monica. Auguſtinus à S Margareta, aliique omnes ſucceſſiuè ſicut, & diffinitores, ac conuentum ſuperiores in eorum capitulis canonicè electi fuerunt. Sicque cum quibuſdam ſtatutis & conſtitutionibus particularibus à Reuerendiſſimo Patre generali approbatis vixerunt vſque ad annum 1628. quo inter Reuerendiſſimum P. Generalem facta eſt per modum prouiſionis quædam concordia, & à S. D. N. Vrbano VIII. Confirmata, in qua multa continentur quæ ad ſtatum, & regimen præfatæ congregationis ſpectant prout ſequitur.

VRBANVS PAPA VIII.

Ex iniuncti nobis Apoſtolici muneris debito ſacrarum Religionum in Eccleſia Dei pie, ſanctéque inſtitutarum proſperum ſtatum, fœlicémque directionem ſynceris deſiderantes affectibus his quæ propterea prouidè facta fuiſſe dicuntur, vt firma perpetuò, & illibata perſiſtant: libenter cum à nobis petitur Apoſtolici muniminis adycimus firmitatem, aliáſque deſuper eiuſdem muneris partes interponimus, provt conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Exponi ſiquidem nobis nuper fecerunt dilecti filij Prior Generalis totius ordinis Eremitarum S. Auguſtini, necnon fratres reformati diſcalceati nuncupati eiuſdem Ordinis Congregationis Galliæ, quod cum inter ipſum Priorem Generalem, ac fratres reformatos huiuſmodi nonnullæ difficultates circa eiuſdem Congregationis regimen ortæ fuiſſent: tandem poſt longam, & maturam negotij hujuſmodi diſcuſſionem, dictus Prior Generalis Fœlici ac proſpero ipſius Congregationis regimini, ac ſtrictioris quam ipſi fratres profitentur Obſeruantiæ conſeruationi, & augmento conſulere volens, de aſſenſu, & conſenſu dilectorum filiorum Procuratoris Generalis, & aſſiſtentium dicti ordinis nonnulla conceſſit, & prouidit tenoris ſubſequentis videlicet.

Quod congregatio gubernetur per Vicarium Generalem (ſicut nunc, & ſemper gubernata fuit) in capitulo Congregationis eligendum, qui à Priore Generali Ordinis pro tempore exiſtente, abſque aliqua contradictione confirmetur: cum omnibus actis in eodem capitulo, dummodo nihil in præjudicium auctoritatis dicti Reuerendiſſimi Prioris Generalis contineant: qui Vicarius Generalis ſemper ſit eligendus de corpore eiuſdem Congregationis, qui eandem vitæ auſteritatem profiteatur.

Et quod prædictus Vicarius Generalis cum Diffinitoribus Monaſteria, & Eccleſias oblatas acceptare, nouas fundare poſſint, & Monaſteria Ordinis Eremitarum S. Auguſtini quæ non actu à Religione poſſidentur: & quæ actu poſſidentur non poterunt niſi de conſenſu R. Prioris Generalis: ita tamen vt in fundationibus, & erectionibus hujuſmodi ſeruetur forma in conſtitutionibus, & decretis Apoſtolicis.

Eligatur vnus, ex eadem Congregatione à Priore Generali in Præſidentem capituli. Quod ſi non mittantur litteræ Præſidentiæ, ſit ipſo facto Præſidens primus Diffinitor capituli præcedentis, juxta conſtitutiones dictæ Congregationis.

Quod nullus prædictæ Congregationis frater Profeſſus in aliquam Prouinciam, vel Congregationem, tam prædicti quam cuiuſvis alterius Ordinis, & inſtituti (Carthuſianis exceptis) abſque ſedis Apoſtolicæ licẽtia tranſire poſſit, & qui aliter tranſierit ad Congregationem redire per cenſuras Eccleſiaſticas, & alio meliori modo à Vicario Generali compelli poſſit: & quod nullus in prædicta Congregatione laicus, vel conuerſus ad ſtatum Clericorum etiam durante tempore Nouitiatus.

tiatus tranſire poſſit, aut Ordines ſacros ſuſcipere iuxta formam decreti Clementis VIII.

Quod ſi quis frater dictæ Congregationis propter aliquem exceſſum, vel culpam iuxta illorum conſtitutiones punitus fuerit per ſuperiores congregationis, à Priore Generali in detrimentum diſciplinæ reformationis, & obſeruantiæ abſolui non poſſit. Et ſi quis diſcolus, & incorrigibilis Apoſtata, vel alia legitima cauſa (ſeruato decreto D. N. Vrbani Papæ VIII.) à congregatione fuerit expulſus, per Priorem Generalem contradicente Vicario Generali congregationis ad illam remitti non poßit niſi conſtito de grauamine.

Prior Generalis per ſe, vel per alium eiuſdem congregationis fratres viſitare, & corrigere poterit iuxta tamen diſciplinam, & conſtitutiones congregationis, quibus derogare non poterit. Qui Prior Generalis in viſitatione huiuſmodi primum Diffinitorem congregationis aſſumat, & quod tam in viſitatione quam extra fratres de loco ad locum non mittat: ſed ſi quis mittendus fuerit Vicario Generali ſignificet: ad quem Vicarium Generalem literas obedientiales pro loci mutatione dare pertineat. Et quod ſi quid aliter factum fuerit, aut tentatum contra præmiſſa inane, & irritum eſſe decernatur. Et quod ad omnem vagandi occaſionem tollendam nullus frater congregationis Romam petere poſſit, etiam ſub prætextu literarum à Priore Generali obtentarum, niſi conſentiente Vicario Generali congregationis, & ab ipſo benedictione accepta.

Cùm autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat omnia, & ſingula præmiſſa poſt maturam diſcuſſionem tam ab ipſo Priore Generali, quam fratribus reformatis huiuſmodi per modum concordiæ prouiſa, & acceptata fuerint: ipſéque Prior Generalis primum cupiat eadem præmiſſa quo firmius ſubſiſtant, exactiúſque obſeruentur, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri. Nos Priorem Generalem, & fratres prædictos ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis: ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes: ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis regularium præpoſitorum Concilio, præmiſſa per dictum Priorem Generalem vt ſuprà conceſſa, ſeu ordinata, & per ipſos fratres reformatos vt præfertur cum omnibus inde Secutis Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiycimus: ac omnes ac ſingulos, tam iuris quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodo interuenerint ſupplemus.

Prætereà ne quis in Gallia habitum in materia, & forma ſimilem: itavt ex prædictis fratribus diſcalceatis exiſtimari poſſit, niſi prædictæ congregationis membrum actualiter exiſtat geſtare: ſiue nomen diſcalceatorum reformatorum S. Auguſtini verbo, vel ſcripto temerè negare audeat, ſeu præſumat ſub excommunicationis pœna interdicimus, & prohibemus: & vt vitæ aſperitas, & obſeruantia puritatis Regulæ S. Auguſtini, & peculiarium congregationis prædictæ conſtitutionum,

Ee 2 abſque

abſque vllo impedimento ſeruetur: volumus quod deſuper nullatenus à Superioribus dicti Ordinis diſpenſari poſſit, ſed ſemper firma, & fixa remaneat ſtricta regularis obſeruantia.

Decernentes præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu Notari, impugnari redargui, aut in ius vel controuerſiam reuocari: aut alias quomodolibet infringi, vel retardari, ſuſpendi, limitari, vel moleſtari, aut alias in contrarium diſponi ſtatus, vel ordinari nunquam poſſit. Sed illas & in eis contenta quæcumque ſemper, & perpetuò valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore ſuóſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere ac ab omnibus ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit inuiolabiliter obſeruari. Ita & per quoſcumque Iudices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, iudicari & diffiniri debere: ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Rogamus quoque, & hortamur attentè Chriſtianiſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludouicum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, quatenus congregationem fratrum diſcalceatorum Reformatorum huiuſmodi pro ſua in Deum pietate, ac in nos, & hanc ſanctam ſedem obſeruantia, habens propenſius commendatam, illam benigno fauore, & gratia proſequatur.

Quocirca Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac aliis locorum ordinariis dicti Regni per præſentes committimus & mandamus, &c. Datum Romæ S. Mariam maiorem ſub annulo Piſcatoris die 21. Iulij 1628. Pontificatus noſtri anno 5.

Creſcente poſteà Conuentum, & Religioſorum numero authoritate Pontificia in tres prouincias tota diuiſa, eſt congregatio nempè Delphinatus, Prouinciæ, & Franciæ cum pluribus gratiis, & priuilegiis in Diplomate Pontificio contentis, & de conſenſu Reuerendiſſimi P. Generalis totius ordinis obtentis, vt conſtat ex regiſtro Pontificio ſub die 28. Martij 1635.

VRBANVS PAPA VIII.

Diuiditur Congregatio in tres Prouincias.

AD perpetuam rei memoriam nuper ſupplicationibus dilectorum filiorum &c. Nos igitur Fœlici, ac proſpero dictæ congregationis ſtatui atque gubernio, quantum cum Domino poſſumus conſulere, dictúmque Marcum ſpecialibus fauoribus & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis ab homine, vel à jure quavis occaſione, vel cauſa latis: ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati literas noſtras præfatas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò reuocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus: ac pro reuocatis, caſſis & irritis, & annullatis haberi volumus & declaramus.

Præterea

Præterea congregationem præfatã in tres diſtinctas Prouincias, nẽpe Pariſienſem, Delphinatus, & Prouinciæ auctoritate, & tenore præſentiũ perpetuò diuidimus, cũ infraſcriptis tamen conditionibus, & declarationibus videlicet: vt Prouincia Pariſienſis contineat Conuentus, Regalem B.M. Virginis de Victoria nuncupatum Pariſienſem, Argentoratenſem, Clarifontis, Rothomagenſem, S. Germani en Laye, vulgò nuncupatum, aliósque conuentus qui in Inſula Franciæ, Britannia, Normandia, Picardia, Campania, Thurena, Lotharingia, Pictauia, & Andegauia, eidẽ congregationi acquirẽtur. Prouincia Delphinatus cõtineat conuentus, Gratianopolitanũ, Villaris benedicti, Camberienſem, Lugdunenſem de Bourgoind, & alios qui in Delphinatu, Sabaudia, Lugdunenſi, Comitatu, & Ducatu Burgundiæ, & alios qui in Delphinatu, Sabaudia, Lugdunenſi, Comitatu, & Ducatu Burgundiæ, Breſſia, Aluernia, Borbonio, Lemouicenſi, Bugeo, & Verromeo præfatæ congregationi acquirentur. Prouincia Prouinciæ contineat conuentus Maſsilienſem, Auenionenſem, Arelatenſem, Taulignanenſem, & alios qui in eadem Prouincia Prouinciæ, Comitatu Venaſſino Auenionenſi, Aquitania, & lingua Occitana, congregationi præfatæ acquirentur. Quodq́; per præſentem Prouinciarum diuiſionem, & ſeparationem eiuſdem congregationis fratres per Prouincias nullomodo diſtricti, nec ſeparati cenſeantur, vſque ad Præfatum capitulum generale eiuſdem congregationis in menſe Septembri anni proximi futuri 1636. Benedicente Domino celebrandum: ſed in eodem ſtatu remaneant perinde, ac ſi præſens diuiſio facta non eſſet. Poſt celebrationem verò capituli Generalis huiuſmodi ad ſuas quiſque ibunt Prouincias à quibus transferri non poterunt, niſi à Vicario Generali dumtaxat ſeu capitulo Generali, & tranſlati vt præfertur voce actiua, & paſſiua: ac iiſdem priuilegiis, & immunitatibus gaudeant quibus eiuſdem Prouinciæ fratres gaudent, &c.

In eodem capitulo Generali eligantur à capitularibus, Vicarius generalis alternatim ex qualibet Prouincia, cuius nomine & authoritate ejuſq́; ſucceſſorum canonicè intrantium, & electorum omnes profeſſiones regulares ab eiuſdem congregationis Nouitijs: emittentur duo procuratores videlicet vnus Generalis pro Curia Romana, & alius dictæ congregationis, pro curia Franciæ: duo Viſitatores Generales qui ſemel in dicto triennio totam congregationem viſitabunt: Quatuor Diffinitores Generales, Secretarius Vicarij Generalis, omnéſquẽ alij dictæ Congregationis Superiores, ad triennium dumtaxat: itavt Procuratores, & Viſitatores Generales ſint alterius Prouinciæ, quam eius cuius erit Vicarius Generalis vnus autem ex dictis Diffinitoribus erit eiuſdem Prouinciæ ex qua Vicarius eligetur, alij tres aliarum Prouinciarum.

Nomine, & authoritate Vicarij Generalis omnes Nouitiorum emittuntur profeſſiones.

In proximò capitulo intermedio, quod poſt feſtum Paſcatis reſurrectionis præſentis anni 1635. Benedicente Domino celebrabitur: & cui intererunt Vicarius Generalis, Procuratores dictæ congregationis, quatuor Diffinitores, duo Viſitatores generales, nempe Ioannes Euangeliſta à S. Helena, & Proſper à Sancta Getruda: nec non Hilarion à ſancta Vrſula Præſidens ſubſtitutus Capituli generalis prædicti, Secretarius Vicarij Generalis, & Prior localis Conuentus Lugdunenſis, in quo Capitulum huiuſmodi celebrabitur. Eligentur tres Prouinciales dictarum trium Prouinciarum, quorum officia vſque ad Capitulum generale dicti anni 1636. iuxta tamen declarationem infrà ſcriptam durabunt.

Ff Capi

Capitula intermedia iuxta ſolitum celebrentur, vſque ad annum 1642. quorum loco capitula Prouincialia, quolibet biennio celebrabuntur, ſi in eodem capitulo id eiuſdem congregationis bono, atque progreſſui expedire iudicabitur: & tunc capitula ipſa prouincialia celebrabuntur feria ſexta ante tertiam Dominicam poſt feſtum Paſcatis reſurrectionis, quorum Præſidentes ab ipſo Vicario Generali nominabuntur: in eorum verò defectum iuxta ipſius Congregationis conſtitutiones procedetur.

Vicarius generalis nominat præſidentes in capitulis Prouincialibus.

Nullus omnino dignitatem, ſiue ſuperioritatem habere poſſit ſi diu, noctuq; vnà cum aliis fratribus choro non interſit, itinerando pedes incedet, nec feret aut per alios ferre curabit monetam pro ſuis vſibus: ac in omnibus, & per omnia diſciplinam regularem, & communitatem ſeruabit: aliter electionum incapax exiſtat, excepto tamen aliquo ipſius congregationis ſene, & infirmo ſuprà quinquageſimum ſuæ ætatis annum conſtituto, qui alias ſuperior fuerit: ac in regimine vitæ, innocentia, & regulari diſciplina ſe laudabiliter geſſerit, & cuius conſilium eidem congregationi multum prodeſſe valeat. Tunc eo caſu capitulum generale cum illo diſpenſare, illumque ad Diffinitoris ſeu aſſiſtentis generalis officium promouere poſſit.

In capitulo generali de anno 1642. & alijs deinde ob fælicem ipſius congregationis, qui dante Domino ſperatur progreſſum celebrandis, eligantur quatuor Diffinitores, prouinciales cuiuſlibet Prouinciæ, & duo aſſiſtentes alterius Prouinciæ, quam eius cuius erit Vicarius Generalis, qui officium quod priùs Diffinitores exercebant, exerceant: & Præfato Vicario Generali ſuis conſiliis aſſiſtant, & inſeruiant, & poſt dictum capitulum anni 1642. Vice, & loco capitulorum intermediorum capitula prouincialia celebrentur: ſi tamen pluralitas capitularium præfati Capituli generalis id oportunum repererit: in quibus quidem capitulis Prouincialibus Prouinciales, & omnes alij Superiores Prouinciarum eligantur, in quorum electionibus concurrent dicti Superiores, & diſcreti iuxta ſolitum: in aliis verò capitulis generalibus poſt dictum annum 1642. celebrandis, eligantur duntaxat Vicarius Generalis, duo aſſiſtentes Generales, Procuratores, duo Viſitatores, ac Prior Conuentus Regalis Pariſienſis, & Secretarius Vicarij Generalis quorum Officia per triennium durent: & in horum electionibus concurrent Prouinciales, & ſuprà nominati, vnus Diffinitor, vnus Prior, & vnus Diſcretus cuiuſlibet Prouinciæ, electi à quolibet Diffinitorio Prouinciali, præter præſidentem iuxta literarum noſtrarum deſuper expeditarum formam deputandum.

Aſſiſtentes eleguntur loco Deſinitorum.

Prouincialis, *& Prior Prouinciæ, ac conuentus reſpectiuè in quo capitulum Generale celebrabitur, præcedant alios prouinciales, & priores: aliæ vero prouinciæ ſeruent ordinem antiquum. Ea prouincia antiquior dicatur è qua Vicarius Generalis in proximo capitulo generali anni 1636. eligetur. Secunda erit illa ex qua, & ſequens Vicarius Generalis electus erit, & poſt eam aliæ prouinciæ, qui antiquitatis ordo ſemper ſeruabitur.*

Ille qui ad Vicarij Generalis, ſiue prouincialis officium poſt annum 1642. electus fuerit, per biennium immediatè ſubſequens præfato, & quouis alio officio, ſiue ſuperioritate careat. Qui verò Vicarij Generalis Officio pro tempore functi fuerint, expleto eorum Officio huiuſmodi vocem actiuam, & paſſiuam in capitulis generalis,

neralibus, ſine prouincialibus non habeant niſi quando fuerint electi diſcreti, idéq; ſeruetur in ijs, qui lectores ſeu magiſtri Nouitiorum fuerint. Capitulum priuatum, ſeu Diffinitorium particulare: vel aſſiſtentes ea quæ in capitulis generalibus facta fuerint annullare, immutare, innouare, ſeu his contrauenire non poſſint.

Prouinciales eandem habeant auctoritatem ſuper ſuis prouincijs, quam habet Vicarius Generalis ſuper totam congregationem, exceptis tamen facultate dandi licentiam eiſdem fratribus Romam veniendi: eoſq; de vna ad aliam prouinciam transferendi, nouoſq; conuentus abſque expreſſa dicti Vicarij Generalis inſcriptis obtinenda recipiendi.

Procurator Generalis in Romana curia, & Procurator dictæ congregationis in curia Franciæ omnes alios Superiores præcedant, tamen prouincialibus exceptis in eorum prouinciis: ita tamen vt dictus Procurator Generalis in Romana Curia illum Procuratorem Curiæ Franciæ præcedat, & ambo ad reſidentiam ſub pœna priuationis teneantur. Præfatæ congregationis fratres Romam venientes Procuratori Generali præfato immediatè ſeſe præſentare, ſuamq; illi obedientiam exhibere, & illam ab eo è Roma recedentes recipere teneantur: eidem negotia quæ tractare venerunt communicabunt, & ſubditi erunt: nec in eadem Curia Romana negotia tractare, ſeu quidpiam in illa impetrare poterunt, abſque illius licentia, ſub pœna excommunicationis, & nullitatis eorum quæ impetrauerint.

Procuratoris generalis in Romana Curia ad præſens Romualdus de S. Magdalena, & in Curia Franciæ Procuratoris dictæ congregationis Simon de ſancta Martha, officio reſpectiuè fungantur, vſque ad proximum capitulum generale ejuſdem congregationis.

Laici ſiue conuerſi, qui vocem actiuam, & paſſiuam in capitulis petierint ipſo facto priuati ſint Capucio quoad vixerint, & Vicarij Generalis, ſiue prouincialis arbitrio ab ipſis caſtigentur.

Præſentes verò literas, & in eis contenta huiuſmodi executioni demandentur per modernum dictæ congregationis Vicarium, eiuſq; ſucceſſores ad capitula generalia, & Prouincialia in ſuis reſpectiuè Prouinciis, omnéſque eiuſdem congregationis fratres, ad exactam eorum omnium obſeruantiam ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna ipſo facto incurrenda teneantur. Decernentes illas validas firmas, & efficaces exiſtere, & fore, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 28. Martij 1635. Pontificatus noſtri anno 12.

M. A. Maraldus.

Cum autem diuiſæ fuiſſent Prouinciæ in capitulo generali auctoritate Apoſtolica Lutetiæ Priſiorum congregato, factis quibuſdam ordinationibus, & ſtatutis ad nouum congegationis regimen ſpectantibus, reuiſiſque antiquis, ſumnorumque Pontificum literis Apoſtolicis, in vnum volumen compilatæ ſunt conſtitutiones quæ vt confirmarentur Sacræ Regularium congregationi exhibitæ, eas ad aliud capitulum generale vt denuo examinarentur remiſit,

quibus examinatis , & in meliorem formam redactis , eadem ſacra congregatio Eminentiſſimis Cardinalibus Palotto totius ordinis protectori, Cæſarino, & ſancta crucio iterum examinandas commiſit , quibus maturè , & diligenter examinatis eas Sacra congregatio die 5. Iulij 1641. in forma ſpecifica approbauit , ſicque approbatas S. D. N. Vrbanus V I I I. ſequenti bulla confirmauit.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Confirmatio constitutionum.

D*Iuina Majeſtatis prouidentia ad ſummi Apoſtolatus faſtigium euecti ſuper vniuerſos Orbis regulares Ordines, & in eis voto religionis adſtrictos noſtra dirigentes conſiderationis intuitum ad ea per qua regularis vita inſtitutio, olim, à ſanctis viris piè, & religioſè inuenta, & conſtituta : temporum lapſu ſeſe remittente religioſorum deuotione relaxata , & aliquatenus deformata reſtrictionem, & reformationem ſuſcipiat, & in priſtinum refloreſcat ſtatum propenſis ſtudiis intendimus, & qua pro illorum fœlici ſtatu, & directione facta fuiſſe ſolerti indagine comperimus: vt firma, & illibata perdurent Apoſtolico præſidio fauorabiliter communimus , & alias deſuper diſponimus prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filij Hyacinthi à S. Margareta Procuratoris Generalis in Romana Curia fratrum Eremitarum Reformatorum diſcalceatorum nuncupatorum, ordinis S. Auguſtini, Congregationis Galliarum : & Viſitatoris Generalis eiuſdem Congregationis petitio continebat : quod dicta Congregatio qua in Prouinciis antea diſtincta non erat diuerſas litteras Apoſtolicas obtinuit , vnas videlicet pro eius confirmatione , & in ſuo huiuſmodi ſtatu directione, & manutentione datas Roma apud S. Mariam maiorem die 21. Iulij anni Domini 1628. Creſcente verò eius fratrum, & Conuentuum in pluribus Gallia partibus numero per alias literas datas die 23. Martij anni eiuſdem Domini 1635. in tres prouincias diuiſa fuit, & in ea capitula prouincialia, & per conſequens aliud gubernij genus Apoſtolica auctoritate ſtatuta , & ordinata fuerunt , vnde cum dicti fratres eorum ſtatuta , & conſtitutiones ad noui huiuſmodi ſtabilimenti formam reducere cogerentur, licentiam antiqua eorum ſtatuta, & ordinationes : nec non ceremoniale ad meliorem formam reducendi, per alias noſtras literas datas die vigeſimaſeptima Aprilis anni eiuſdem Domini 1637. obtinuerunt: prout in ſingulis literis præfatis in ſimili forma breuis expeditis plenius continetur. Cuius licentia vigore multa in præfatis literis, & aliis hic non expreſſis contenta nouo huiuſmodi viuendi generi , & ſtabilimento non conuenientia mutare, & alia iam executioni mandata : aut protunc inutilia intermittere : catera verò & neceſſaria ex illis deprompta hic ſuo loco inſerere coacti fuerunt , & illa in capita , & paragraphos diſtincta in hanc completam formam redegerunt.*

Hic

Hic inſeruntur de verbo ad verbum conſtitutiones. *Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat dicta congregatio plurimùm cupiat conſtitutiones, & ſtatuta præinſerta pro illorum firmiore ſubſiſtentia, & obſeruatione inuiolabili noſtro, & ſedis Apoſtolicæ munimine roborari. Nobis propterea pro parte dicti Hyacinthi fuit humiliter ſuplicatum quatenus conſtitutionibus, & ſtatutis præfatis robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, ac alias in præmiſſis oportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui vt Eccleſiaſticus ordo regulari obſeruantia, vitæ ſanctimonia, & virtutum claritate noſtris potiſſimum temporibus adeò præfulgeat, vt cum Chriſti fideles ſæculares eorum exemplari vita illuminati: per viam ſalutis in hoc ſæculo gradientes, ad cœleſtia regna mereantur peruenire ſupremis exoptamus affectibus eundem Hyacinthum, & dictæ Congregationis ſingulares perſonas, à quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex voto congregationis Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & regularium Præpoſitorum cui conſtitutiones, & ſtatuta ſupradicta examinanda commiſeramus: Statuta, Conſtitutiones, Decreta, & Capitula præinſerta nouiſſimè vt præfertur edita, & condita præuia antiquorum ſtatutorum, ac omnium, & ſingulorum contentorum in eiſdem, & literis Apoſtolicis præfatis die ſcilicet vigeſimaprima Iulij anni 1628. apud Sanctam Mariam maiorem, & die 28. Martij anno 1635. aliiſque omnibus, & ſingulis ſi quæ ſint præinſertis contrariorum, cæteris in ſuo robore permanſuris, reſciſione, & abrogatione Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus: ac illis perpetua, & inuiolabilis firmitatis robur adjicimus, omnéſque & ſingulos tam iuris quam facti, & ſolemnitatum, ac alios quantumvis ſubſtantiales defectus, ſi qui forſan in eiſdem ſtatutis quomodolibet interuenerint, in eiſdem ſuplemus, illáque ſemper, & perpetuò valida, & efficacia fore, & eſſe ſuáſque plenarios, & integros effectus ſortiri & obtinere, & ab eiuſdem regularis congregationis fratribus, Vicario Generali, aliiſque Superioribus, ac ejuſdem ſingulis Religioſis etiamſi ab eorum profeſſione, aliqua ex primis ſtatutis immutata, aut ad ſtrictiorem vitæ obſeruantiam redacta ſint, omnibúſque aliis, & ſingulis quorum intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet infuturum, ſub pœnis in eis contentis, ad vnguem obſeruari, & adimpleri debere, & ſuper illorum, omniúmque & ſingulorum in eis contentorum obſeruatione, à quoquam quauis auctoritate fungente, quouis prætextu, occaſione, vel cauſa moleſtari inquietari, ſeu quoquomodo perturbari, nequaquam poſſe nec ab illis vllo vnquam tempore quouis prætextu: aut alia quavis cauſa quantumvis juridica recedi, ſeu reſiliri poſſe, imò fratres dictæ Regularis congregationis ad plenariam eorumdem conſtitutionnm obſeruantiam cogi, & compelli poſſe ſub pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque in cõſtitutionibus prædictis contentis pœnis, ipſaq; inconſulta ſede Apoſtolica nunquam abrogari vel reſcindi, minuſq; illis per quoſcumque Romanos Pontifices, aut eiuſdem ſedis etiam de latere legatos, & nuncios ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia déque Apoſtolicæ poteſtatis*

Plenitudine, ſeu cujuſvis intuitu, & contemplatione derogari: nec derogatum cenſeri poſſe nec debere: niſi in literis deſuper conficiendis de capitulo, & paragrapho cuiderogabitur: ac data earundem præſentium ſpecialis ſpecifica, & expreſſa mentio facta ſit, & aliter factas derogationes, & inde ſecuta quæcumque nulla, & inualida nulliuſq; roboris, vel momenti fore & eſſe, ac pro nullis haberi & cenſeri debere: auctoritate præfata decernimus. Præterea ne quis in Galliis habitum in materia, & forma ſimilem, ita vt ex præfatis fratribus diſcalceatis exiſtimari poſſit, niſi præfatæ Regularis Congregationis membrum actualiter exiſtat, geſtare ſiue nomen diſcalceatorum Reformatorum S. Auguſtini ſibi arrogare: aut prædictam congregationem eſſe ordinis Eremitarum S. Auguſtini verbo vel ſcripto temerè negare audeat, ſeu præſumat, ſub excommunicationis pœna auctoritate eadẽ interdicimus, & prohibemus. Denique quod ipſi fratres imagines Sanctorum Auguſtini Nicolai de Tolentino, & aliorum eiuſdem ordinis in habitu reformationis Diſcalceatorum ad decorem, & vſum in Eccleſiis clauſtris, aut alibi decenter honeſtè, ac piè depictas aut impreſſas conſeruare, ac impoſterum imprimere, & depingere religioſè ſecundùm Eccleſiæ, & aliorum ordinum Reformatorum laudabilem conſuetudinem, liberè & licitè valeant: licentiam, & facultatem dicta auctoritate impertimur. Decernentes eaſdem præſentes de ſubreptionis, vel obreptionis, ſiue nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, inualidari, ſeu in ius, vel controuerſiam reuocari: aut alias quomodolibet infringi, ſiue retractari, ſuſpendi, limitari, ſeu alias in contrarium diſponi, ſtatui, vel ordinari nunquam poſſe. Sed illas ac omnia, & ſingula in eis contenta quæcumque ſemper, & in perpetuum valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore ſuóſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere: ſicq;, & non aliter per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij noſtri Apoſtolici auditores, ac eiuſdem S.R.E. Cardinales, etiam de latere legatos, Vice-legatos, & dictæ ſedis Nuncios judicari, & definiri debere: necnon irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nonobſtantibus litteris prædictis, quæ incipiunt. Ex injuncti nobis Apoſtolici muneris debito ſacrarum Religionum in Eccleſia Dei piè, ſanctéq; inſtitutarum, proſperum ſtatum fœlicemq; directionem, ſynceris deſiderantes affectibus his quæ propterea prouidè facta fuiſſe dicuntur, vt firma perpetuò, & illibata perſiſtant libenter cum à nobis petitur Apoſtolici muniminis adijcimus firmitatem: aliaſq; deſuper eiuſdem muneris partes interponimus, &c. Prout in dictis litteris pleniùs continetur ſub datum videlicet Romæ apud Sanctam Mariam maiorem ſub annulo Piſcatoris die 21. Iulij anni 1628. Pontificatus noſtri anno quinto, illis etiam iteratis vicibus, innouatis, approbatis, & confirmatis, aliiſque præmiſſis, ac quibuſvis aliis noſtris Apoſtolicis: necnon in ſynodalibus Prouincialibuſq;, & vniuerſalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus, conſtitutionibus, & ordinationibus: atque Regularis Congregationis, & ordinis huiuſmodi etiam juramento confirmatione Apoſtolica: vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis illis, & ordinis huiuſmodi Priori generali dictæq; Congregationis Regularis Vicario Generali, aliiſq; illius ſuperioribus, & perſonis

Poſſunt depingere ſanctos Ordinis in habitu diſcalceat.

ſub

ſub quibuſcumque tenoribus, & formis in genere, vel ſpecie, aut alias quomodolibet etiam per viam concordiæ inter prædictum Priorem Generalem, & Congregationem huiuſmodi conceſſis, approbatis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa, & indiuidua: ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda: aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum nihil pænitus omiſſo, & forma illis tradita obſeruata inſerti forent, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè plenitudinis poteſtate derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcumque. Quocirca Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis Epiſcopis, &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris die decima nona Auguſti Milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo, Pontificatus noſtri decimo nono.

Fantinus Rentius.

Loco † Annuli Piſcatoris.

N. Raynerius.

Huius Bullæ validitatem infirmare quidam voluerunt dicentes Illuſtriſſimum D. Marium Teodulum Iudicem, & cenſorem Apoſtolicum, eam ſubreptitiam, & obreptitiam iuridicè declaraſſe, in ſequenti vt aiunt declaratione.

MArius Teodulus Protonotarius Apoſtolicus, &c. Noueritis coram nobis pro parte, & ad inſtantiam admodùm R. Patris Magiſtri fratris Aegidij conſonij totius ordinis Eremitarum S. Auguſtini Procuratoris Generalis principalis inſtantiæ comparitum, expoſitumq; fuiſſe quod licet à pluribus Pontificibus, & præſertim à Felicis recordationis Paulo II. Sixto IV. Iulio II. Leone X. S. D. N. Vrbano Papa VIII. per plures literas in forma breuis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſum, mandatum, ſtatutum, & ordinatum fuerit. Ne fratres de Obſeruantia, ſeu reformati eiuſdem vel alterius ordinis quocumque nomine cenſeantur, ſub quouis titulo, vel prætextu etiam reformationis curæ, vel cuſtodiæ poſſint impetrare, occupare, vexare, tentare: aut etiam ſponte oblata, & conceſſa recipere vel acceptare Monaſteria, Conuentus, domos, & loca quæ à fratribus Conuentualibus dicti ordinis poſſidentur, & inhabitantur: vel poſſeſſiones, & alias quaſcumque res ad illas pertinentes, ſub pœna excommunicationis S. Sedi Apoſtolicæ reſeruata niſi id fiat cum expreſſo conſenſu in ſcriptis Reuerendiſſimi P. Prioris Generalis eiuſdem ordinis pro tempore exiſtentis: & inſuper declaratum, & inſtitutum fuerit quod quidquid in contrarium præmiſſorum, aut in præteritum, aut in futurum tentatum, impetratum, vel conceſſum fuerit etiam à Sede Apoſtolica niſi ejuſdem Reuerendiſſimi P. Prioris Generalis expreſſè, & canonicè ſcriptus appareat conſenſus, totum illud ſic caſſum, irritum, & inane, nullum

nullum omnino robur obtineat, nulliuſque momenti, & pro infecto habeatur: niſi prædictis litteris eorumdem Summorum Pontificum non per generales clauſulas, ſed de verbo ad verbum ordine conſentiente derogatum fuerit: prout conſtare dixit ex præfatis literis in forma breuis quas produxit. Nihilominus nouiſſimè inſurgere Venerabiles fratres Reformatos diſcalceatos congregationis Galliæ ejuſdem Ordinis in executione præſentium nominandos, & cognominandos qui ſuffulti (vt aiunt) *quibuſdam aſſertis literis Apoſtolicis contra formam tenorem,& diſpoſitionem, præinſertorum breuium nimirum abſque conſenſu in ſcriptis Reuerendiſſimi P.Prioris Generalis, atque adeò ſubreptitiè,& obreptitiè impetratis,nulliuſque roboris: vel momenti necnon ſub prætextu, quod vocati, inuitati,aut miſſi fuerint ad reformandum: vel cum aliquibus fratribus Conuentualibus Priori Generali inferioribus concordias, tranſactiones, aut alios quoſcumque contractus inierint: jactauerint, & jactant ſe velle abſque præfato conſenſu Prioris Generalis, imo ipſo inuito occupare, recipere, acceptare nonnulla Monaſteria, Conuentus,domos,& loca quæ à fratribus Conuentualibus poſſideri,& inhabitari ſolent,& ſemper poſſeſſa, & inhabitata fuerunt fortaſſiſq; de facto occupauerunt, receperunt, & acceptauerunt in ſpretum, & contemptum præinſertorum breuium Apoſtolicorum: & in graue damnum euidénſque præiudicium dictorum fratrum Conuentualium. Proinde ad nos recurſum habitum,poſtulatumq; fuiſſe quatenus ſibi in præmiſſis de oportuno Iuris remedio prouidere dignaremur.*

Huc vſque refert Illuſtriſſimus Dominus Marius Theodulus nudam, & ſimplicem admodùm Reuerendi Patris Magiſtri Fratris Ægidij Conſonij Procuratoris Generalis totius Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini contra Auguſtinianos diſcalceatos expoſitionem, qui contra præinſertas Bullas, vt ait Apoſtolicas ſine licentia Reuerendiſſimi Patris Generalis ſuffulti quibuſdam literis Apoſtolicis ſubreptitiè, & obreptitiè obtentis Conuentum Maſſilienſem reformandum acceptarunt, proindè ad Præfatum Illuſtriſſimum Dominum recurrit vt ſibi in præmiſſis prouideat. Hæc eſt mera facti expoſitio, videamus modò quid decernat Illuſtriſſimus Dominus Marius Theodulus, & an Bullam Præfatam Diſcalceatorum juridice, vt dicit declarauerit ſubreptitiam ſic ergo proſequitur.

Nos itaque Marius Theodulus Auditor Iudex Præfatus attendentes petitionem hujuſmodi fore juſtam, rationiq; conſonam quódque juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus. Vobis omnibus, & ſingulis ſuprà ſcriptis,& veſtrum cuilibet inſolidum committimus,& in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus quatenus ſtatim viſis ſeu receptis præſentibus, & poſtquam vigore præſentium fueritis requiſiti, aut aliquis veſtrum fuerit requiſitus moneatis, & requiratis primò, ſecundò, tertiò peremptoriè: prout nos monemus,& requirimus per præſentes omnes,& ſingulos in executione præſentium nominandos, cognominandos, quatenus infrà ſex dierum ſpatium quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio vltimo,& peremptorio termino,& canonica admonitione aſſignetis prout nos aſſignamus eiſdem per præſentes, ſub mille ducatorum auri de Camera locis piis arbitrio noſtro applicādis: & pro illis miſsi exui,& in iuris ſubſidium excommunicationis ſiue interdicti,aliiſq; Eccleſiaſticis ſententijs,cenſuris,& pœnis debeant, & ipſorum

& ipſorum quilibet debeat rea iter, & cum effectu ſupradictas præinſertas literas Apoſtolicas, & contenta in eis quæcumque attendiſſe, obſeruaſſe, debitéque executioni, & effectui demandaſſe in omnibus,& per omnia prout in eis habetur, & continetur, attendique, obſeruari & debitè executioni demandari feciſſe, & curaſſe, & pro vero, & reali executionis huiuſmodi effectu, ab omnibus,& ſingulis præmiſſis iactationibus, moleſtationibus, & impedimentis in ea,& ſuper præmiſſis illorúmque cauſa, & occaſione illatis,datis,factis,& præſtitis: aut inferri comminatis,dandiſque & inferre in futuram ceſſaſſe,reticuiſſe,deſtituiſſe,& ſe abſtinuiſſe,ceſſariq; deſiſti, & abſtineri feciſſe,& curaſſe:dictáſque moleſtias,& cæteras inſtantias contrarias nullas, & nulla de facto facta, illata, & præſumpta declaraſſe, ſibiq; perpetuum ſilentium impoſuiſſe: imo verò Monaſteria domos, & loca ſi quæ occupauerint, receperint,& acceptauerint dimiſiſſe,relaxaſſe,& reſtituiſſe: ac reſtitui, dimitti & relaxari curaſſe. Séque ad hæc: & alia omnia in proceſſu, cauſa, & cauſarum huiuſmodi tam principaliter, quam incidenter coniunctim, ſeparatim, & inſolidum ante,& poſt litem conteſtatam deducenda,& oſtendenda omnibus viis, ac iuris,& facti remediis neceſſariis,& opportunis adſtringi,arctari, cogi, & compelli, & mandatum de obſeruantia,ac aliud quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari vidiſſe, & audiuiſſe, expenſáſque refeciſſe, & præſentibus omnino paruiſſe. Alioquin eoſdem ſic monitos,& monendos ſi in præmiſſis ſic ſeſe fore grauatos ſenſerint, peremptoriè citetis, & citare curetis, prout nos citamus per præſentes quatenus ſexageſima die poſt præſentium executionem: ſi illa iuridica fuerit alioquin prima die iuridica hanc immediatè ſequente, compareant Romæ in Iudicio legitimo coram nobis ſiue noſtro in ciuilibus literarum referendario cauſam eorum grauaminis allegaturi,& Iuſtitiæ complementum conſecuturi certificantes (abſolutionem) in quorum omnium,& ſingulorum fidem. Datum Romæ, ex ædibus noſtris anno Domini 1643. indictione 11. die verò 1. menſis Aprilis Sedente Sanctiſſimo in Christo Patre & D.N. Domino Vrbano diuina prouidentia Papa V I I I. Anno eius 20. in forma breuis quamo de iis:

Paulus Calallectus cum paraffo Adrianus Gallus cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Notarius.

Locus † ſigilli.

Vides amice lector ibi nec minimum quidem verbum de ſubreptione præfatæ diſcalceatorum Bullæ reperiri, ſed ſolum modo ſub pœnis ibidem contentis, bullarum Apoſtolicarum in fauorem calceatorum mandari executionem: deberéque diſcalceatos eorum conuentus, ſi quos acceperint dimittere. Quare ex his omnibus ſequentes elicio concluſiones.

Primo falſiſſimum eſſe hanc eſſe declarationem D. Marij Theoduli ſuper bullam d ſcalceatorum ſubreptitiam vt aiunt, & obreptitiam, illamque talem iuridice declaraſſe cum nullam omnino de illa mentionem faciat, præfatus illuſtriſſimus Dominus ſed tantum in expoſitione ſua, de quibuſdam litteris in genere loquatur R. P. Conſonius aduerſarius noſter quas ipſe ſolùm ſubreptitias ſupponit.

Secundo hoc tantum fuiſſe monitorium pro litterarum apoſtolicarum contra diſcalceatos executione, quorum bullam præfatam non ſolum non declarauit ſubreptitiam: imo nec iuridice declarare potuit, quia ſine illius bullæ examine quam non viderat, non citatis, & auditis partibus obtentum, ſeu extortum fuit, quæ omnia neceſſaria ſunt vt bulla aliqua ſubreptitia iuridicè declaretur vnde potius præfatum Monitorium ſubreptitium cenſendum eſſet, ſi præfatam bullam ſubreptitiam ſine illius examine, & inauditis partibus declaraſſet.

Ad hæc quis neſcit certiſſimum eſſe ex Miranda *a* & omni dubio procul, quod, iudicialis definitio,ſeu interpretatio Iurium,& legum Apoſtolicarum quæ à ſede Apoſtolica emanarunt, de iurè communi ſummo Pontifici reſeruatur *b*, & ratio eſt quia cuius eſt legem condere eiuſdem eſt eam interpretari *c* Ideoque de hac Iudiciali declaratione generali, & iuridica intelligenda ſunt verba quæ in ſuis conſtitutionibus apoſtolicis apponunt ſummi Pontifices quando dicunt quod nemini liceat ipſas aliter interpretari, vel quod ſit ſublata poteſtas aliter deffiniendi, interpretandi, & determinandi &c. nam prædicta interpretatio, & declaratio facit ius quoad omnes *d* Quare ſolus Papa præfatam bullam validam aut inualidam iuridice declarare poterit, aut eminentiſſimi Cardinales ſacræ Congregationis Regularium, qui cum ſummi Pontificis vicem gerant, eiuſque auctoritatem habeant, & in rebus arduis, & difficillimis nihil faciant: ſed neque facere poſſint ipſo inconſulto. Ideo declarationes, & interpretationes ab ipſis authenticè factæ tanquā certæ, ac veræ recipi debent,ac ſi ab ipſomet ſummo Pontifice immediatè emanaſſent: eadem enim lege qua iubemur Papalem declarationē recipere tanquam certam, & veram, cum ad legiſlatorem pertineat leges ſuas interpretari,& declarare vt ſuprà diximus,eadem met lege tenemur recipere declarationes ſupradictas tanquā certas,& veras explicantes,& declarātes mentem, & intentionem legiſlatoris: ex quibus concludendum eſt nunquam in mentem veniſſe Illuſtriſſimo Domino Mario Theodulo præfatam diſcalceatorum bullam ſubreptitiam, & obreptitiam declarare. Præſertim vero cum poſtea iterum auctoritate Apoſtolica examinatis eorundem Conſtitutionibus ab eminentiſſimo Cardinale Palloto totius ordinis Protectore cum Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Farneſio ſacræ congregationis Secretario ſacra eadem congregatio quibuſdam factis declarationibus 17. Martij 1645. ſic iam approbatas conſtitutiones, & à Sede Apoſtolica confirmatas in ſuo robore remanere cenſuit. Et ab omnibus obſeruari mandauit die 12. Maij Ne autem aliquid deeſſet ad præfatarum conſtitutionum perfectam confirmationem, auctoritate regia cum aliis bullis pontificiis in ſupremo Pariſienſi Senatu approbatæ, & confirmatæ fuerunt prout ſequitur.

a Tom. 2. q. 7. art. 8.
b Cap. cum venitis & de Iudiciis & Gloſſa in dict. cap. verbo iudicari. Syluester verbo iudicari. Syluester verbo interpretatio q. 1.
c In cap. inter alia de ſent. excō. & in cap. ſicut paragrapho ex his 11. q. 1. & in l. vlt. C. de legib. & in l. vlt. C. de legib. & in l. in prætoriis ff. de prætor. ſtipulat.
d Cap. fin. de conſtit.

Veu par la Cour les lettres Patentes du deffunct Roy donnez à S. Germain en Laye le 22. Nouembre 1642. ſigné LOVYS, & plus bas Philippeaux: & ſcellées du grand ſeau obtenuës par les Religieux Auguſtins deſchauſſez de la Congregation de France, par leſquelles, & pour les cauſes y contenuës ledit Seigneur veut,

& or-

& Ordonne que les Bulles obtenuës du Pape par leſdits Religieux, portans confirmation de leurs Conſtitutions, ceremonies, & autres ſtatuts concernans la police interieure, & exterieure de leurs Egliſes, & Conuents qui ne regardent que l'eſtabliſſement, & entretien de la diſcipline Reguliere : le bien & vtilité de leurs maiſons conuentuelles : attachées ſous le contreſeel deſdites lettres, ſortent leur plain, & entier effect, & que les impetrans joüiſſent du contenu en icelles pleinement, & paiſiblement. Autres lettres de ſuranation ſur les precedentes du ſecond Mars 1653. Requeſte deſdits Religieux pour l'enterinement deſdites Lettres. Concluſions du Procureur du Roy. Tout conſideré, ladite Cour a Ordonné, & Ordonne que leſdites Lettres, & Bulles ſeront regiſtrées au Greffe d'icelle pour joüir par les Impetrans de l'effect contenu en icelles, ſelon leur forme & teneur ſuiuant les Ordonnances, & Arreſt de ladite Cour: & à la charge que pour la permiſſion de poſſeder des immeubles, ils ſeront tenus à chacune acquiſition ſe pourvoir par deuant le Roy, pour en obtenir particulierement les Lettres neceſſaires. Fait en Parlement le 27. jour de Iuin 1654.

Approbatur conſtitutiones à ſuprema Pariſiſ. Curia.

DV TILLET.

Poſtea vero Ludouicus XIV. Hodie fœliter regnans omnia priuilegia, libertates, & immunitates à prædeceſſoribus ſuis, omnibus, & ſingulis conſentibus totius congregationis vbique exiſtentibus conceſſa denuo, ſequenti diplomate confirmauit, & approbauit.

LOVYS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre, à tous preſens & à venir, ſalut. Entre toutes les grandes, & incomparables actions qui ont immortalizé le feu Roy LOVYS le Iuſte de glorieuſe memoire, noſtre tres-honoré Seigneur & Pere, il n'y en a point, dont nous ſoyons plus viuement touchez: & pour qui nous ayons plus de reſpect, & demulatiō que pour celles qui ont marqué ſa Religion enuers Dieu : ſon zele pour toutes les choſes qui peuuent contribuer à la propagation, ou manutention de noſtre ſaincte foy. Et comme nous auons obſerué qu'il a pris vn ſoin tout particulier de faire paroiſtre cette ſaincte affection à l'endroict des Communautez Religieuſes, en maintenant les auancemens, fondations : ou en faiſant des nouuelles, & leur octroyant à toutes pluſieurs graces, & priuileges, ſelon leur beſoin & neceſſitez vn ſi bel exemple, nous animant à la charité de noſtre Seigneur, nous preſſe de faire tout ce qui dependra de nous pour l'imiter, & ſuiure ſes Religieuſes traces. C'eſt pourquoy nous auons fauorablement receu la treshumble ſuplication, qui nous a eſté faite par le Pere Auguſtin de ſaincte Marguerite, Vicaire General des Freres Hermites Religieux reformez deſchauſſez de l'ordre de ſainct Auguſtin, tendante à ce qu'il nous plaiſe accorder aux Conuents dudit Ordre, ſituez dans les terres de noſtre obeiſſance nos lettres de confirmation, de tous les droicts, priuileges, franchiſes, & immunitez que les Roys nos Predeceſſeurs leur ont cy-deuant octroyé par leurs lettres Patentes, & en quelque autre choſe, & maniere que ce ſoit. A ces cauſes deſirans entant qu'il nous ſera poſſible fauorablement traitter leſdits Hermites Auguſtins reformez deſchauſſez, & teſmoigner l'eſtime particuliere que nous faiſons de la perſonne dudit Pere Auguſtin

leur Vicaire General qui nous a vtilement, & dignement ſerui en quantité d'actions importantes : & pour pluſieurs, & autres bonnes conſiderations à ce nous mouuans : & apres auoir fait voir à noſtre Conſeil leſdites Lettres Patentes deſdits feux Roys nos Predeceſſeurs, cy attachez ſous le contreſeel de noſtre Chancellerie: de l'aduis d'iceluy, où eſtant la Reyne noſtre tres-honorée Dame & Mere, & pluſieurs Princes, Ducs, Pairs, & Officiers de noſtre Couronne : & de noſtre grace ſpeciale, pleine puiſſance, & auctorité Royale nous auons confirmé, & aprouué, & confirmons, & aprouuons par ces preſentes ſignées de noſtre main tous leſdits priuileges, franchiſes, & immunitez, qui ont eſté cy-deuant accordé par les Roys nos precedeſſeurs, auſdits freres Hermites Auguſtins reformez deſchauſſez, en tous les lieux, & terres de noſtre obeiſſance : tant par leurs lettres Patentes qu'en quelque autre ſorte, & maniere que ſe puiſſe eſtre : & entant que beſoing eſt, où ſeroit : leur auons de nouueau permis, & octroyé voulons, & nous plaiſt qu'ils puiſſent, & leur ſoit loiſible, d'edifier lieux, & Conuents par tout noſtre Royaume, Pays libres, & Seigneuries de noſtre obeïſſance, receuoir, tenir, & poſſeder toutes ſortes de biens, & poſſeſſions qui leurs ſeront deſia, ou ſeront cy apres donnez par les Prelats Seigneurs, Communautez, ou particuliers, & generalement qu'ils joüiſſent de tous, & vn chacuns les priuileges, franchiſes, & immunitez à eux octroyées : & comme deſia ainſi qu'ils ont cy deuant bien, & deüement ioüy, & vsé, joüiſſent, & vſent encor à preſent : Si donnons en mandement à nos Amez, & feaux Conſeillers les gens tenans noſtre Cour de Parlement, & Chambre des Comptes de Paris, Roüen, Bordeaux, Toloze, Dyon, Aix, Grenoble, Rheins, Preuoſts de Paris, Baillifs, Seneſchaux, leurs Lieutenans, & tous autres nos Iuſticiers, & Officiers qu'il apartiendra : que ces preſentes, chacun endroit ſoy, & comme ils en ſeront requis, ils faſſent lire, & enregiſtrer: & du contenu & entier effect d'icelles, joüir par leſdits freres Hermites de Sainct Auguſtin reformez deſchauſſez, pleinement, paiſiblement, & perpetuellement : ceſſans, & faiſant ceſſer tous troubles, & empéchemens au contraire, car tel eſt noſtre plaiſir. Et afin que ce ſoit choſe ferme, & ſtable à touſiours, nous auons fait mettre noſtre ſeel à ceſdites preſentes, ſauf en autre choſe noſtre droict, & l'autruy en toutes. Donné à Paris au mois de Septembre 1654. & de noſtre Regne le 13. ſigné LOVYS:

Par le Roy De Lomenie.

Tandem S. D. N. Alexander Papa VII. omnia Priuilegia, & gratias per diuerſos Romanos Pontifices congregationi fratrum Eremitarum diſcalceatorum ordinis S. Auguſtini Galliarum conceſſa auctoritate Apoſtolica confirmauit, & approbauit.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Alexander VII. Confirmat omnia priuilegia diſcalceat.

EXponi nobis nuper fecit dilectus filius Patritius à Sancta Magdalena Procurator Generalis ordinis fratrum Heremitarum S. Auguſtini diſcalceatorum

nunc

nuncupatorum, Congregationis Galliæ. Quod ipſe pro fœlici dictæ congregationis gubernio, & directione omnia, & ſingula priuilegia: & gratias eidem congregationi per diuerſos Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros conceſſa, quo firmiora perſiſtant, & ab omnibus arctiùs obſeruentur Apoſtolica noſtræ co:firmationis patrocinio communiri ſummoperè deſiderat. Nos igitur eumdem Patritium ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi: volentes, & à quibuſuis ex-communicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, & pœnis à jure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis: ſi quibuſuis quómodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes ſupplicationibus illius nomine, nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati priuilegia, & gratias huiuſmodi dummodò in vſu, ac licita ſint, & honeſta & non ſint reuocata: nec ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa, ſacriſq; Canonibus, & Concilij Tridentini decretis, ac conſtitutionibus Apoſtolicis regularibúſque dictæ Congregationis inſtitutis, non aduerſentur Apoſtolica auctoritate: tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiycimus, ac omnes, & ſingulos tam juris quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint in eiſdem ſupplemus: decernentes illa nec non præſentes literas ſemper, & perpetuò valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuóſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum inuiolabiliter, & inconcuſſè obſeruari: ſicq; per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditores judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper hoc à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari in contrarium facientes, nonobſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris, die 20. Octobris 1655.

Locus † ſigilli.

G. Gualterius.

§. VI.

De Miſſione Apoſtolica Auguſtinianorum Diſcalceatorum in Affricam, eorumque viris Illuſtribus.

Miſſionem Affricanam, Regionemque Hypponenſem, vt paternam hereditatem incolunt Patrés diſcalceati congregationis Galliæ veri S. Auguſtini filij, & hæredes. De quibus illud dici poteſt quod olim Titus Liuius libro 19. de militibus ſcipionis in affricam tranſmigraturis refert *tantus omnibus ardor erat in Affricam traiyciendi vt non ad bellum duci viderentur ſed ad certa victoriæ præmia* nec enim minor fuit ardor primorum Auguſtinianorum diſcalceatorum qui ad Prouincias illas Barbaras ac infideles, Affricanas Na- *Miſſio Africana.*

tiones miſſi, ibant gaudentes vt digni haberentur pro nomine Ieſu contumelia, & opprobria pati, illi ad ſubiugandas imperio Romano nationes proficiſcebantur, iſti ad exterminandas hæreſes, & Ieſu-Chriſto Lucrandas tot Infidelium animas: illi ad diuitias augendas, Laudeſque humanas, & palmas acquirendas, iſti ad debellenda vitia, & virtutis Tropheos ad maiorem Dei gloriam, & honorem erigendos. Præcipue verò R. P. Archangelus à S. Maria Ægyptiaca prouinciæ Franciæ Nobiliſſimis ortus parentibus, cuius memoria ſemper in benedictione erit. Hic enim cum militiæ terreſtri, & Nauali vacaſſet, honorarias, & præcipuas vbique exercuiſſet dignitates, à Ludouico 13. plurimum dilectus qui multa ei grauia, & magni momenti negotia quem fideliſſimum, & ſecretiſſimum nouerat, commiſit. Religioſæ poſtea militiæ adſcriptus, & Deo charior, primus fuit Miſſionarius, & Miſſionis huius Africanæ fundator cum enim procuratoris Generalis diſcalceatorum officio in Romana curia digniſſimè fungeretur hanc Miſſionem à S. D. N. Vrbano VIII. obtinuit, deinde in curia franciæ præparatis omnibus neceſſariis ſiue ad ornamenta Eccleſiaſtica, ſiue ad Miſſionariorum ſufficientem ſuſtentationem, primus velut alter Scipio ſuos conduxit milites, & Miſſionarios, nec tamen vnquam adeo humilis erat) præfecti miſſionis titulum habere voluit (& in hoc Scipione Superior) ſed tantum vice præfecti ſimpliciſque miſſionarij officium acceptauit. Tale autem fuit decretum præfatæ miſſionis.

R. P. Archãgelus Miſſionis Africanæ fundator.

Decretum Sacræ Congregationis de Propaganda fide habita die vndecima Maij 1637.

Referente Eminentiſſimo Domino Cardinali Spada Sacra Congregatio miſſionem Tunetanam, & ad Numidiæ Prouinciam in Africa decreuit Auguſtinianis diſcalceatis Galliæ, cum infrà ſcriptis conditionibus.

Videlicet, primò vt miſſionis huius præfectus conſtituatur Religioſus ſcientia, & moribus, & ætate idoneus cum ſex ſociis Sacerdotibus ejuſdem Ordinis.

Secundò, vt tam præfectus quam eius ſocij à Vicario generali Auguſtinianorum Diſcalceatorum, & ab ejus Diffinitorio cum participatione Nuncij Galliarum approbentur, & approbatio Præfato Nuncio conſignetur, vt illam ad Vrbem tranſmittere poſſit.

Tertiò denique, vt ordinaria reſidentia huius miſſionis eſſe debeat locus in Affrica, vulgò Baſtion di Francia nuncupatus, vt indè Miſſionarij excurrere valeant ad Præfatum Regnum Tunetanum, & Numidiæ Prouinciam, ad juuandos Chriſtianos tam liberos, quam captiuos, & conuertendos hæreticos, & infideles in dictis Regno, & Prouincia degentes.

Card. Anton. Barberinus.

Locus † ſigilli.

Franci, Ingoli, Secret.

Quare

QVare anno 1641. Maſſiliam appulſus Reuerendus Pater Archangelus cum P. Gabriele à Virgine Maria Prouinciæ Gallo-Prouinciæ, Et F. Firmino, laico de 17. Auguſti hora ſeptima matutina flante vento Euronoto: è portu Maſſilienſi ſecundiſſimè nauigantes intra dies tres Bonã peruenerunt, die nempe 20. eademque hora ſeptima matutina, naui egreſſi in domum Mercatorum Galliæ ſe receperunt. Vbi cum poſt aliquot tempus permanſiſſent voluit Pater Archangelus Eccleſiam S. P. Auguſtini ab hoc loco quartam leucæ partem diſtantem: & in medio antiquæ ciuitatis Hipponenſis ſitam viſitare. Interpres autem Gallorum, qui olim Iudæus fuerat, nunc autem Chriſtianus, & inter Arabes maximè notus prius hac de re cum quibuſdam, ex illis ſibi notis, & amicis conferre voluit: vt ſecurius propter Arabes, & Mauros rebelles qui quotidie de mõtibus deſcendũt iter ageret. Quare in præſidium, & maiorem tutelam dederunt illi Ianiſſarium vnum, cum duobus miniſtris Iudicis Hypponenſis, quem vulgo Cady vocant, & cum hac cautela, multorumque Chriſtianorum comitatu, ſacrum hunc locum deuotiſſimè viſitauit cuius hæc eſt deſcriptio. Imprimis videntur adhuc omnia Eccleſiæ fundamenta integra, denſitatis ſex pedum, longitudinis octoginta octo, latitudinis quinquaginta. & altitudinis pedum circiter quadraginta octo, vt ex cochlea vitrea maioris altaris conijcere licet, cuius etiam media pars ruinoſa tamen integra cernitur. In hac cochlea videntur adhuc quinque feneſtræ orbiculares, duo ſunt præterea muri angulares ex lateribus fabricati, ſicut, & tota Eccleſia quæ ad meridiem ſita eſt, & è regione illius partis eximius alluit flunius, qui inde ad vnum milliare in Mare irrumpit. Iuxta maius altare quædam proſpicitur ſepultura quæ à tribus menſibus ab Algerij Gubernatore aperta fuerat, qui illic cum exercitu ſuo duodecim millium hominum Bennalip rebellium arabum caput debellaturus tranſibat. Nec aliud pretendebat præfatus gubernator quam in apertura huius ſepulturæ theſaurum aliquem abſconditum inuenire, vt aſſeruit quidam ex ſuis marabutis, verum duo tantum corpora mortua inuenit quæ ſane non poterant eſſe niſi Religioſorum S. Auguſtini, & ideo illa deuote honorificauit P. Archangelus nihil tamen ex eis accepit, cum nec minimum quid ex his ſacris locis ſine euidenti vitæ periculo accipi poſſit.

P. Archangelus viſitat Eccleſiam S. P. Auguſt.

Poſtquam vero illud omne perſpexit quod curioſum, & notatu dignum erat, in domum Mercatorum Galliæ rediens, quemdam locum in via vidit qui antiquitus forum erat Nundinarium, in quo adhuc cernuntur pulchra admodum peryſtilia, & porticus ſumptuoſæ cum ampliſſimis granariis, in quibus grana recondebantur, & populo diſtribuebantur: non longe fons viuus emanat quem S. Auguſtini nomine vocant cuius aqua limpidiſſima mineralis eſt, & ad bibendum optima. Eodem tempore occurit Arabs qui illi fiſcum ficubus eximij ſaporis plenum obtulit, poſtea vero duo alij Arabes apparuerunt formoſis, & prætioſis equis inſidentes, Arabum more phaleratis, qui ſpicula magna in manibus tenentes, nunc inter ſe dimicantes, nunc præcipato curſu mira dexteritate equos agentes, vſque ad ciuitatem Hypponenſem non modicam ſpectantibus præbuerunt voluptatem.

Vt ad

Vt ad portam ciuitatis peruenerunt Patres ab ea ſecedere coacti ſunt ob nimum concurſum populi qui vndique affluebat, vt eos videret, dicens hi ſunt filij Auguſtini? Ecce filij Auguſtini? Tantuſque fuit populi concurſus, vt ſine maxima difficultate ad hoſpitium appellere non potuerint.

Die 22. Proiudex, & Sacerdos Ciuitatis inuiſit eos cum præcipuis, & inſignioribus inter mauros, & Arabes loci illius, proteſtans per interpretem aduentum eorum ſibi gratum, & acceptum fuiſſe: vniuerſumque populum ex eo ſummam voluptatem percepiſſe: qui noui habitus formam, & barbæ prolixitatem mirabatur: nec poterant Arabes ſatiari videre illos quibus munera multa offerebant, eoſque inſtanter deprecabantur vt domo exirent, & ſe per vrbem abaliis videndos præberent: qui ob nimium pôpuli concurſum in hac domo illos videre non poterant. Quod tamen id agere noluerunt ſed toto tempore quo ibi manſerunt cum ſolis Chriſtianis, aliiſque illuſtrioribus qui illos inuiſebant conuerſabantur. Interim cellulam vnam diſpoſuerunt, quam decenter ornauerunt vt exercitiis ſuis ſpiritualibus vacarent. Die verò S. Bartholomei, & Dominica ſequenti ſacro ſanctum Miſſæ ſacrificium Deo Patri ômnipotenti deuotiſſimè obtulerunt quod à multis annis oblatum non fuerat, cui Chriſtiani omnes pari deuotione aſſiſterunt.

Die 23. filius Epiſcopi Hypponenſis vt vocant cum filio prophetæ, quem ex ſanguine Mahometis oriundum exiſtimant eos etiam viſitauit, in conſortio Andilonum qui ſunt Mauri Hiſpaniarum in hæc loca relegati, iiſdemque ceremoniis erga eos vſi ſunt, & dona pretioſa cum diuerſis fructibus obtulerunt, quæ tamen modeſtiſſimè recuſarunt, vnus ex illis Andilonibus, lege noſtra inſtructus quædam illis propoſuit ad fidem Chriſtianam pertinentia, quibus coram omnibus per Interpretem ſatiſfecerunt. Hic præterea videns imaginem Ieſu Chriſti Crucifixi muro cubiculi affixam petiit, quid nam hoc eſſet, quod cum diffuſe ab interprete explicatum fuiſſet, ei multum compatiens Iudeos deteſtatus eſt qui Chriſtum tant dirè, & crudeliter tractaſſent, dicens Chriſtianos bonos eſſe, & optimos viros quod idem fecit filius prophetæ qui ab illis ſeparari non poterat.

Die 24. mulieres omnes quæ præfatos Patres ab eorum aduentu videre non potuerant, quamuis plurimum maritos ſuos ſollicitaſſent, vt foras exeuntes Patres ſe videndos præberent, fide, & præſidio Mercatorum Galliæ, eorumque interpretis vſæ ſunt, maximè verò illuſtriores quatenus Ingreſſus domus patrum illis concederetur quod multis, & iuſtis de cauſis obtinuerunt; tranſierunt ergo per hoſpitium illorum opertæ omnes, itavt inuiſæ eos viderent: nec poterant tali viſione, & aſpectu ſatiari obtuleruntque eximios fructus, & flores aliáque, quæ ſimiliter Patres humaniſſimè recuſarunt. Quod multum illis diſplicuit. Eodem die publica, & ſolemni lætitia affecti de obtenta victoria Guſdi gubernatoris Algerij contra bennalip rebellium caput omnia ciuitatis, nautumque Chriſtianorum Ænea tormenta diſploſerunt quod ſimiliter fecerunt, Chriſtiani Galli in die S. Ludouici vnde Atoniti Arabes quid nam hoc eſſet, vt ab interprete intellexerunt hoc factum fuiſſe. ad innouandam contra Bennalip obtentam Victoriam, tanta lætitia affecti ſunt,

ſunt, vt totam noctem in canticis, lætiſque modulationibus circa domum Francorum egerint.

Die 25. Reuerendus P. Archangelus quoſdam voluit videre Arabum libros, qui de eorum religione tractarent, & cum interprete de illis reliquo diei tempore contulit.

Die 26. vt in locum miſſionis (vulgo Baſtion de France) proficiſcerentur, vbi ab octo diebus expectabantur, tempeſtatem nacti opportunam commiſerunt ſe nauigationi, eoſque Mauri, & Arabes ad portum deduxerunt ſed tanto cum honore ac veneratione vt omnes mirarentur.

Viſegima vero ſeptima, & vigilia S. P. Auguſtini, ſalui omnes, & incolumes ad locum tamdiu deſideratum duabus horis nocturnis peruenerunt, & ab omnibus cum incredibili gaudio, ac exultatione recepti ad hoſpitium præparatum deducti ſunt, qui omnes ſummas Deo de eorum aduentu gratias egerunt.

Tandem die 29. locus iſte à Rege totius Prouinciæ cum omnibus gubernatoribus viſitatus eſt quibus omnibus humaniſſimè ſuſceptis munera fructuum, diuerſarumque rerũ comeſtibiliũ oblata fuere ſolo tamẽ pane, & aqua cum pyris, & fragis contenti, toto illo tempore cum P. Archangelo, & interprete ſermonem habuerunt. Hic autem locus iuxta mare ſitus, vndique muris cinctus eſt, & à ducentis circiter militibus contra Arabum ſylueſtrium irruptiones cuſtoditur, ab vrbe Hipponenſi ſiue Bona duodecim leucas diſtat, à Tabarca decem, Tuneto 50. à Zilia ſiue Argerio 120. huc ſtatutis diebus ſe conferunt Arabes, vt merces ſuas vendant, ſuaque gerant negotia: Hic P. Archangelus ſufficientes pro fratrum habitatione cellulas conſtruxit, Eccleſiamque marmore aliiſque expolitis lapidibus ornatam, ſub titulo S. Catharinæ fundauit, in qua diuinum officium, & Miſſas celebrant, cæteraque parrochialia exercent miſſionarij, qui prædicationibus ſuis pia conuerſatione & bono vitæ exemplo Infideles ædificant, alioſque in fide Chriſtiana confirmant, & ad meliorem vitam conuertunt. Mirum enim eſt quam vberes ibi P. Archangelus breui tempore fructus in hac noua Domini vinea produxit, ibi enim mores omninò corruptos emendauit, militum libertatem, & inſolentiam repreſſit, publica, & ſcandaloſa peccata extinxit, mercatorum vſuras impediuit, peccatrices mulieres eiecit, nec vnquam, vt ſimiles admitterentur permiſſit ita vt locus ille ex integro reformatus videretur, & propterea ad ſacram congregationem depropaganda fide ſcripſit huiuſque inchoati boni operis relationem, miſit ac in ſuper quædam dubia pro reformatione morum, Baptiſmo infantium Arabum inuitis eorum parentibus, aliiſque ad Miſſionem ſpectantibus expoſuit, & reſolutionem obtinuit.

Maiores profecto, & vberiores fructus produxiſſet Pater iſte ſi morte præuentus non fuiſſet, voluit enim Deus poſt tot labores, & bonorum operum exempla, vitamque laudabilem breui tempore eum ad cæleſtem Patriam, vitamque ſempiternam auocare. Moritur itaque in loco Miſſionis ſuæ febribus malignis oppreſſus, ſed meritis, & virtutibus plenus anno Domini 1642. circa menſem Auguſtum, quo tempore febres illæ perniciales graſſa-

rur (quibus poſtea multi alij Patres, & fratres miſſionarij interquos fuit R. P. Cæſareus Prouinciæ Gallo-prouinciæ Theologus glorioſè in Domino mortui ſunt) de cuius morte ſacra Congregatio multum doluit, aliumque miſſionis præfectum, in locum P. Raphaëlis conſtituti, qui præfecturę ſuæ renunciauerat: Patrem videlicet Hieronymum à S. Paula Vicarium Generalem congregationis Galliæ, ſub tamen nomine proprio, fuit enim exhibitum ſacræ congregationi de propaganda fide, vt probono huius Miſſionis, illiuſque firmiori ſubſiſtentia vicarij omnes generales ſucceſſiue conſtituerentur Præfecti, cum ampliſſimis facultatibus, quæ Miſſionariis omnibus concedi ſolent vt conſtat ex ſequentibus.

Sacra Congregatio de propaganda fide de morte Præfati Fratris Archangeli de miſſione Præfata ob progreſſus in Barbaria eius diligentia factos, benemeriti doluit. Secundò, attentæ renuntiatione R. Patris Raphaëlis præfecturam præfatæ miſſionis conceſſit moderno Vicario Generali, ſub nomine tamen proprio cum ſequenti decreto.

Decretum Sacræ Congregationis de Propaganda fide Habitæ die 2. Ianuarij 1653.

SAcra Congregatio præfecturam miſſionis Auguſtinianorum diſcalceatorum in Regnum Tuneti, Bonam, & Conſtantinam à P. Raphaële de Virgine Maria ob infirmitates renuntiatam, conceſſit F. Hyeronimo à S. Paula ejuſdem Ordinis, & pro facultatibus juſſit adiri S. Officium.

Fr. Anton. S. Honufr.

Franc. Ingoly Secret.

Facultates Conceſſæ à S. D. N. Vrbano Diuina prouidentia PP. VIII. Fratri Hyeronimo à ſancta Paula, Ordinis S. Auguſtini diſcalceatorum, Præfecto Miſſionis ejuſdem Ordinis in Regnum Tuneti Bonam, & Conſtantinam.

PRimò, diſpenſandi in quibuſcunque irregularitatibus exceptis illis quæ ex Bigamia vera, vel ex homicidio voluntario proueniunt: & in his duobus caſibus etiamſi præciſa neceſſitas operariorum ibi fuerit: ſi tamen quoad homicidium voluntarium, ex hujuſmodi diſpenſatione ſcandalum, non oriatur.

2. *Diſpenſandi, & commutandi vota ſimplicia etiam caſtitatis, ex rationabili cauſa in alia opera non tamen Religionis.*

3. *Abſoluendi, & diſpenſandi in quacumque ſimonia, & in reali dimiſſis bene*

beneficiis, & ſuper fructibus malè perceptis, iniuncta aliqua eleemoſina, vel pœnitentia ſalutari arbitrio diſpenſantis : vel etiam retentis beneficiis ſi fuerint Parrochialia, & non ſint qui Parrochiis præeſſe poſſint.

4. *Diſpenſandi in 3. & 4. conſanguinitatis, & affinitatis ſimplici, & mixto, & in 2.3. & 4. mixtis, non tamen in 2. ſolo quoad futura matrimonia, quod vero quoad præterita in ſecundo ſolo cum his qui ab hæreſi, vel infidelitate conuertuntur ad fidem Catholicam, & in præfatis caſibus prolem ſuſceptam declarandi legitimam.*

5. *Diſpenſandi ſuper impedimento publicæ honeſtatis iuſtis ex ſponſalibus proueniente.*

6. *Diſpenſandi ſuper impedimento criminis neutrorum coniugum machinante, ac reſtituendi ius petendi debitum amiſſum.*

7. *Diſpenſandi in impedimentis cognationis ſpiritualis, præterquam inter leuantem & leuatum.*

8. *Hæ verò Diſpenſationes matrimoniales videlicet 4.5.6. & 7. non conceduntur niſi cum clauſula dummodò mulier rapta non fuerit, & ſi rapta fuerit, in poteſtate raptoris non exiſtat, neque in vtraque foro vbi erunt Epiſcopi, ſed in foro conſcientiæ tantum & in illis expediendis tenor hujuſmodi facultatum in diſpenſationibus inſeratur, & cum expreſſione temporis ad quod fuerint conceſſæ.*

9. *Diſpenſandi cum Gentilibus, & Infidelibus plures vxores habentibus, vt poſt conuerſionem, & Baptiſmum quam maluerint ex illis, ſi etiam fidelis fiat retinere poſſint, niſi prima voluerit conuerti.*

10. *Abſoluendi ab hæreſi, & Apoſtata, à fide, & à Schiſmate quoſcumque etiam Eccleſiaſticos tam ſæcularis, quam Regulares non tamen eos qui in locis fuerint, in quibus ſanctum Officium exercetur, niſi in locis miſſionum in quibus impunè graſſantur hæreſes deliquerint : nec illos qui iudicialiter abiurauerint, niſi iſti nati ſint vbi impunè graſſantur hæreſes, vt poſt iudicialem abjurationem illuc reuerſi in hæreſim fuerint relapſi, & hos in foro conſcientiæ tantum.*

11. *Abſoluendi ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis.*

12. *Benedicendi paramenta, & alia vtenſilia pro Sacrificio Miſſæ.*

13. *Reconciliandi Eccleſias pollutas aqua ab Epiſcopo benedicta, & in caſu neceſſitatis, etiam aqua non benedicta ab Epiſcopo: huiuſmodiq; facultatem concedendi ſimplicibus Sacerdotibus.*

14. *Conſecrandi Calices, Patenas, & altaria portatilia cum oleis ab Epiſcopo benedictis, vbi non erunt Epiſcopi: vel diſtent per duas diætas, vel ſedes vacet.*

15. *Diſpenſandi quomodo expedire videbitur ſuprà vſu carnium, ouorum, & lacticiniorum temporibus jejuniorum, & præſertim quadrageſima.*

16. *Celebrandi bis in die ſi neceſſitas vrgeat, ita tamen vt in prima Miſſa non ſumpſerit ablutionem, per vnam horam ante auroram, & aliam poſt meridiem in altari portatili, ſine miniſtro ſub dio, & ſub terra in loco tamen decenti, etiam ſi altare ſit fractum, vel ſine reliquiis Sanctorum, & præſentibus hæreticis, ſchiſmaticis, infidelibus, & excommunicatis: dummodo miniſter non ſit hæreticus, aut excommunicatus, ac aliter celebrari non poſsit.*

17. *Concedendi Indulgentiam plenariam, primò conuerſis ab hæreſi, atque etiam fidelibus quibuſcumque in articulo mortis ſaltem contritis ſi confiteri non poterunt.*

18. *Concedendi Indulgentiam plenariam in oratione 40. horarum, ter in anno indicenda diebus bene viſis contritis, & confeſſis, ac ſacra communione refectis: ſi tamen ex concurſu populi, & expoſitione ſanctiſſimi Sacramenti nulla probabilis ſuſpicio ſit ſacrilegij ab hæreticis, ſeu infidelibus, vel magiſtratum offenſum iri.*

19. *Lucrandi ſibi eaſdem Indulgentias.*

20. *Singulis ſecundis feriis non impeditis feſtis 9. lectionum, vel eis impeditis, die immediatè ſequenti celebrandi Miſſam de Requiem in quocumque altari, etiam portatili: liberandi animam ſecundùm eius intentionem à Purgatorij pœnis permodum ſuffragij.*

21. *Deferendi Sanctiſſimum Sacramentum occultè ad infirmos ſine lumine, illudq́ ſine eodem retinendi pro eiſdem infirmis, in loco tamen decenti ſi ab hæreticis, aut infidelibus ſit periculum ſacrilegij.*

22. *Induendi veſtibus ſæcularibus, ſi aliter vel tranſire, vel permanere non poſſit in locis miſſionum.*

23. *Recitandi Roſarium, vel alias preces ſi Breuiarium ſecum deferre non poterit, vel diuinum Officium ob aliquod legitimum impedimentum recitare non valeat.*

24. *Tenendi, & legendi non tamen aliis concedendi libros hæreticorum, vel infidelium de eorum Religione tractantium, ad effectum eos impugnandi, & alios quomodolibet prohibitos præter opera Caroli Molinei, Nicolai Machiauelli, & libros de Aſtrologia iudiciaria principaliter, aut incidenter: vel alios quovis modo de ea tractantes, ita tamen vt libri ex illis Prouinciis non efferantur.*

26. *Adminiſtrandi omnia ſacramenta etiam Parrochialia ordine, & confirmatione exceptis: & quo ad Sacramenta Parrochialia in Diœceſibus vbi non erunt Parrochi, vel vbi erunt de eorum licentia.*

26. *Communicandi eaſdem facultates ſociis ſuis in miſſione, in totum vel in partem. Et præſertim tempore ſui obitus, vt ſit qui interim poſſit ſupplere donec ſedes Apoſtolica certior facta (quod quam primum fieri debebit) per delegatum alio modo prouideat, & communicatas reuocandi prout opus fuerit.*

27. *Et prædictæ facultates gratis, & ſine vlla mercede exerceantur, & ad annos decem tantum conceſſæ intelligantur, illiſque vtendi in locis ſuæ miſſionis tantum.*

Feria quinta die vigeſimaſecunda Ianuarij 1643.

IN *Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico apud Sanctum Petrum Sereniſſimus D. N. Vrbanus Papa VIII. conceſſit ſupradictas facultates Præfato fratri Hyeronimo à Sancta Paula Ordinis Sancti Auguſtini Diſcalceatorum Galliæ, Præfecto Miſſionis eiuſdem*

ejuſdem Ordinis in Regnum Tuneti, Bonam, & Conſtantiam ad decennium.

Franciſc. Card. Barberinus.

Locus † ſigilli.

I. Antonius Thomaſius S. R. & vniuerſalis Inquiſitionis Notarius.

Quia vero Tuneti aliiſque in locis diſcalceatorum miſſionis non ſemper poſſunt eſſe Miſſionarij liberi, multique reperiantur Sacerdotes captiui tam ſæculares quam Regulares, ideo eadem ſacra congregatio conceſſit præfato miſſionis præfecto præfatas facultates communicandi huiuſmodi ſacerdotibus.

Decretum ſacræ Congregationis de propaganda fide habitæ ſub die prima Septembris 1643.

REferente Eminentiſſimo Cardinali Brancatio ſacra Congregatio præfecto Miſſionis Auguſtinianorum Diſcalceatorum in Barbaria poteſtatem conceſſit communicandi ſuas facultates Sacerdotibus captiuis, ſiue ſæcularibus, ſiue Regularibus in locis miſsionis eius aſsignatis exiſtentibus, iuxta tamen formam præfecto miſsionis Capucinorum in barbaria preſcriptam.

F. Antonius Cardinali S. Honuf.
Locus † ſigilli *Franciſcus Ingoli Secr.*

Falcultates conceſſæ Capucinis Miſſionariis in Tabarca die 30. Ianuarij 1638.

SAcra Congregatio cenſuit concedendas eſſe facultates Miſſionariorum in præfatos captiuos exercendas, cum poteſtate illas communicandi in totum vel in partem duobus ex Sacerdotibus captiuis quos in ſingulis Barbariæ ciuitatibus, vbi ſunt captiui Chriſtiani magis idoneos inuenerunt.

2. Duobus ſacerdotibus captiuis quibus miſſionarij Tabarchæ ſuas communicauerint facultates, concedendam eſſe facultatem ſubſtituendi per modum prouiſionis alios in eorum locum, cum eiſdem facultatibus in caſu mortis, vel redemptionis eorum. Qui ſubſtituti quam primum commodè poterunt miſsionarios Tabarchæ de eorum ſubſtitutione commonere teneantur, vt eoſdem approbare, aut alios Sacerdotes captiuos in redemptorũ aut mortuorum locum ſubſtituere poſſint.

Ii 3 Nec

Miſſiones in Prouinciis Delphinatus Franciæ & Gallo Prouinciæ.

Nec ſolum in Affrica, ſed etiam in Galliis, in tribus eorum Prouinciis miſſiones habent diſcalceati Apoſtolicas, quorum primus nominatus fuit præfatus Pater Hyacintus a S. Margarita cum duobus ſociis in præcipuis trium Prouinciarum conuentibus collocandis vt ſequenti conſtat decreto.

Decretum Sacræ Congregationis de propaganda fide habitæ die ſecunda Iulij 1641.

R*Eferente Eminentiſſimo Domino Cardinali Spada literas nuntij galliarum Sacra congregatio miſſionem decreuit Auguſtinianis diſcalceatis in tribus illorum Prouinciis, ſcilicet Delphinatus, Prouinciæ vulgo Prouence, & Franciæ & miſſionis præfectum declarauit, & conſtituit F. Hyacintum à S. Margareta eiuſdem ordinis, & congregationis, cum duobus ſociis in præcipuis trium Prouinciarum Conuentibus collocandis, ſeligendis, & approbandis à dictarum Prouinciarum Prouincialibus, & diffinitoriis cum participatione eiuſdem nuntij, & pro facultatibus iuſſit adiri ſanctum officium.*

Cardin. Antonius Barberinus præfectus

Locus † ſigilli *Franciſcus Ingoli Secret.*

Fuerunt que expeditæ ſolitæ facultates à præcedentibus non multum abſimiles ſub die 19. Septembris 1641. & approbati miſſionarij à deffinitoriis Prouincialibus nominati, vt conſtat ex ſequenti decreto.

Decretum Sacræ Congregationis de propaganda fide habitæ ſub die 1. Septembris 1643.

R*Eferente Eminentiſſimo Domino Cardinali Gineto Literas nuncij Galliarum cum notis Patrum Auguſtinianorum diſcalceatorum, pro miſſionibus eorum Congregationis Galliæ in Delphinatu, Prouincia, & Gallia inſtituendis nominatorum. Sacra Congregatio eoſdem Patres à Prouincialibus, & Diffinitoribus Prouinciarum Præfatarum, cum participatione eiuſdem nuncij approbatos ſuos Miſſionarios deputauit, & declarauit ſub præfectura Reuerendi P. Hyacinti à S. Margareta, vt ei ſuas poſſit communicare facultates.*

F. Antonius Cardin. S. Honufr.

Loco † Sigilli *Franciſqus Ingoli Secretarius*

Sed quia ex iſta præfectura, huiuſque præfecti nominati iuriſdictione quam plurimæ naſci poterant difficultates, cum dictarum Prouinciarum prouincialibus imo, & Conuentuum ſuperioribus, ſicut, & de miſſione

Affricana vt ſupra Sacræ congregationi de propaganda fide humiliter expoſitum eſt melius fore, & conuenientius ſi prouinciales harum trium prouinciarum nomine proprio, quilibet in ſua prouincia conſtituerentur præfecti, quod approbauit Sacra congregatio ſub die 11. Iunij 1646. patremque Angelum à S. Eugenia, Matthæum à S. Margareta, & Gelaſium à nomine trium Prouinciales, in præfectos miſſionis nominauit, & declarauit: alioquè decreto die 11. Februariij 1647. confirmauit ſicque alij impoſterum Prouinciales nomine proprio præfecti huius miſſionis conſtituti ſunt, qui Materiæ Prouinciarum ſuarum notitiam habentes de miſſionarijs melius diſponere, & neceſſaria ſubminiſtrare poſſunt.

R. P. Matthæus à S. Franciſca

Quod vero ſpectat ad viros ſcientia, & pietate huius congregationis Illuſtres incipiendum eſt à Reuerendo Patre Matthæó à S. Franciſca lotharingo huius reformationis in Gallia primario lapide, & proto Vicario Generali, qui illã quatuor decim aut quindecim annorum ſpatio ſanctiſſimè gubernauit, potens erat verbo, & opere, & vere Apoſtolicus prædicator quem cum Sereniſſima Margarita Galliarum Regina concionantem audiſſet dixit ſibi viſum fuiſſe diuum Paulum audire prædicantem. Regulæ, & conſtitutionum obſeruantiſſimus, qui nihil omnino docuit quod prius non feceritardentiſſimæ fuit Charitatis erga Deũ, & proximũ, ſingulariſque patientiæ in ſuſtinendis doloribus, cum enim diuturna infirmitate in lecto detineretur, ſe ipſum virtutum omnium præbuit exemplum: & tandem non ſine eximio ſanctitatis odore in Domino mortuus eſt Auenioni die 7. Iunij anno 1617.

R. P. Ioannes Baptiſta à S. Catharina.

Reuerendus pater Ioannes Baptiſta à S. Catharina prædicator inſignis pietate, ac doctrina illuſtris diem ſuum obiit villaris benedicti die 18. Maij 1598.

R. P. Auguſtinus à S. Anna.

Humilliſſimus pater Auguſtinus à S. Anna, tantæ fuit ſimplicitatis vt vulgo Pater ſimplex appellaretur ſpiritu prophetico multa prædixiſſe cum in conuentu villaris benedicti moraretur, etiamnum publica fama eſt. Obedientiſſimus fuit, & ſolitudinis amator, ac orationi mentali additiſsimus. Obiit Maſſiliæ die 5. Nouembris 1609.

R. P. Paulus à S. Margareta

Venerabilis pater paulus à S. Margareta humilitate, & patientia inſignis, cordis puritate refulgens, ac in omnibus deuotiſsimus fuit vnde cum in lecto moribundus decumberet, & Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſciperet, à circumſtantibus ſupra lectum eleuatus viſus eſt, vltimum diem clauſit villaris benedicti anno 1617.

R. P. Alexander à S. Fœlicitate

Eximius pater Alexander à S. Felicitate Germanus ex illuſtri familia Manderæ progenie oriundus, nobilior tamen probitate vitæ: quartus, quintus, & ſeptimus Vicarius Generalis, in Theologia morali verſatiſsimus, Iuris vtriuſque doctor, rerum ſpiritualium cultor, animarum prudentiſsimus director, Regularis vitæ obſeruantiſsimus, erga fratres mitiſsimus, & in ſe ipſum rigidiſsimus: cibi, & potus admodum parcens, ac ſolitudinis amator, vnde cum ſæpiſſime à Ianitore, cæteriſque fratribus quæreretur tandem in locis abditis, & abſtruſis: aut cum pauperibus manducans, aut orans inueniebatur, & non nunquam ita in extaſim raptus, vt ſenſibus orbatus videretur. Tam dire, & aſperè corpus ſuum diſciplinis, & verberibus vexabat, vt fra-

tres locum eius, & parietes cruentatos non raro viderint ſpiritu prophetico multa prædixit, & tandem febri maligna correptus cum nihil in ore haberet quam hæc verba, *da mihi Chriſtum, da mihi Paulum, video Chriſtum, video Paulum* fœliciter animam ſuo reddidit Creatori, menſe Iunio anno 1619. Tantuſque fuit populi Maſſilienſis in Eccleſiam diſcalceatorum concurſus, dicentis eamus videre ſanctum reformatorum (ſic enim ibi vocantur diſcalceati S. Auguſtini) vt vix potuerit ſuo tempore ſepeliri, maximè que doluit de illius morte tota ciuitas quem multum venerabatur, erat enim mæſtis lætitia, afflictis conſolatio, Pauperum Pater, & peccatorum refugium, multos hæreticos conuerterat, alioſque à via praua ad rectam mandatorum Dei viam perduxerat: vnde neceſſe fuit ad totius Ciuitatis conſolationem vt de illius vita, & morte publica fieret oratio funebris, quam ſane doctam, & eximiam habuit Reuerendus P. Paulus Societatis Ieſu Concionator in ſignis, qua finita tumulo mandari non potuit quin prius maior habitus illius pars in minutas partes, à populo præciſa fuerit, & poſt aliquot annos cum aperta fuiſſet ſepultura corpus eius adhuc integrum repertum in area cupreſſina reconditum eſt.

R. P. Ioannes Baptiſta à S. Monica

Obſeruantiſſimus P. Ioannes Baptiſta à S. Monica Campanus, tertius Vicarius generalis, in myſtica Theologia eruditus, Regulæ, & conſtitutionum, ac ceremoniarum Eccleſiaſticarum regidiſſimus obſeruator, in bibliæ ſacræ, & piorum librorum lectione verſatiſsimus. Tantæ fuit humilitatis, vt per multos annos voci actiuæ, & paſſiuæ ſpontaneè ceſſerit vltimumque locum poſt omnes alios etiam conuerſos habere voluerit. Nunquam in cellula viſus eſt niſi, aut genibus flexis orans, aut bibliam, & pios libros legens, tandem Auenioni tempore peſtis hoc morbo correptus ex hac vita ad meliorem diceſſit anno 1629.

Piiſſimus F. Angelus à S. Clara clericus Aucnionenſis; erga B. Virginem Mariam, & S. Nicolaum Tolentinatem deuotiſſimus, illibatæ caſtitatis amator, & diſciplinæ Regularis diligentiſſimus obſeruator: obiit Auenione meritis plenus.

R. P. Ioannes Chryſoſtomus à domina noſtra

Religioſiſſimus P. Ioannes Chryſoſtomus à Domina noſtra, loci de vaureas comitatus Auenionenſis: iuris vtriuſque doctor, in Theologia morali eruditiſſimus, ac in erudiendis nouitiis ſingularis magiſter: Congregationis viſitator Generalis, orationi deditus, & erga Virginem Mariam maximè deuotus, moritur Auenioni Prior Auenionenſis, dierum, & meritorum plenus. Anno 1623.

R. P. Franciſcus à S. Guillelmo.

Venerabilis P. Franciſcus à S. Guillelmo Maſſilienſis, maximæ auſteritatis, & abſtinentiæ: vitæque regularis diligentiſſimus obſeruator, Lugduni hanc mortalem vitam vt epidimiæ morbo laborantibus inſeruiret cum immortali vita glorioſè commutauit die 5. Octobris anno 1628.

R. P. Clemens à Domina noſtra

Reuerendus P. Clemens à Domina noſtra Aquenſis 6. & 9. Vicarius generalis inſignis Theologus, celebris philoſophus, & eximius prædicator qui prudentiſſimè diſcalceatorum rexit congregationem, & per multos annos Philoſophiam, Theologiam, & caſus conſcientiæ ſummo cum omnium applauſu

applauſu, & admiratione docuit: Maſsiliæ laborum ſuorum, & meritorum mercedem accepturus ad cæleſtem patriam aduolauit.

Reuerendus P. Theodorus à S. Agnete Burgundus, iuris vtriuſque doctor, & Theologus bonorum ſemper operum ſe præbuit exemplum, & orationi mentali, aliiſque exercitiis ſpiritualibus, quamuis continuis febris hæcticæ in firmitatibus laboraret, vſque ad vltimum vitæ ſuæ diem indeſinenter vacauit, quem cum prædixiſſet peracto ſacro ſancto Miſſæ ſacrificio, lecto decumbens in ſuauiſſimum ſommum incidit, à quo experge factus, dixit ſe inquodam loco delicioſo vidiſſe præfatum P. Matthæum cum F. Ignatio conuerſo, nec aliquid amplius manducare voluit cibo illo cæleſti, & incorruptibili breui ſatiaturus, obdormiuit in Domino Lugduni anno 1626. cuius facies poſt mortem adeo pulchra remanſit vt omnes mirarentur. *R. P. Theodorus à S. Agnete.*

Deuotiſſimus P. Angelus à S. Clara de monte Falco, belga prædicator inſignis, & vitæ monaſticæ rigidus obſeruator, librum politiæ Regularis non minus deuote quam docte conſcripſit, quam plurimos belgas hæreticos ſuis concionibus in Eccleſia S. Sulpitij Pariſienſis, ad veram fidem conuertit. In omnibus ſuis operibus deuotiſſimus fuit, quam plurimas cœleſtes viſiones, & Nouitius, & profeſſus habuit, ſæpiſsimè in extaſim raptus fuit, deuotiſſimam apud ſe retinebat. B. Virginis Mariæ de Monte Acuto Imaginem, quam in ext remis conſtitutus R. Patri Priori Regij Conuentus Pariſienſis donauit quæ modo in Eccleſia expoſita multis Clara miraculis ab omnibus veneratur hæc autem vt ipſe confeſſario ſuo retulit eum allocuta fuerat. Tandem ipſe virtutibus clarus, & ſpiritu prophetico illuſtratus, hanc vitam finiit vt aliam ſine fine cum beatis inchoaret Pariſiis anno 1633. *R. P. Angelus à S. Clara de Monte Falco.*

Piiſſimus P. Archangelus à S. Maria Ægyptiaca ex Prouincia Franciæ Nobiliſſima ſtirpe deſtampes de Valancay otiundus, ſed pietate ac deuotione clarior, Religioſæ vitæ obſeruantiſſimus, humilitate, & charitate illuſtris, qui quandiu vixit virtutum omnium ſingulare fuit exemplar, ſæpequé dum ſacro ſanctum Miſſæ ſacrificium offerret, lacrymarum imbres effundere viſus eſt Tandem in miſſione Affricana quam fundauerat infidelium conuerſioni ardentiſſimo zelo vacans totus ad Deum conuerſus, obdormiuit in Domino 1642. *R. P. Archangelus à S. Maria Ægyptiaca.*

Reuerendus P. Ambroſius à S. Monica Burgundus Theologus, & Prædicator celebris, Miſſionarius Apoſtolicus: continuis prædicationibus in præcipuis Galliæ Eccleſiis, & in locis Miſſionis quamplurimos Hæreticos, & peccatores conuertit, plenus meritis obiit Tholoſæ milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo nono. *R. P. Ambroſius à S. Monica.*

Verus Dei ſeruus F. Ignatius à S. Dorothea conuerſus Beatiſſimæ Virgini deuotiſſimus veræ humilitatis exemplar, ſummæ auſteritatis prototypus, carnem enim ſuam jejuniis ciliciis, & ferreis catenis nonobſtantibus continuis Officij quæſtoris laboribus domabat, quod tanta cum charitate exercebat, vt omnes mirabilem ejus prouidentiam, & patientiam mirarentur. Cum autem lecto jam decumberet inuentus eſt laminis plumbeis in modum thoracis ſuper nudam carnem indutus, ſed ita liuidam, & marcidam vt jam inualeſcente gan- *F. Ignatius à S. Dorothea.*

te gangrena multæ partes abciſſæ fuerint, & tandem in hæc verba prorumpens in te Domine ſperaui non confundar in æternum, meritis, & virtutibus ornatus Auenioni migrauit in cœlum.

F. Simplicianus. à S. Clara. Pius Dei ſeruus F. Simplicianus à S. Clara commiſſus re, & nomine ſimplex, orationibus mentalibus, & vocalibus multum deditus, humilis & obedientiſſimus, Regularis obſeruantiæ amator, & diligentiſſimus ſilentij obſeruator. Lugduni è viuis diceſſit infirmis peſte laborantibus inſeruiens eodem morbo correptus anno Domini 1628.

Poſſem hic meritò addere plura, & multo majora de quodam alio fratre commiſſo adhuc viuente, ſed omnia tempus habent, dicitur enim Eccleſ. 11. *Ante mortem ne laudes hominem quemquam*, veriſſima tamen ſunt quæ jam relata refert aduerſarius noſter eques quidam Gallobelgicus de illa miraculoſa præuiſione, & prædictione natiuitatis Ludouici XIV. Regis Galliarum hodie fœliciter regnantis, vocet ille quantum libuerit pudendam jactantiam, & ſuperbiam. Hæc adeò certa ſunt, & toti Galliæ cognita vt meritò inuidiæ, & temeritatis ab omnibus argui, laudiſque alienæ obtrectator cenſeri debeat: tot enim ſunt authentica hujus veritatis teſtimonia, cujus fidelem relationem penes me habeo, vt nihil aliud deſiderari poſſit. Ideóque ſuo tempore ad majorem inuidorum vexationem, populorum ſatisfactionem & Dei gloriam in lucem edendam ſperamus. Hic ſolùm addo quod celari non poteſt tunc temporis miſſos fuiſſe Patres noſtros à Ludouico XIII. in Gallo-prouinciam, vt Regium votum in Eccleſia Dominæ noſtræ de Gratiis RR. Patrum Oratorij pro Fœlici Reginæ parturitione quam omnes tunc grauidam exiſtimabant, ſecundum prædictionem factam adimplerent, prout ſequitur.

LE Roy ſçeu les grandes aſſiſtances que pluſieurs femmes enceintes ont receu pour la conſeruation de leur fruict par l'interceſſion de noſtre Dame des graces en Prouence, & voulant n'obmettre aucun des moyens qui viennent à ſa connoiſſance pour obtenir cette grace de Dieu en faueur de la Reyne ſon eſpouſe, elle a chargé le P. Iean Chryſoſtome Souſprieur du Conuent des Peres Auguſtins deſchauſſez de Paris, de s'acheminer au lieu de Noſtre Dame de Graces auec le Frere Fiacre commis du meſme Ordre, & y eſtans preſenter à Dieu les vœux & prieres de Sa Majeſté, & y celebrer durant neuf jours la ſaincte Meſſe: afin que par l'offrande de ce grand Sacrifice, il plaiſe à la diuine bonté accorder à la Reyne ſon eſpouſe vne heureuſe lignée, & conduire à la fin deſirée le fruict dont toute la France eſpere qu'elle eſt enceinte. Mandant à cette fin Sa Majeſté au Pere Hilarion Vicaire general dudit Ordre de permettre auſdits Pere, & Frere de s'en aller preſentement audit lieu de Grace en Prouence par forme de pelerinage, ſans que pour ce il luy puiſſe eſtre imputé d'auoir en façon quelconque contreuenu à ſes regles, & aux Peres de l'Oratoire de la maiſon de Grace de receuoir, & loger leſdits Religieux, & les fauoriſer, & aſſiſter de tout ce dont ils ſeront par eux requis: & à tous Gouuerneurs, & Lieutenans generaux pour Sa Majeſté dans les Prouinces, & Villes où ils auront à paſſer de leur donner libre, & ſeur paſſage dans l'eſtenduë de leurs charges ſans leur faire ny permettre,

qu'il

qu'il leur ſoit fait,mis,ou donné aucun trouble, ny empeſchement : ains toute faueur, & aſſiſtance ſi beſoin & requis en ſont. Fait à S. Germain en Laye le 7. Feurier 1638.

Signé LOVYS, *Et plus bas Sublet.*

Nec prætereundum eſt plures nō infimæ notæ Patres, & fratres qui graſſante per Gallias epidimia vt hoc morbo infectis temporalia, & ſpiritualia miniſtrarent animas ſuas pro fratribus ſuis Chriſtianis ſumma charitate poſuerunt:tales fuerunt R. P. Cyrillus à Domina noſtra primus Diffinitor Prouinciæ Delphinatus, P.Franciſcus à S.Guillelmo vt ſuprà P. Iacobus à S.Monica Auguſtinus à Virgine Maria. Ioſeph à ſancta Anna. Auguſtinus à ſancta Catharina Cyprianus, Maximinus Religioſæ vitæ maximus Obſeruator, Frater Euſtachius Clericus Nouitius Cambérienſis, Gabriel à S. Clara Commiſſus, Zacharias à S.Anna Clericus,Lazarus à S.Martha conuerſus,Blaſius à ſancta Catharina conuerſus, Gerardus à S.Lucretia conuerſus:& alij qui Lugduni, Gratianopoli, Auenioni,Aquiſſextiis,Maſſiliæ & alibi glorioſa morte in hoc ſancto eximiæ charitatis exercitio vitam finierunt. Cæteros prætermitto quos Deus ne infirmis ſufficientes Miniſtri deeſſent à morte præſeruauit.

§. VII.

Cathalogus Conuentuum diſcalceatorum S. Auguſtini in Galliis.

Romæ Hoſpitium & reſidentia R. P. Procuratoris Generalis in Curia Romana.

In Prouincia Delphinatus.

Conuentus Villarisbenedicti anno 1596. ſub titulo S. Auguſtini.
Conuentus Camberienſis in Sabaudia anno 1618. ſub titulo S.Thomæ.
Conuentus Burgundienſis 1620. ſub titulo Dominæ noſtræ ſeptem dolorum.
Conuentus Gratianopolitanus 1621. extra muros in Eremo Dominæ noſtræ à Balmá.
Item alius in ciuitate 1623.ſub titulo Dominæ noſtræ ſeptem dolorum.
Conuentus Lugdunenſis 1624. extra muros in ſuburbio rubræ crucis ſub titulo S. Dyoniſij.
Conuentus Voyronenſis 1642. ſub titulo Dominæ noſtræ.
Conuentus Viniacenſis 1644. ſub eodem titulo.
Conuentus Viennenſis 1645. ſub eodem.
Conuentus Burnacenſis ſub eodem.
Miſſio Eremi de Varſez ſub titulo Dominæ noſtræ.
Conuentus Montis-Creſcentis.
Conuentus Claromontanus 1656.

In Prouincia Gallo-Prouinciæ.

Conuentus Maſſilienſis 1605. extra muros ſub titulo S. Nicolai.
Conuentus Auenionenſis 1608. ſub titulo S. Auguſtini.
Conuentus Aquenſis 1616. extra muros ſub titulo S. Petri.
Item alius in ciuitate ſub titulo S.Laurentij.
Conuentus Arelatenſis 1634.ſub titulo Dominæ noſtræ ſeptem dolorum.
Conuentus Tolonenſis 1635. ſub titulo S.Petri.
Conuentus Perpinianenſis.
Conuentus Taulianenſis.
Conuentus de Malauſene.
Conuentus Berjamonenſis ſub titulo Dominæ noſtræ.
Conuentus Orgonenſis ſub titulo Dominæ noſtræ.
Conuentus Taraſconenſis.
Conuentus Tolozanus 1656.

In Prouincia Franciæ

Conuentus Regius Pariſienſis anno 1607.in ſuburbio Sancti Germani à Sereniſſima Regina Margarita de Valoys fundatus poſteà tamen derelictus vt ſuprà diximus. Fuitque alius anno 1619. à Rege Chriſtianiſſimo Ludouico XIII. in ſuburbio Montis martyrum fundatus ſub titulo Dominæ noſtræ de Victoriis.

Conuentus S.Germani in Laya in ſylua fundatus ſub titulo ſancti Fiacrij & deinde Dominæ noſtræ de Gratiis à Sereniſſima Regina Anna Auſtriaca anno 1626. & 1644.
Conuentus Clarifontis anno 1627. ſub titulo Dominæ noſtræ aſſumptæ.
Conuentus Argentolenſis anno 1634. ſub titulo Dominæ noſtræ.
Miſſio Affricana juxta Hypponem in loco vulgò *le Baſtion de France*.

§. VIII.

De Monialibus excalceatis Ordinis S. Auguſtini.

NOn ſolùm vitam Religioſam Fratrum Eremitarum, ſed etiam Monialium inſtituit D. P. Auguſtinus,vt optimè notat Baronius tom. 4. anno 3091. *Inſtituit poſteà & Monialium Monaſterium, eiſdémque Regulas viuendi praeſcripſit ſicut, & Clericis fecerat.* Quando enim in agro Tagaſtenſi pro ſe ſuiſque fratribus primum monaſterium fundauit: idem & ſorori ſuæ perpetuæ ſuaſit, quæ cum inuita cuidam Nobili Viro in matrimonium data fuiſſet, ante illius conſummationem, diuinæ placuit Majeſtati ſponſum ejus non ſine myſterio ab hac miſerabili vita, ad meliorem euocare: hanc enim ſponſam ſuam prælegerat, & ſic intacta mente, & corpore ad imitationem fratris ſui Augu

Poſſidius Templum, Eremit. cap. 12.

Auguſtini ſanctarum Virginum Monaſterium inſtituit: quarum ipſa fuit præpoſita Abbatiſſa, vitámque maximè auſteram profeſſa eſt, habitus earum aut omnino niger aut coloris erat naturalis lanæ, in nigrum tamen tendentis: veſtem enim Monachorum, & Monialium etiam tempore S. Auguſtini nigram fuiſſe conſtat ex verbis ejus ad Elcidiam Epiſtola 109. Quæ inuito marito habitum Religionis aſſumpſerat. *Marquet.*

Quid enim eſt abſurdius quam mulierem de humili veſte, viro prohibente, ſuperbire: cui potius expediret obtemperare candidis moribus, quam nigellis veſtibus repugnare. Confirmatur etiam ex Petro venerabili libro 5.Epiſtola 16. *Ecce non ſolum viri antiquæ Religionis, ſed etiam mulieres ſanctitatis propoſitum aſſumentes, veſtibus nigris vſæ ſcribuntur.* Vnde Concilium Foroiulienſe cap.11. ſic ait: *Item placuit de fœminis cuiuſcumque conditionis puellis ſcilicet, vel viduis quæ virginitatis, ſiue continentiæ propoſitum ſpontaneè pollicentes Deo emancipatæ fuerunt. Et ob continentiæ ſignum, nigram veſtem quaſi religioſam ſicut antiquitus mos fuit in his Regionibus induta fuerunt.* Dictus habitus conſtabat tunica pallio, & corrigia ex corio, quod colligitur ex verbis S.P. Auguſtini Epiſtola 109. Vbi præcipit vt veſtiantur ex veſtiario communi ita ſanè vt nulla ſibi aliquid operetur ſiue vnde induatur, ſiue vbi jaceat, ſiue vnde cingatur, vel operiatur, vel caput contegat, pro tunica dicit *vnde induatur*, pro lecto, *vbi jaceat*, pro cingulo, *vnde cingatur*, pro pallio *vel operiatur*, & pro velo *caput contegat.* *Magiſter Petrus de Campo.*

Verumtamen eſt quod Baronius anno 362. Affirmat monachas Affricanas nullo vſas fuiſſe velo, vt in aliis partibus Chriſtianæ Religionis: ſed tantum mitris ſiue mitrellis quibuſdam *erant mitrellæ in Affricana Eccleſia ornamenti capitis genus, quod ſacrandis Virginibus ab Epiſcopis ſoleret imponi: ſicut Romæ, & aliis in locis ſimplex ſacrum velum: quod enim Virgines ſic Deo dicatæ ſponſa Chriſti ex more dicerentur, eo inſigni illorum capita tegere, quo à nubendis diſcriminarentur Virginibus, conſueuerunt Antiſtites: erat enim capitis tegmentum ex lana purpura tamen pictum, potius quam tinctum fortaſſè Chriſti nomen, vel crucis ſignum in eo purpureo colore erat expreſſum. Per quod omnibus indicaretur Virginem illud geſtantem iam profeſſam virginitatem, & Chriſti diſpenſatione Deo dicatam.* Id aſſerit optatus Affricanus, *nec vllæ ſunt præcepta coniuncta, vel de qua lana mitrella fieret, aut de qua purpura pingeretur.*

Quod vt intelligatur notandum eſt mitram olim fuiſſe pileum phrigium caput contegens, quale eſt ornamentum capitis deuotarum, vt ait Iſidorus. Hac mitra apud Iudæos vtebantur mulieres impudicæ Syriacæ, vt ab honeſtis dignoſcerentur: poſteà tamen ſolæ viduæ honeſtæ Domino dicatæ vſæ ſunt, ad diſtinctionem Virginum. De iſtis ergo viduis loquitur Optatus, & non de illis quæ viuebant in Monaſterio, Ordinis Apoſtolici à S.P. Auguſtino inſtituti, qui ad illas loquitur epiſtola 109. *Sub illa eſtis erudita, ſub illa velatæ,* quod debet intelligi de ſacris Virginibus conuentuum, quæ ſolæ velabantur, vnde Proſper Eſterlatius pag. 298. ſuprà locum citatum Baronij ad annum 362. ait, *Notauit magnus Baronius ſæculo quarto Annalium Virgines Affricanas*

mitrellatas pro religionis ſimbolo fuiſſe: tamen hic Auguſtinianas velatas animaduertimus quid vetat, & mitrellis, & velis tegi.

Mitrella monialium S. Auguſtini

Quare ſuper velum mitrellas portabant, velut parua capucia acuta, ex faſciis lineis albis,& mundis,ſuper additis quinque particulis panni rubri in formam crucis, quæ eximiam coronam, & in medio crucem efformabant,vt ſuprà diximus de Monialibus ſanctæ Brigittæ, cap. 1. §.3. in memoriam Paſſionis,& Sanguinis Ieſu Chriſti Redemptoris noſtri, vide Concil.4. Cartagen. cap.11. Toletan. 10. Optatum Milleuitanum libro ſexto contra Donatiſtas. Harum curam habuit S. Alippius ſocius, & diſcipulus S. Auguſtini qui fuit Tagaſtenſis Epiſcopus: cúmque inter ſacras Moniales, & perpetuam earum præpoſitam quædam controuerſia orta fuiſſet, ad illarum inſtantiam D.P. Auguſtinus dedit eis Regulam ex ea extractam quàm priùs fecerat in Monaſterio F.Eremitarum ſiue Tagatenſi, ſiue vt alij volunt Hipponenſi ſic autem incipit: *Hæc ſunt quæ vt obſeruetis præcipimus in monaſterio conſtitutæ &c.* vt ad longum continetur in Epiſtola 109.

Quamuis autem B. M. Monica hunc ordinem non inſtituerit, nec in aliquo illius conſentu vixerit: cum è viuis ante illius fundationem deceſſerit nihilominus cenſetur, & ab omnibus recognoſcitur communis religioſorum, & ſacrarum monialium mater: non ſolum propter eius filium, vtriuſque Religionis fundatorem: ſed quia ipſa fuit quæ poſt illius conuerſionem qualiter inpoſterum indueretur indicauit:vt enim referũt graues auctores Paulus Bergomenſis, Thomas de Tolentino, Ambroſius Staybanus, Ioannes Critana, & alij hæc Sanctiſſima vidua cum Inſtantiſſimis precibus glorioſſimam Dei Matrem obſecrata fuiſſet, vt ſibi quo genere veſtium, qua forma, & colore poſt mortem dilecti filij ſui indueretur, reuelaret: apparuit illi beata Virgo veſte longa, & velo nigro induta, cinguloque ex corio præcincta: dicens talem fuiſſe mæroris ſui ac triſtiæ habitum, quem etiam ab ea, ab Auguſtino,omnibuſque filiis eius ſpiritualibus vtriuſque ſexus geſtari volebat. Quàm viſionem cum filio ſuo Monica retuliſſet,ſimilem poſtea habitum, à Sanctis Ambroſio, & Simpliciano poſt baptiſmi ſuſceptionem accipere voluit, Sanctam autem Virginem Dei genitricem hoc modo indutam fuiſſe conſtat euidenter, ex eiuſdem figura in cedro à S Luca exculpta eodem modo, & forma qua induuntur Patres Auguſtiniani, & in ſacratiſſima æde Lauretana ab omnibus veneratur prout infra dicemus libro 2. cap. 2. §. 5. cum de corrigia Auguſtiniana tractabimus.

An vero fuerint Moniales Auguſtinianæ calceatæ, aut excalceatæ ſuperuacaneam, ac inutilem hac de re exiſtimo diſputationem: cum nuditas pedum, aut calceamenta nuſquam de eſſentia alicuius religionis fuerint, quia tamen aſtuti quidam nudis illarum calcaneis inſidiantur, vnico verbo dicam eas cum eandem regulam habuerint, quam profitentur Religioſi, non alia habuiſſe calceamenta: ſed ad libitum aut caligis, ſiue ſandaliis, aut calceis vſas fuiſſe. Quare non mirum ſi hodie in Hiſpania, aliiſque locis quam plurima, Florentiſſima reperiantur diſcalceatorum Monialium ordinis S. Auguſtini Monaſteria quorum omnium originalis inſtitutio à deuotiſſima Matre

Sotore

Sorore à Ieſu primo ducenda eſt, quam alij Mariam à Ieſu vocant, & ideo breuem mirabilis illius vitæ epitomen hic inſeram.

§. IX.

Vita deuotiſſimæ Matris Sororis à Ieſu diſcalceatæ Monialis ordinis Sancti Auguſtini.

HÆc admirabilis vita Sororis à Ieſu conuentus Eibarenſis in Prouinciæ Guipuſcoa Religioſæ, à Matre Conſtantia à S. Paulo eiuſdem Conuentus Priorillà, de expreſſo ſuperioris ſui mandato compoſita fuit. Tota eius vita ſuauiſſimum ſemper ſanctitatis odorem ſpirauit, ab infantia ſiquidem totam ſe ad pœnitentiam contulit, ſuum enim delicatulum corpus aſperrimo cilicio operiebat, de nocte ſæpius inſciis parentibus ſurgens diris verberibus, & diſciplinis vſque ad ſanguinis effuſionem illud affligebat: ætatis ſuæ anno octauo Virginitatem ſuam Ieſu Chriſto vouit, omnemque poſtea in veſtibus, & puellarum ornamentis ſuperfluitatem à ſe prorſus abdicauit, tanto arſit Religionis deſiderio vt nonobſtantibus parentum diſſuaſionibus, in Conuentu noſtro Toletano filiarum S. Vrſulæ annos nata ſexdecim, Monialis facta fuerit: vbi viginti quatuor circiter annos cum maximo ſpiritus feruore vixit, ſemper eadem ſibi ipſi, in colloquio dulcis, & affabilis, in inceſſu grauis, & modeſta, in aſpectu verecunda, & decora, in actionibus abiectis, & viliſſimis Monaſterij diligentiſſima, ſeraphica erga Deum, & proximum Charitate flagrabat, in inſeruiendis infirmis, ſuarumque infirmitatum tolerandis doloribus patientiſſima fuit, ac ſemper bonorum operum ſe ipſam præbuit exemplum.

Tandem inſtinctu diuino impulſa fuit vt diſcalceata eſſet, & Monialium diſcalceatarum Conuentus in ordine Auguſtiniano inſtituerentur, ideoque ſimul cum aliis ſuis ſociis quæ eodem deſiderio tenebantur ardentiſſimas ad Deum fudit preces, qui feruentiſſimo harum Monialium zelo vti volebat, vt hanc nouam diſcalceatarum Virginum congregationem Eccleſiæ ſuæ daret. De conſilio itaque R. P. Petri de Royas qui poſtea Epiſcopus fuit Oſmenſis ad Philippum 2. Hiſpaniarum Regem catholicum hac de re ſcripſerunt qui hoc totum magni momenti negotium Reuerendo P. Ludouico Legionenſi commiſit: & hinc recollectio diſcalceatarum ſuam traxit originem, cum iam antea præfatus Ludouicus Legionenſis diſcalceatorum recollectionem inſtituiſſet. Quando vero primum Monaſterium Recollectarum Matritenſe ædificatum fuit, hæ deuotæ Moniales quæ ſuis precibus, & inſtantiis illud obtinuerant, ad illud vocatæ non fuerunt valde enim iuuenes erant, poſtea tamen de conſenſu R. P. Prouincialis Auguſtini Antolines qui poſtea fuit Archiepiſcopus Compoſtellenſis, hęc deuotiſſima virgo cum matre Conſtantia, & aliis conuentum Recollectarum S. Auguſtini Eibarenſem ingreſſæ

Soror à Ieſu Moniales diſcalceatas S. Auguſtini inſtituit.

ſunt menſe maio anno 1603. ſic que deſiderium ſuum adimpleuit deuota ſoror à Ieſu, quæ cum præfatum conuentum ingreſſa fuiſſet quædam monialis ſpiritu prophetico dixit Deum propter hanc Dei ſeruam multas huic familiæ collaturum gratias, & quam plurima dona elargiturum eſſe, ibidem maxima cum omnium admiratione Religioſiſſimam vitam duxit, itaut ſæpe cum deuotiſſima imagine, *Ecce Homo* familiariter colloqueretur, à Ieſu Chriſto ſingulares recipiebat fauores, quales ſæpe S. Gertrudæ, Catharinæ Senenſi, & Claræ à Monte Falcone elargitus eſt, nunc enim, columbam ſuam: modo ſponſam dilectam: aliquando florum lectiſſimorum faciſculum appellebat: ſimilibus que beneuolentiæ titulis vtebatur, quibus tamen ſe indignam reputans, & ſummas illi gratias agens in præſentia Dei ſe ipſam exinanibat, continuiſque vigiliis, & orationibus vacabat.

Semel Matri conſtantiæ prædixit, quod aliquando ab ea ſeparari deberet, rediret tamen poſtea, eiuſque vitam componeret: mirum in modum puerum Ieſum diligebat, & incredibili lætitia afficiebatur, cum alios pueros videret: in quibus puerum Ieſum agnoſcebat, maximas, & frequentes à dæmonibus paſſa eſt perſecutiones, præcipuè cum ad chorum diuinas laudes cum aliis decantatura, pergebat: diu noctuque tam dirè ab illis cruciabatur, vt omnia corporis oſſa confringerent, ſed quod grauius illi erat cum ad ſacramentalem confeſſionem accedebat, ita memoriam, intellectum, & fantaſiam commouebant, vt quid fuiſſet, aut dixiſſet minimè recordaretur: & propterea Sacramentalis confeſſionis beneficio priuabatur. Quare de mandato confeſſarij ſui, à Ieſu Chriſto ſponſo ſuo inſtanter petiit, ne vltra dæmones confeſſiones ſuas impedire poſſent: & ex tunc abhis afflictionibus ſoluta prorſus, & libera remanſit.

In abſentia Matris Marianæ à S. Ioſeph huius inſtituti fundatricis, electa fuit iſtius Conuentus Prioriſſa, quod ægrè ad modum tulit, eamque conſolatus eſt Chriſtus Dominus, dicens illam ſolum hac vice fore ſuperiorem. Triennio ergo officij ſui expleto noluit confirmari, inſtanterque Reuerendum P. Prouincialem vt à ſuo officio abſolueretur deprecata eſt: cumque audiſſet in locum ſuum Matrem Conſtantiam venire, quæ in alium conuentum iuxta illius prædictionem diſceſſerat: dixit eam venire vt ſepulturæ corpus ſuum mandaret. Quæ cum veniſſet, ad pedes eius proſtrata deuota Soror à Ieſu exactiſsimam illi proteſtata eſt obedientiam, dicens. *Nunc dimittis ſeruam tuam Domine ſecundum verbum tuum in pace.*

Iam continuis orationibus, perſecutionibus, & infirmitatibus debilis, admodum, & extenuata erat: & tamen orationibus, & exercitiis ſpiritualibus inſtabat, rebuſque abiectis, & humilibus velut vltima nouitiarum occupabatur: & reliquum vitæ ſuæ tempus, tanquam virtutum omnium ſpeculum tranſegit. Tribus ante mortem eius hebdomadibus, cum continuo vomitu affligeretur, nec poſſet alimentis refici neceſſariis, nec quod illi grauius erat, ſanctiſſimum Ieſu Chriſti ſponſi ſui Corpus ſumere: ad Matrem Conſtantiam conuerſa, lacrymantibus oculis dixit, vides chariſſima Mater, ſi ſummo dolore affecta non ſim, cum dilectiſſimi mei ſponſi amplexibus, in

ſacra communione in vltimis vitæ meæ diebus frui non poſſim : cui ſuauiter reſpondit Mater conſtantia : potes ſi velis chariſſima ſoror hac ſumma potiri gratia,quam ſi petieris faciliter obtinebis. Credidit Matri,factáque ad Deum oratione per aliquas horas ceſſauit vomitus, Miſſam deuotiſſimè audiuit, & ſacram ſynaxim abſque vllo impedimento recepit. Sequenti die extremæ vnctionis Sacramento munita, à Matre conſtantia, cæteriſque Monialibus inſtanter petiit,vt ſuis precibus,bene-moriendi gratiam ſibi impetrarent:neque ex tunc duorũ dierum ſpatio,quo vixit, vt vllus eá de re aliqua quam de ſuo ad cœlum tranſitu alloqueretur, paſſa eſt: Ideóque ſuum humiliter petiit habitum, & corrigiam benedictam,cereum ſemper accenſum habere voluit,ne in aduentu ſponſi ſui inter virgines fatuas inueniretur. Roſarium ſuum ſibi applicauit, digitiſque ſuis benedicta grana implicauit. Publicam fidei profeſſionem fecit:alta voce,& vulgari credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, & cætera quæ in Miſſa dicuntur deuotiſſimè pronuntiauit : nec deinceps ſermonem vllum habuit, niſi de pretioſo ſanguine Ieſu-Chriſti: in quo totam ſuam ſpem poſuerat.

Et quia dies erat vigiliæ immaculatæ conceptionis B.Virginis Mariæ,quæ ſpecialis eſt ordinis feſtiuitas, ſuas monuit ſorores ſe hac hora morituram in qua earum exercitia minimè impediret. Cum autem ad lecti vertical chariſſimam Matrem ſuam conſtantiam vidiſſet, ad Patrem Chriſtoforum ibi aſſiſtentem Confeſſarium ſuum conuerſa: dixit vides ſi Dominus noſter promiſſis non ſteterit qui huc matrem conſtantiam à ſancto Paulo conduxit, vt oculorum meorum palpebras in hora mortis clauderet:magnam percipio voluptatem, & iuſtam habeo lætandi cauſam, inter illius manus animam meam Deo meo reddere.

Vocatis poſteà omnibus ſororibus quas ſemel adhuc videre cupiebat, eas ad ſummum amorem diuinum hortata eſt,dicens, diligite chariſſimæ ſorores, ex toto corde veſtro Sponſum veſtrum,& Magiſtrum cui ſeruitis bonus enim eſt,& miſericors, nam omnium creaturarum cum ſim major peccatrix, hanc tamen mihi gratiam contulit, vt in confeſſione ſancti ſui nominis moriar: eſtote illi fideles, & obedientes, ſcrupulos omnes abdicate, vel ipſos omni cum humilitate Confeſſariorum directioni ſubmittite, & mihi credite quod ſi aliàs non vultis à Deo obtinere conſolationes, quam eas quas de eorum conſilio petetis, magis in his ſecuræ eritis,minúſque illuſionibus, & aſtutiis inimici noſtri expoſitæ : nocte ſequenti, & vltima vitæ ſuæ ſolitis ſuis vomitibus oppreſſa, duo à Matre Conſtantia petiit, primùm vt eam vſque ad vltimum vitæ Spiritum de Deo, & beatorum gloria alloqueretur. Secundùm vt corpus ſuum cum modeſtia,& honeſtate poſt mortem veſtiri curaret. Tandémque cum eam tenerè amplexa fuiſſet dixit chariſſima mater, hora eſt jam nos de ſomno ſurgere tempus eſt ſeparationis noſtræ,donec Deo noſtro placuerit, vt ſimul in magno æternitatis die conjungamur,cum illo viuas nec abſentiam meam defleas, mors enim mea non mors, ſed tranſitus ad meliorem vitam dicendus eſt. Vale ergo, breui enim mihi moriendum eſt, vt in æternum viuam. Cui cum reſpondiſſet Mater Conſtantia, reuera mortem

inſtare, tunc illa manus eleuans ait, ô nuncium optimum! *Benedictio & claritas, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæcula ſæculorum Amen.* Totum iterum *credo* pronunciauit, & attentè deuotas commendationis animæ preces audiens, cum Sanctæ Leucadiæ dies illuxit magno cum ſpiritus ardore clamauit dimitite me ſorores, dimitite me iterum dimitite vt tranſeam: cui cum dictum fuiſſet quò ad cœlum, ad cœlum chariſſima Mater, & dilectæ ſorores, valete ad cœlum, cúmque illi oblata fuiſſet deuotiſſima Imago, *Ecce Homo*, fixis in eam lacrymantibus oculis, petita venia, & dulciſſimo nomine IESV reperito, ad cœlum aduolauit, remanente in terris corpore pulcherrimo, & decori coloris: quod ob nimium populi concurſum qui ad hoc venerandum corpus videndum, & oſculandum vndique veniebat, ſexaginta dies inſepultum remanſit: tandémque ſub altari majore collocatum jacet, donec Dominus fidelibus ſuis, tot gratiarum theſaurum in hoc ſacro depoſito reconditum reuelet cui honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

Primus conuentus diſcalceatarum Matritenſis à R.P. Alphonſo de Oroſco erectus.

Fuit ergo hæc deuotiſſima Maria ſoror à IESV, velut principium & origo Monialium diſcalceatarum ſiue Recollectarum, quarũ inſtitutionem ſuis precibus obtinuit quávis ipſa ex primis habitum reformationis in conuentu Matritenſi non ſuſceperit, ſed Eibarenſi, vt diximus, primus enim conuentus iſtarum Recollectarum fuit Matritenſis opera ac ſtudio Reuerendi Patris Alphonſi de Oroſco, virginitate, humilitate, doctrina, pœnitentia cæteriſque virtutibus inſignis, qui de conſenſu Præfati Magiſtri de Roxas Caſtellæ Prouincialis die 6. Septembris anno 1589. hujus ædificij fundamenta jecit, in propria domo Matriti, in via Principis, quam illi donauit D. prudentia Grillo, vt nouum erigeret Monaſterium, quod fœliciſſimum dedit exordium huic ſancto ac laudabili Excalceatarum Auguſtinenſium Monialium inſtituto.

D. Ioannes velaſques prima Informatrix.

Hujus prima fuit Informatrix D. Ioanna Velaſquez, filia Monaſterij Abulenſis Sanctæ Mariæ de Gratia, in quo ſancta mater Thereſia de IESV firmiſſima Carmeli columna, adhuc Virgo ſæcularis ſanctiſſimis fuit inſtituta morib.

Vt autem hæc noua Monialium diſcalceatarum congregatio, copioſiores in agro Dominico emitteret fructus, fœlicibúſque, in temporalibus, & ſpiritualibus proficeret incrementis mulierem fortem, multiſque virtutibus, inſignitam matrem Marianam à ſancto Ioſeph Deus optimus maximus ſuſcitauit quæ Albæ in Caſtella veteri Nobilibus orta parentibus: & in conuentu ciuitatenſi ordinis S. Auguſtini à pueritia educata, eſt monialis profeſſa: virtutum omnium, & perfectionis Religioſæ erat exemplum. Cum autem auſterioris vitæ genus exoptaret, & de licentia Prouincialis ad monaſterium Matritenſe à venerabili Patre Alphonſo de Oroſco noniter erectum pergere curaret: id tamen quibuſdam ſubortis impedimentis executioni demandare non valuit, quare dum ſemel deuotiſſimos Beatæ Thereſiæ libros legeret, & relationem Abulenſis Cœnobij attentè conſideraret, ſpirituali viſione, intellexit, ſe etiam ſuo exituram monaſterio: vt alia de nouo erigeret: in quibus perfecta, & ſtrictior religioſæ vitæ vigeret diſciplina. Quod reuera ita euenit Reuerendus enim Pater Magiſter Auguſtinus Antolines vir notæ ſanctitatis, & doctrinæ: & fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini Caſtellæ Prouincialis, &

poſteà ciuitatenſis Epiſcopus, Tarraconenſis deindè Archiepiſcopus electus, & tandem S.Iacobi in compoſtella factus: Eibarenſem illi propoſuit fundationem: vt ibi Regula D. P. Auguſtini exactiſſimè obſeruaretur, quam certò ſciens talem eſſe Dei voluntatem humiliter acceptauit. Cùm enim die Dominica palmarum, Paſſio Domini noſtri Ieſu-Chriſti in diuinis Officiis caneretur ad illa verba, *ſurgite eamus*, & ad iſta *quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis*. Quaſi ſibi dicta eſſent conuentum ſuum ciuitatenſem, quamvis reſiſtētibus Monialibus deſerere, aliúmque de nouo erigere, & auſteriorem vitæ Normam, pedúmque nuditatem profiteri decreuit.

Anno itaque 1603. vt ſuprà diximus die octaua menſis Maij, quæ fuit Aſcenſionis Domini, aſſumptis Eleonora ab Incarnatione ejuſdem conuentus Ciuitatenſis ſanctæ crucis, & Maria ſorore de Ieſu, conſtantiáque à S. Paulo S. Vrſulæ Cœnobij Toletani monialibus, matri noſtræ Marianæ de S.Ioſeph conuentus Eibarenſis data fuit poſſeſſio: ibíque Angelicam agere vitam, ac auſteriorem Auguſtinianæ Religionis diſciplinam, ſummo ardore obſeruare cœperunt: quæ tenerarum, & delicatarum Puellarum vires excedere videbantur. Quare multæ poſteà ſacræ Virgines pietate, & charitate inſignes extiterunt: inter quas Mariana de fide Salmaticenſis, plurimis diuinis fauoribus ornata fuit, & in cuius corde Paſſionis ſuæ inſignia Dominum Ieſum in quadam extaſi fertur impreſſiſſe. Magdalena de ſancto Auguſtino ardentiſſimo ſui cœleſtis ſponſi honoris: & peccatorum conuerſionis zelo decorata: Ioanna de S.Nicolao, humilitate, obedientia, pœnitentia, aliiſque virtutibus illuſtris, & deuotiſſima Maria noſtra ſiue ſoror de Ieſu, cuius vitam, & heroïcas virtutes ſuprà retulimus.

Fundatio conuentus Eibarenſis à Matre Mariana à S. Ioſeph.

Iam ſuauiſſimus virtutum omnium Marianæ, & ſororum ejus odor per vniuerſam Hiſpaniam diffundi cœperat, cum ex hoc conuentu educitur ad aliud Metimnenſe Monaſterium fundandum, vbi plurimis laboribus probata, certiſſima dedit inuictæ ſuæ fortitudinis, & patientiæ teſtimonia. Deinde ad Valliſoletanum, in quo inter delicias cœleſtes, & teneros ſponſi amplexus ſic jubente Confeſſario Cantica Canticorũ in ſenſu myſtico mirificè explanauit.

Tandem Sereniſſima Regina de Margareta ab Auſtria Philippi III. Pij & Catholici Regis piiſſima vxor non minus inſigni pietate, quam magnificentia cum Præfatum Matritenſe cœnobium intra Regium Palatium extrueret Marianam noſtram elegit, vt hujus ædificij Regij curam ſuſciperet, ſacrarúmque Virginum præcipuæ Nobilitatis Hiſpaniæ, ſtrictioris S. Auguſtini obſeruantiæ mater efficeretur: ibíque tam meritis quam annis plena integro aſpectu, veluti ſi in extaſi eſſet jucundiſſima, ad cœlos transmigrauit die 15. Aprilis anno Domini 1638. ætatis ſuæ 70.

R. P. Andreas diſcalceatus, Hiſpaniarum ſupra citatus.

Magnum planè, & Regium Incarnationis Matritenſe Monaſterium quod tamen Præfata D.Margareta ab Auſtria morte præuenta, jam ſumma magnificentia inchoatum conſummare non potuit, fieri enim mandauerat Iconem argenteam cujus ſola factura ſecundùm communem aurificum æſtimationem centum millium nummorum pretium excedebat. De hac deuotiſſima Regina

ægrè admodùm habet inuidus noſter Eques Gallobelgicus quod refert Athanaſius noſter in ſuo candelabro aureo præcibus Diſcalcearum noſtrarum conuentus Valliſoletani Hiſpaniarum ſucceſſorem obtinuiſſe: ſicut & diſcalceati cujuſdam Galliarum orationibus Anna Auſtriaca hujus Sereniſſimæ Reginæ filia, Galliarum etiam ſucceſſorem alium obtinere meruit, de quibus omnibus non inuideat,ſed ſummas Deo nobiſcum gratias agat.

In hoc ergo magnifico & Regio conuentu Incarnationis Matritenſi, jacet mater Mariana quod tam ſæculi quam cœli abundans opibus, Infantæ D.Elizabethæ Claræ Eugeniæ patronatu, Illuſtre: ſacrarum Virginum ſanctitatis ſplendore coruſcat:& nulli totius orbis diuino peragendo cultu, altarium nitore,ac regularis vitæ obſeruantia cedit, cui imbelles,& delicatæ puellæ,ſub ſeueriori magni Parentis Auguſtini reformatione ſubduntur: inter quas nunc idem amplectens inſtitutum Sereniſſima Philippi IV. filia ſub rudi viliquè Eremitarum habitu permanet Auguſtior & ſplendidior quam ſi in aureis,prętioſis, Regiiſque deliciis habitaret.

Hæc eſt Auguſtinenſium monialium excalceatarum in Hiſpania Fœlix origo & progreſſus, quæ in amoeniſſimo Eccleſiæ viridario candidiſſima virginitatis lilia plātantes ſuauiſſimum religioſę vitæ odorem longè latéque difuderunt,quamplurima enim alia hujus reformationis inſtituerunt monaſteria, quarum aliqua hic ſubjiciam.Sed hæc ſufficiant, vt ſciant omnes, & intelligant excalceatas moniales veras eſſe S. Auguſtini filias, ſicut & veri diſcalceati S.Auguſtini filij,quidquid in contrarium oblatret Renatus.

Cathalogus Cœnobiorum Monialium excalceatarum Ordinis Sancti Auguſtini.

Matritenſe Incarnationis Regium,ac celebre coenobium.
Matritenſe aliud Regium.
Almanſæ.
Carmonienſe.
Deniæ.
Libarenſe.
Lucenæ.
Limanum.
Metimnæ duelli.
Mallacitanum.
Metellinenſe.
Murcianum.
Neapoli tria monaſteria.
Palentinum.
Pampilonenſe.
Requenenſe.
Romanum.
Salmaticenſe.
Sahaguntinum.
Segorbicenſe.
Granatenſe.
Valliſoletanum.
Valentinum.
Valentinum aliud.
Villenenſe.
Villefrancæ.
Virigudinenſe.

§. X.

§. X.

De diuerſis Congregationibus Ordinis S. Auguſtini alijſque Ordinibus cujuſcumque profeſſionis ac vtriuſque ſexus, qui ſub Regulæ Auguſtiniana vexillo, Ieſu Chriſto famulantur

TAm apta eſt, & accommodata multis Ordinibus S.P. Auguſtini Regula, vt plures eſſe aliqui crediderint, tam ſibi vbique ſimilis, vt attentè conſiderantibus vnà videri debeat. Nam cum inter Auguſtini opera tres inueniantur Regulæ, & Doctorum magno conſenſu Germanam agnoſcant vnicam conjicio ego veram iſtam tribus hominum generibus traditam Monachis, clericis, & Sancti-monialibus occaſionem quibuſdam dediſſe, vt crederent tres à Diuo Auguſtino conſcriptas fuiſſe propterea ſecundùm eorum opinionem dixi ſuprà cap. 1. §. 1. duas primas Regulas diuerſis temporibus ſuis dediſſe Eremitis, tertiam autem quæ germaniſſima eſt primò Eremitis, deindè clericis, & poſtremò ſanctimonialibus, quæ cùm ſit vnà tres tamen videntur quia tribus conuenit.

In hujus Regulæ commendationem, ſic refert Surius in vita S. Vualdi die 16. Maij, *Legimus in actis S. Vualdi Canonici Regularis, & Epiſcopi Eugubini quod poſtquam in Monaſterio Portuenſi Apoſtolicæ inſtitutionis Canonem, vel Regulam hanc S. Auguſtini per tres menſes exemplo ſeruorum Dei didicit, eam ſecum attulit: ſed ex obliuione propè iter in nemore reliquit, vbi ſe tradiderat quieti, cumq; plueret mirandum in modum, & egredi opus eſſet, pro codice Regulæ relicto valdè formidare cepit: ne aut illa pluuia codicem corrumperet, aut aliquis viator eam aſportaret. Rediit verò ad locum, vbi codicem reliquerat, & eum juxta viam poſitum, nec ablatum reperit, nec vllis pluuiæ aquis madefactum.*

Michaël Florentinus in cronicis ſeruorum B. M. Virginis refert in principio Patribus Ordinis ſeruorum ipſam Dei genitricem apparuiſſe, ipſóſque adhortatum, vt ſub regula D. Auguſtini viuere debgrent, quemadmodum liber declarabat apertus. Denique ex Surio die 16. Iunij ſancto Norberto Præmonſtratenſium inſtitutori, beatus viſus eſt Pater Auguſtinus, qui & auream Regulam à latere dextro illi porrexit, ſéque luculento ſermone ei intimauit, dicens, quem vides, ego ſum Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus: Ecce habes regulam quã ego conſcripſi, ſub qua ſi benè militauerint fratres tui, filij mei aſtabunt ſecuri in extremo tremore Iudicij: nec mirum cum illa Euangelicam perfectionem, Chriſtianam religioſitatem, & quidquid ad ſalutem pertinet contineat. Quare hæc vitæ norma ita placuit, vt non ſolùm ipſo Patre Auguſtino inter viuos agente, verum etiam poſt ejus obitum ita propagata ſit, vt vniuerſum ferè orbem impleuerit, ac in Europa ſolùm ſub hac regula & congregatione canonicorum regularium quatuor millia, & quinquaginta mona-

ſteria extiterint, in Italia verò ſeptingenta, & Baptiſta Alouiſianus Rauenna teſtatur Superiori ſæculo, monaſteria virorum fuiſſe bis mille monialium trecenta,& religioſos triginta millia. Quod ſi credamus Volaterano libro 21. ex canonicis Regularibus triginta ſex fuere ſummi Pontifices,Cardinales trecenti, Archiepiſcopi, & Epiſcopi ferè innumerabiles Sancti canonizati ſeptem millia & quingenti. Ticinus verò in ſuo propugnaculo dixit fuiſſe Pontifices 54.Cardinales 1567.Sanctos canonizatos 16200.Illóſque Eccleſiam Dei rexiſſe 506.annos.Quamplures etiam alij ordines etiam militares,ac vtriuſque ſexus ſub hac ſancta regula militare voluerunt quorum ſeriem, & catalogum hic videre potes.

Ordo Eremitarum Sancti Auguſtini diuerſæ Congregationes.

ORdo Heremitarum Sancti Auguſtini in Affrica fundatus annum circiter 388.

Congregatio illecetana S.Auguſtini Heremitarum de obſeruantia,à Magiſtro Bartholomæo veneto anno 1387.

Cong. carbonaria S.Auguſtini Heremitarum de obſeruantia, à Patre Simone Cremonenſi,anno 1399.

Cong. Peruiſina S.Auguſtini Heremitarum de obſeruantia anno 1424.

Congregat. Lombardiæ S.Auguſtini Eremitarum de Obſeruantia, à Magiſtro Rocho Papienſi anno 1444.

Cong. S. Mariæ montis Ortonij S. Auguſtini eremitarum de Obſeruantia, à F. Simone de Camerino anno 1460.

Cong. Baptiſtinorum diſcalceatorum S. Auguſtini Eremitarum, à Baptiſta Poggio annum circiter 1470.

Cong. Dulcina Eremitarum S. Auguſtini de Obſeruantia, à F. Fælice Apulo anno 1492.

Cong. Calabriæ Eremitarum S. Auguſtini de Obſeruantia, à Franciſco Zampana anno 1502.

Cong. Dalmata Eremitarum S. Auguſtini de Obſeruantia, à P. Magiſtro Auguſtino Alezia anno 1512.

Cong. Germanica Eremitarum S. Auguſtini de Obſeruantia, Andreæ proles anno 1505.

Cong. Eremitarum diſcalceatorum S. Auguſtini primo, à Thoma de Ieſu annum circiter 1574. In Luſitania: deinde, à Magiſtro Ludouico Legionenſi in Caſtella anno 1588.

Cong. eorundem diſcalceatorum in Italia, ab Andrea Diez anno 1592.

Cong. erundem diſcalceatorum in Galliis,à P. Matthæo à S. Franciſca anno 1596.

Cong. reformatorum Siciliæ ſiue centuribij à Principio diſcalceata

Cong. S. Adriani in Sicilia cum ſandaliis.

Canonici

Canonici Regulares S. Auguſtini.

ORdo Canonicorum Regularium, à S. Auguſtino Hipponenſi Epiſcopo annum circiter 395.
Cong. can. Reg. Lateranenſium. à S. Gelaſio Papa annum circiter 440.
Cong. can. Reg. S. Frigidiani, ab eodem Sancto annum circiter 5.6.
Cong. can. Reg. S. Iacobi de Spada, à Ramiro Rege Legionenſi circiter annum 330.
Cong. Can. Reg. S. Ruffi, à quatuor canonicis S. Mariæ Auenionenſis annum circiter 1000.
Cong. can. Reg. Portuenſium, à Petro Rauennatenſi annum circiter 1115. aut 1117.
Cong. can. Reg. Aroaſienſium, à canone, & Heldemaro circa annum 1099.
Cong. can. Reg. Mortarenſium, ab adamo Mortarenſi annum circiter 1083.
Cong. can. Reg. Marbacenſum à Manegodo viro pio anno 1094.
Cong. can. Reg. Beluacenſium S. Quintini à B. Iuone annum circiter 1078.
Cong can. Reg S. Laurentij de plebe Martyrum, ſiue de vlrio, à venerabili Sacerdote Gerardo annum circiter 1050.
Cong. can. Reg. S. Victoris Pariſienſis in Abbatia S. Victoris annum circiter 1113.
Cong. Hyeroſolimitana S. Sepulchrij can. Reg. à Godefredo Auſtraſiorum principe, & confirmata à Cœleſtino 2. annum circiter 1144.
Cong. can. Reg. S. Mariæ ad Rhemum prope Bononiam annum circiter 1136.
Cong. can. Reg. Iacobi de Cella volana annum circiter 1000.
Cong. Can. Reg. S. Crucis connimbrienſis annum circiter 1131. à quodam Viro pio, & Religioſo nomine Telle Archidiacono conimbricenſi
Cong. can. Reg. S. Maria de Creſcentiaco, à quodam nobili mediolanenſi anno 1140.
Cong. can. Reg. Vallis viridis in Brabantia prope Bruxellas anno 1200.
Cong. can. Reg. S. Antonij de Vienna, à viro Nobiliſſimo Gaſto cum filio ſuo girondo anno 1295.
Cong. can Reg. Præmonſtratenſium, à S. Norberto anno 1120.
Cong. can. Reg. Scholarium, à quibuſdam ſcholaribus Bononiæ ſtudij cauſa commorantibus anno 1200.
cong. can. Reg. cruciferorum in Belgio, à quinque viris Religioſis anno 1248.
cong. can. Reg. vuademicenſium in Belgio à Gerardo Groot viro Religioſo anno 1387.
congregatio canonicorum Regularium Naſſienſis anno 1170.
cong. can. Reg. S. Demetrij anno 1200.
cong. can. Reg. S. Spiritus Venetiis, auctoribus quatuor nobilibus venetis anno 1424.
cong. can. Reg. Frigionaria, à D Bartholomeo ex Nobiliſſima colonenſium familia anno 1406.

Cong. ca 1. Reg.S.Petri de mõte corbiolo ſub Iulio II. à pena quodam Regenti ſeu Mediolanenſi.
co: g. can. Reg. caſtrinantionis in Galliis eodem fere tempore.
cong. can. Reg. S. Saluatoris de Bononia ſcolpetinorum à venerabili Petro Stephano cioni Senenſi ordinis Eremitani anno 1408.
cong. can. Reg. Olinutienſis tempore Alexandri V I.
cong. can. Reg. S. Georgij de Alga Venetiis , ab Antonio corrario , & Gabriele condelmerio anno 1404.
cong. can. Reg. S. Marci apud Mantuam anno 1194. à quodam Sacerdote Alberto Spinula.
cong. can. Reg. cruciferorum , à B. cleto inſtitutorum.
cong. can. Reg. S. Spiritus in Saxia , ab Innocentio I I I. anno 1201.

Ordines , & Congregationes ſub regula S. Auguſtini.

ORdo Eremitarum S. Pauli primi Eremitæ in Hungaria anno 1550.
Ordo Eremitarum S. Hyeromini in Hiſpania , à Domino Petro Fernandes anno 1370.
Ordo Eremitarum S. Petri de Piſis , à Petro Gambacurta anno 1380.
Ordo Armenorum s. Bartholomei de Genua.
Ordo ſanctiſſimæ Trinitatis redemptionis captiuorum in Galliis 1198. à Ioanne Matto , & fœlice eremitis
Ordo s. Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum in Aragonia , à Petro Nolaſco anno 1218,
Ordo s. Dominici , à S. Dominico anno 1205.
Ordo s. Dominici Fratrum , & ſororum de pœnitentia.
Ordo ſeruorum B. Mariæ anno 1216. à ſeptem Nobilibus viris Florentinis
Ordo s. Brigittæ Fratrum , & ſororum anno 1363. ſub Vrbano V.
Ordo S. Gilleberti in Anglia anno 1148.
Ordo s. Eulaliæ.
Ordo s. Mariæ de Scala
Ordo Dealbatorum.
Ordo Pignanenſium.
Ordo s. Marthæ.
Ordo s. Crucis in Italia
Ordo. s. Blaſij.
congregatio Eremitarum ſeruorum B. Mariæ Montis Senarij.
congregatio ſeruorum B. Mariæ reformatorum 1285. à. B. Philippo Benetio Florentino.
cong. ſeruorum B. Mariæ fratrum , & ſororum tertij ordinis , confirmata à Martino V. anno 1424.
cong. fratrum Charitatis 1290. à Guidone Ianuillano.
cong. Ieſuatorum S. Hyeromini 1355. à S. Ioanne Colombino.

cong.

Congregatio S. Ambroſij ad nemus 1375. à tribus viris Nobilibus Mediolanenſibus.
Cong. Apoſtolorum fratrum à S. Barnaba Apoſtolo, & ſub regula S. Auguſtini Reformatorum anno 1484.
Congregatio s. Hyeronimi de feſulis 1406. à Nobiliſſimo viro. Carolo Romenti
cong. fratrum hoſpitalitatis, & infirmis ſeruientium, à B. Ioanne Dei 1538.
cong. Luſitana s. Pauli primi eremitæ 1562.
cong. diſcalceata s. Trinitatis Hiſpanica 1599.
cong. diſcalceata s. Trinitatis Gallicana confirmata à Gregorio XV. & Vrbano VIII.
cong. diſcalceatorum B. Mariæ de Mercede redemptionis captiuornm 1603.
cong. s. Antonij in flandria 1615.
cong. fratrum Alexianorum 1309. à piis quibuſdam viris.
cong. bonorum hominum 1257. à Richardo Cornabiæ comite.
cong. Clericorum Hoſpitalium 1300. à P. Auguſtino Nouuello.
cong. Clericorum vitæ communis 1376. à magno Gerardo Dauentienſi.
cong. clericorum Theatinorum 1524. à Petro Caraffa Epiſcopo Theatino
cong. Barnabitarum, ſeu s. Pauli Decollati 1526. à tribus Nobiliſſimis viris mediolanenſibus.
cong. clericorum regularium Boni Ieſu 1526. Rauennæ, à quadam Virgine nomine Margareta.
cong. S. Maioli ſeu de Somaſcha 1526. à Hyeronimo Æmiliano patricio veneto.
cong. clericorum miniſtrantium infirmis 1518. à camillo cælio.
cong. minorum clericorum regularium temporibus Sixti V. ante annum 1588. à Patre Auguſtino Adorno.
cong. canonicorum regularium doctrinæ chriſtianæ in Gallia, à P. Cæſare de Bus Auenioni 1592.

Moniales ordinis S. Auguſtini, & aliorum ordinum quæ ſub regula Auguſtiniana militant.

ORdo ſacrarum Virginum monialium, à S. Auguſtino annum circiter 388. au t 389.
Ordo monialium canoniſſarum regularium.
Ordo monialium S. Auguſtini excalcearatum in Hiſpania.
congregatio mulierum pœnitentium, & fratrum pœnitentiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ, à Beltramo Gallo in Diœceſi Maſſilienſi ſub regula S. Auguſtini anno 1257.
Ordo monialium Ieſuatarum, à S. Ioanne colombino 1355.
cong. monialium Sancti Dominici.
cong. monialium viſitationis B. mariæ in Gallia à fœlicis memoriæ Franciſco

de Sales Epiſcopo Gebennenſi.
congregatio monialium annunciationis B.mariæ Virginis Genuæ.
congregatio monialium de miſericordia Auenioni ab Vrbano VIII. approbata.
cong. monialium verbi Incarnati Auenioni.

Ordines militares ſub Regula ſancti Auguſtini.

ORdo militiæ equitum S. michaëlis in Gallia anno 1464.
Ordo militiæ equitum Sanctorum mauritij, & Lazari in Sabaudia ab Emanuële Philiberto 1572.
Ordo militiæ Equitum S. Sepulchri, à Conſtantino magno, & à Godefredo Bulonio reſtauratus.
Ordo militiæ Equitum melitenſium, à Ioanne eleemoſinario Patriarcha Alexandrino, aut Domino Girardo 1119.
Ordo militiæ Equitum Teutonicorum.
Ordo militiæ Equitum S.Ioannis Aconenſis, & S. Thomæ.
Ordo militiæ Equitum S. Iacobi in Hiſpania, à Reynerio caſtellæ Rege anno 846.
Ordo militiæ Equitum S.Iacobi in Luſitania, eadem habuit initia.
Ordo militiæ Equitum s.Mariæ glorioſæ temporibus Vrbani IV.Bononiæ, & Cutinæ.
Ordo militiæ Equitum ordinis s. Dominici in partibus Lombardiæ, à ſancto Dominico.
Ordo militiæ Equitum pœnitentiæ ſanctorum martyrum.
Ordo militiæ Equitum Ieſu-Chriſti in Luſitania, à Ioanne vigeſimo-ſecundo.
Ordo militiæ Equitum Ieſu-Chriſti in Sabaudia.

Congregationes quæ unitæ ſunt Ordini Sancti Auguſtini ab Alexandro Quarto, vt eſt apud Sylueſtrum Marullum in Occeano Religioſ. libro 4. pag. 284.

COngregatio Eremitarum Vallis hirſuti.
Cong. Heremitarum de pœnitentia Ieſu-Chriſti.
congregatio Heremitarum Sancti Auguſtini Turris palmarum Diœceſis firmanæ.
congregatio Heremitarum ſancti Ioannis boni.
congregatio Heremitarum ſancti Auguſtini de Bictrinis Fanenſis Diœceſis.

cong

congregatio Heremitarum ſanctæ Cariæ de lupo Calucenſis Diœceſis.
congregatio Heremitarum ſanctiſſimæ Trinitatis apud centumcellas in Tuſcia.
congregatio Heremitarum ſanctæ Mariæ de murceto Piſanæ Diœceſis.
congregatio ſancti Iacobi de Minilo Lucenſis Diœceſis.
congregatio Heremitarum de monte-fabali.
congregatio Heremitarum ſancti Guillelmi.

FINIS LIBRI PRIMI.



Vera Effigies S.P. Augustini, Extracta ex Originali Romæ in Sacrario Lateranẽsi existente

SACRÆ EREMI AVGVSTINIANÆ LIBER SECVNDVS.

IN QVO.

Probatur Fratres Eremitas Diſcalceatos veros eſſe filios, & Reformatos Sancti Auguſtini.

PROOEMIVM.

QVAM vana ſit, & inutilis hæc controuerſia ſatis indicant quæ jam olim à Sixto IV. conſtituta ſunt, *a* in ſimili exorta contentione inter Canonicos Regulares Ordinis Eremitarum ejuſdem Sancti Auguſtini congregationis Lateranenſis, & fratres Ordinis Eremitarum ejuſdem B. Auguſtini, de ipſius præclariſſimi Eccleſiæ Doctoris Auguſtini habitu: ac de pictura, & Ordinum hujuſmodi inſtitutione. Hanc enim tanquam inanem, & ſuperuacaneam, perniciosam, & periculoſam, diſcordiarum fomentum, ac enorme faſcinus, eis & cuilibet eorum ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ inhibendo, & prohibendo, vt ab eis penitus abſtinerent, & ex tunc amplius de illis mentionem aliquam facere non auderent, per ſuas literas *b* amputauit, & penitus extinxit.

a In bulla Ord. fol. 311.

Vana eſt, & inutilis controuerſia de habitu S. Auguſtini diſputare.

Nos attendentes quod clariſſimum Eccleſiæ lumen Auguſtinum preter Epiſcopalis dignitatis habitum alium geſtaſſe, aut profeſſioni alienæ ſe ſubieciſſe, aut affirmare, aut negare ad rem non pertinet: niſi quantum contentio ſuperuacanea aucupari nititur: ac tam enorme facinus, & periculoſas contentiones de medio tollere penitus, & extirpare volentes motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam: ſed de noſtra ſcientia, & mera liberalitate, ac voluntate tam Canonicis Regularibus dictæ Congregationis, quam omnibus, & ſingulis fratribus Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini quibuſcunque nominibus cen-

b Sixtus IV. 5. Idus Maij. 1484.

ſeantur; & quacumque præfulgeant dignitate in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ quam in ſingulis, tam fratrum Eremitarum quam Canonicorum prædictorum perſonas contra facientes, ferimus in his ſcriptis, à qua abſolui nequeant, & quilibet ipſorum abſolui nequeat, niſi à nobis, vel ſucceſſoribus Romanis Pontificibus canonicè intrantibus, ſeu in mortis articulo conſtituti auctoritate Apoſtolica tenore præſentium inhibemus, atque diſtrictè præcipiendo mandamus: quatenus à contentionibus, ac de B. Auguſtini aſſertionum huiuſmodi periclitationum, diſputationibus, iurgiis, & controuerſiis penitus abſtineant: nec de eis cætero mentionem faciant, & ſe mutua charitate in Chriſto Ieſu Domino noſtro diligant: & mutuò venerantes, & ea quæ decorem, & venuſtatem ambarum partium concernunt alternatim aſſerentium: & ea quæ ædificant, & inſtruunt, & ad ſalutem animarum Chriſti fidelium proſunt populis prædicanda, omiſſis & penitus reiectis vanis aſſertionibus, & altercationibus: vt ordo à B. Auguſtino datus qui idem eſt in omnibus, licet inſtituta particularia aliqualiter differant, non diuiſus, non factioſus; non contaminatus, ſed vnicus, pacificus, integer, & immaculatus prout eſt, & eſſe debet etiam ab omnibus cenſeatur.

Poſteà tamen moderata fuit hæc conſtitutio, per viuæ vocis oraculum quo Eminentiſſimus Cardinalis Raphaël Sancti Georgij ad velum aureum S.R.E. Cardinalis Diaconus Domini Papæ Camerarius, & Ordinis fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini Protector permittit fratribus Eremitis Ordinis ſancti Auguſtini ſe verbo, & ſcripto tueri, contra impugnatores ejuſdem Ordinis, & veritatem Regulæ, & habitus ipſis negare volentes: & libros de eadem materia liberè ſcribere, publicare, vendere, & largiri ipſis, & pro ipſis eſſe licitum declarat. *Declarantes auctoritate prædicta quod prohibitio in Apoſtolicis litteris contenta, ſolum ſe extendat ad negantes, ſeu contradicentes de inſtitutione Religionis, ſeu de habitu Canonicorum Regularium, ac contra eos publicè diſputantes, & prædicantes: non autem ad aſſerentes, & affirmantes de inſtitutione habitus prædictorum fratrum Eremitarum, nec de ejuſdem habitus eiſdem, & Ordini prædicto per eundem B. Auguſtinum conceſſione: ac quod eodem habitu Eremitarum prædictorum ipſe B. Auguſtinus indutus, & vſus fuerit, & quod cum ipſo eodem habitu, per eoſdem fratres Ordinis Heremitarum depingi fiat, aut depingatur, &c. Et quod poſſint, & priuatè reſpondere, & ſe defendere in iudicio, & extra Iudicium: & quod libri, & tractatus per eoſdem fratres Ordinis Eremitarum, & pro eorum parte, & defenſione contra eoſdem Canonicos Regulares, & eorum libros, & tractatus, & quorumcumque aliorum pro eis hactenus ſuper hac materia confecti, & publicati in ſuo etiam Robore permaneant: ac liberè ſcribi vendi retineri & vti, ac largiri per eoſdem fratres Ordinis Heremitarum poſſint, &c. Nonobſtantibus Domini Sixti Papæ IV. literis Apoſtolicis prædictis, aliiſque priuilegiis, &c.*

In Bullario ordinis folio 324.

Vana eſt controuerſia de inſtitut. & habitu S. Aug. diſputare.

Fateor iterum vana eſt hæc controuerſia, quæ nihil ad rem pertinet, nec ædificat, ſed deſtruit quid enim certi in hac materia dici poteſt, & quid tandem definitum à Sixto IV. Niſi vt ab huiuſmodi diſputationibus tam Canonici quam Eremitæ penitus abſtinerent. Ita tamen vt poſtea declaratum fuit ab Emi

ab Eminentiſſimo Raphaële Cardinali S. Georgij in ſupradicto viuę vocis oraculo poſſint fratres Eremitæ ſe tueri verbo, & ſcripto contra omnes habitus ordinis impugnatores, non autem valeant negare, ſeu contradicere de inſtitutione Religionis, ſeu de habitu Canonicorum Regularium ac contra eos publicè diſputare,& prædicare ſub pœnis,& cēſuris in bulla Sixti IV. cōtentis.

Quare iure merito poterunt diſcalceati verbo, & ſcripto verum quem geſtant habitum, arduámque vitæ diſciplinam quam profitentur defendere contra quoſcumque impugnatores, & veritatem Regulæ, & habitus negare volentes. Cum enim iuſta defenſio ſit de iure naturæ vnicuique cauſam ſuam tueri, & obiectis ſatisfacere licitum eſt. Quid autem iuſtius, aut equius eſſe poteſt quam ſeipſos defendere quos non delicti culpa, ſed falſa quorundam criminatio in ſummum dedecus, & infamiam adducere conatur. Nonnulli ſiquidem, & ſcriptis & dictis, ſic diſcalceatos aggreſſi ſunt vt eorum habitum in ſingulis partibus, formam viuendi, & nuditatem pedum, in criminationem, vituperationem, ac omnium odium adducere voluerint: eoſque nothos eſſe, & Spurios S. Auguſtini filios, vbique proclamauerint: non attendentes D. P. Auguſtinum in ſua Regula ſic nos omnes arguentem *hinc vos probate quantum vobis deſit in illo ſancto interiore habitu cordis qui pro habitu corporis litigatis* ideoque ſilendum hic fuiſſet maxime vero cum Apologeticus eorum Tripartitus mendaciis apertiſſimis, omnibuſque opprobiis, & contumeliis offarcinatus, à Sacra Congregatione Eminentiſſimorum, & Reuerendiſſimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium à S. D. Innocentio X. Sanctaque ſede Apoſtolica ad iudicem librorum, eorumdemque permiſſionem, prohibitionem, expurgationem, & impreſſionem in vniuerſa republica Chriſtiana ſpecialiter deputatorum, poſt exactum illius examen ſequenti decreto damnatus fuerit, & prohibitus.

Diſcalceati ſunt veri filij S. Aug.

Decretum Sacræ Congregationis Indicis S. R. E. Cardinalium

Sacræ congregationis Indicis decreto prohibitus fuit liber inſcriptus, Apologeticus Tripartitus pro D. Auguſtino Triplici Epiſtola per modum Libelli ſupplicis oblatus ſummo Pontifici, ſupremæ Pariſiorum Curiæ, & Generali Eremitani ordinis, opera, & ſtudio fratis Renati Equitis Gallobelgici ſuppreſſo nomine Typographi, & loci. Nemo cuiuſcumque gradus, & conditionis eumdem in poſterum, vel imprimat vel legat, vel retineat ſi quis interim illum habuerit Inquiſitoribus: ſeu locorum ordinariis præſentis decreti notitia tradat, ſub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis. In quorum fidem præſens decretum manu & ſigillo Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Spada, Epiſcopi Albanenſis ſignatum, & munitum fuit Romæ die 18. *Decembris* 1646.

B. Cardinalis Spada.

Locus † Sigilli.

F. Ioannes Baptiſta de Marinis
Ord. Prædicat. Sacræ Congreg.
Secretarius.

SIlendum inquam eſſet niſi quis ſilentium noſtrum in conſenſum duceret, crederetque approbata nobis quæ non videret refutata, propterea licet ex vera diſcalceatorum inſtitutione iam ſatis conſtet, eos eſſe veros Sancti Auguſtini filios quia tamen maior aliqua deſiderari poſſet probatio: in hoc ſecundo libro hanc veram legitimam filiationem ex ſummorum Pontificum declarationibus, Sacræ congregationis Regularium, & totius ordinis Eminentiſſimorum Cardinalium protectorum decretis, ex habitu, Regula, conſtitutionibus, & forma viuendi à Diuo P. Auguſtino præſcripta, eiuſque primæuis Eremitis obſeruata clarè, & dilucidè demonſtrabo, neminemque lædam niſi ſe læſos facile dixerint ſi veritatis pondere grauentur.

CAPVT I.

Probatur Auguſtinianos Dicalceatos veros eſſe S. Auguſtini filios, & Reformatos ex bullis authenticis, S.S. Pontificum: decretis Sacræ Congregationis Regularium; & declarationibus Eminentiſſimorum Cardinalium totius ordinis Auguſtiniani protectorum.

TAnti ſemper fuit apud omnes Sanctæ Sedis Apoſtolicæ auctoritas, vt primùm iure merito ante omnes alias probationes Summorum Pontificum decretis, & conſtitutionibus Apoſtolicis Auguſtinianorum diſcalceatorum veram, & germanam filiationem probare ſtatuerim: cum enim nihil omninò determinent niſi præuia matura, & exacta rerum diſcuſſione, ac certa cauſæ cognitione: hinc fiet vt aliæ quæ à nobis poſteà auctoritates, & probationes adducentur, maiorem vim, & efficaciam habituræ ſint. Quare hic breuiter ſolum, & nudè bullarum Pontificiarum textum afferam, Sacræ congregationis Regularium decreta exponam, & Eminentiſſimorum Cardinalium totius ordinis Auguſtiniani Protectorum declarationes producam, quæ omnia valida, & authentica ſequentibus paragraphis oſtendam.

§. I.

Auguſtiniani Diſcalceati ſunt verè Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini.

QVam inanem tot iteratis auſibus aduerſarij noſtri, ſiue in Romana Curia, ſiue alibi verbo, & ſcripto operam poſuerint vt Diſcalceatos S. Auguſtini tanquam ſpurios, & adulterinos extra ordinem eiicerent ſole meridiano clariùs demonſtrant Bullæ Summorum Pontificum, decreta Sacræ congrega-

congregationis Regularium, & declarationes Eminentiſſimorum Cardinalium totius ordinis Protectorum, quæ diſcalceatos omnes veros eſſe Sancti Auguſtini filios, & reformatos Ordinis Fratrum Heremitarum ipſius Eximij Eccleſiæ Doctoris, vbique proclamant: Vnde mirum planè videtur nonnullos ſpretis omnibus Sedis Apoſtolicæ cenſuris, contrarium decantaſſe.

Audiant ergo, & intelligant: ſi tamen intelligere velint quid cenſeant Summi Pontifices, & primò Clemens Papa VIII. *c* in bulla ſeparationis diſcalceatorum Hiſpaniæ, à Prouinciale, & fratribus Calceatis Prouinciæ Caſtellæ, vocat Recollectos Diſcalceatos ordinis Eremitarum S. Auguſtini ſicut & ipſos calceatos.

c Sub die 11 in bullario ord. fol. 146. col. 2.

Cum itaque ſicut accepimus venerabilis frater Dominicus Archiepiſcopus Sipontinus noſter, & Apoſtolicæ ſedis nuncius &c. aſſiſtentibus, & petentibus dilectis filiis Priore Prouinciali, & fratribus ordinis Eremitarum S. Auguſtini calceatis Prouinciæ Caſtellæ, ab eorum Prouincia dilectos filios Definitorem, & fratres Recollectos, ſeu diſcalceatos eiuſdem ordinis Eremitarum S. Auguſtini in prædicta Prouincia Caſtellæ exiſtentes, eorumque Conuentus &c. perpetuo ſeparauerit, & ſegregauerit à gubernio, & ſuperioritate Prouincialis, & fratrum calceatorum prædictorum exemerit, & liberauerit &c. & infra ſupplicationibus eorum nomine per dilectum filium Ioannem de S. Hyeronimo eorum Procuratorem generalem in Romana Curia reſidentem, nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: ſeparationem, & diuiſionem ipſorum diffinitoris, & fratrum Recollectorum diſcalceatorum ordinis Eremitarum S. Auguſtini in quacumque Regnorum Hiſpaniarum parte exiſtentium à Prouinciale, & fratribus Prouinciæ Caſtellæ ordinis fratrum Calceatorum Eremitarum S. Auguſtini &c. confirmamus, & approbamus.

Fratrum Eremitarũ S. Auguſtini alij ſunt calceati alij diſcalceati.

Diuiſionem poſtea factam in Capitulo Generali totius Congregationis in quatuor Prouincias Gregorius XV. *d* confirmauit, & approbauit quas ſic diuiſas in vnam Congregationem fratrum diſcalceatorum S. Auguſtini nuncupandam erexit, & inſtituit. Item Vrbanus VIII. in Bulla diuiſionis Prouinciarum quæ incipit *ad vberes fructus e* nuncupat Diſcalceatos Italiæ *ordinis Eremitarum S. Auguſtini.* Idem aſſerit Paulus V. in breui eorum conſtitutiones approbante. *f*

Id omnes Bullæ Diſcalceatorum Galliæ decantant Clementis Octaui *g* Pauli Quinti, *h* & Vrbani Octaui. *i* Quare miror aduerſarios noſtros velle nobis denegare quod Summi Pontifices verbis ita expreſſis concedunt. Videlicet diſcalceatos omnes eſſe ordinis fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini & conſequenter veros eſſe ipſius filios, nullo enim alio titulo nuncupantur ipſi calceati qui ſe etiam veros eſſe Sancti Auguſtini filios gloriantur.

d Sub die 31 Aug. 1622. in bull. ord. fol. 151. paragraffo 29.
e Sub die 29 Aug. 1626.
f Sub die 5. Maij 1620.
g Sub die 83. Decẽbr. 1595.
h 4. Auguſt. 1610.
i 23. Iulij 1628. 28. Mart. 1635. &c.

§. II.

Auguſtiniani diſcalceati ſunt veri reformati Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini.

DIſcalceatos omnes veros eſſe Sancti Auguſtini filios, ex eo planè conuincitur quod à Summis Pontificibus etiam reformati Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini cenſeantur. Ita Clemens Papa Octauus. k *Decet Romanum Pontificem ea benignè concedere, per quæ Religioſorum quieti, & in Regulari obſeruantia progreſſui, ac Religionum propagationi opportunè conſulerit, prout in Domino ſalubriter conſpicitur expedire. Nos itaque cupientes propagationi Congregationis Fratrum Reformatorum Diſcalceatorum Sancti Auguſtini nuper in alma vrbe per nos admiſſæ, ac inſtitutæ opportunè proſpicere &c.* Item idem Summus Pontifex. l *Paſtoralis officij ratio poſtulat, vt Religioſorum maximè ſtrictioris obſeruantiæ quieti profectui; bonóque nomini indefeſſè conſulamus. Cum igitur ſicut accepimus habitu quo dilecti filij Religioſi Congregationis S. Auguſtini Reformatorum, ſeu diſcalceatorum nuncupati vtuntur, plures extra eam induti confuſionem, & alicui etiam ſcandalum in præiudicium prædictæ Congregationis generent. Nos vt hæc, & alia inconuenientia omninò euitentur opportunè prouidere, &c.*

k Sub die 5. Nou. 1599.

In hoc aduerſariis nullum dubitandi locum relinquit, quod Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Guillelmus Dauençon Archiepiſcopus, & Princeps Ebredunenſis cupiens Prioratum Villarisbenedicti ordinis S. Auguſtini Diœceſis Gratianopolitanæ, ad regularem obſeruantiam, & pium cultum reſtituere, & in eo aliquos reformatos ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini introducere: diſcalceatos Italiæ ejuſdem ordinis reformatos, qui Romæ cum ſumma omnium admiratione ſtrictiorem Regulæ obſeruantiam profitebantur elegit: & à Clemente Papa VIII. petiit ac obtinuit annuentibus Reuerendiſſimo Patre Generali totius ordinis fratre Andrea Fuuizano, & Reuerendiſſimo Patre F. Ioanne Baptiſta de Plombino Procuratore Generali ejuſdem Ordinis, prout latiùs continetur in literis Apoſtolicis in forma breuis ſub annulo Piſcatoris deſuper expeditis ſub datis Romæ apud S. Petrum die 23. Decembris 1695. quas ſuprà libro 1. ad longum retulimus cap. 4. §. 1.

Paulus item Papa V. *Ad perpetuam rei memoriam alias fœlicis recordationis Clemens Papa VIII. prædeceſſor noſter dilectis filiis Priori, & conuentui Villaris benedicti Ordinis fratrum Reformatorum diſcalceatorum Sancti Auguſtini: vt de Prioris generalis, aut Vicarij ſui ordinis conſenſu, quacumque Monaſteria Eccleſias, & loca ſibi à piis Chriſti fidelibus pro tempore oblata in Regno Franciæ, &c.*

Quid ad hæc dici poſſit non video, conſtat enim diſtinctè à S. Pontificibus Diſcalceatos abſque vllo addito per Antonomaſiam vocari reformatos Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, vt tales ad reformationem Prioratus Villaris benedicti in Prouincia Delphinatus ſolemniter deputari, & de facto mitti

etiam

etiam de conſenſu ejuſdem Reuerendiſſimi Patris Generalis totius ordinis provt ampliùs continetur in publico deſuper facto inſtrumento Romæ in Conuentu S.Auguſtini, & ſtantiis reſidentiæ prædicti Reuerendiſſimi P. Generalis ſub die 7.Martij 1596. de quo ad longum,cum de origine diſcalceatorum Galliæ tractauimus.

Accedunt teſtimonia Vrbani Papæ VIII. in bulla quæ incipit *Diuinæ Majeſtatis prouidentia* l, *exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filij Hyacinthi à ſancta Margareta Procuratoris Generalis in Romana Curia fratrum Eremitarum Reformatorum diſcalceatorum nuncupatorum, Ordinis ſancti Auguſtini Congregationis Galliarum, &c.* Item in alia m quæ incipit, *Ex injuncti nobis. Exponi ſiquidem nobis nuper fecerunt dilecti filij Prior Generalis totius ordinis Eremitarum S. Auguſtini, necnon fratres Reformati Diſcalceati nuncupati ejuſdem ordinis congregationis Galliæ: quod cum inter ipſum Priorem Generalem, ac fratres reformatos huiuſmodi nonnullæ difficultates circa ejuſdem Congregationis regimen ortæ fuiſſent: tandem poſt longam, & maturam negotij huiuſmodi diſcuſſionem dictus Prior Generalis, fœlici ac proſpero ipſius congregationis regimini, ac ſtrictioris quam ipſi fratres profitentur obſeruantiæ conſeruationi, & augmento conſulere volens, &c.* Et infrà §.9. *Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat omnia, & ſingula præmiſſa poſt maturam diſcuſſionem, tam ab ipſo Priore Generali quam fratribus Reformatis huiuſmodi per modum concordiæ prouiſa, & acceptata fuerint, &c.* Hæc ſunt certa, & authentica Summorum Pontificum teſtimonia in fauorem Fratrum Eremitarum diſcalceatorum reformatorum ordinis S.Auguſtini quorum vis,& efficacia ex infrà dicendis melius apparebit.

l Sub die 19 Aug. 1641. ex bulla conſtitut.

m Sub die 21. Iulij 1628. in bulla ord. fol. 383. paragrapho 2. ex bulla concord.

Diſcalceati ſtrictiorem obſeruantiã profitentur.

§. III.

Sub pœna excommunicationis latæ ſententiæ aliiſque pœnis ſtrictè prohibetur, ne quis audeat negare diſcalceatos veros eſſe Sancti Auguſtini filios, eorúmque congregationem eſſe Ordinis Fratrum Heremitarum ipſius præclariſſimi Eccleſiæ Doctoris.

HActenus Summi Pontifices Diſcalceatos, ordinis Heremitarum ſancti Auguſtini, & Reformatos ſimpliciter voluerunt: Nunc autem ipſos veros Sancti Auguſtini filios & reformatos clarè & diſtinctè loquuntur: necnon ſub anathematis pœna ſtrictè præcipiunt nequis in contrarium, dicere: aut ſcribere præſumat. Imprimis idem Vrbanus VIII. o *Præterea ne quis in Galliis habitum in materia, & forma ſimilem: ita vt ex præfatis fratribus diſcalceatis exiſtimari poſſit, niſi præfatæ regularis congregationis membrum actualiter exiſtat geſtare: ſiue nomen Reformatorum diſcalceatorum S. Auguſtini ſibi*

o in bulla conſtitut. Galliæ.

Negantes diſcalc. reformatorum congregationem eſſe ordinis Erem. S. Auguſtin. excommunicantur.

Poſſent depingi Imagines SS. ordinis S. Auguſt. in habitu reformationis diſcalceatorii.

Iteratur eadem excommunicatio.

Vita auſteritas & obſeruantia puritatis regula S. Auguſtini apud diſcalceatos qui peculiares habent conſtitutiones.

arrogare, aut prædictam Congregationem eſſe Ordinis Heremitarum S. Auguſtini verbo, vel ſcripto temerè negare audeat: ſeu præſumat, ſub excommunicationis pœna authoritate eadem interdicimus, & prohibemus. Denique quod ipſi fratres Imagines Sanctorum Auguſtini, Nicolai de Tolentino, & aliorum eiuſdem Ordinis in habitu reformationis diſcalceatorum ad decorem, & vſum in Eccleſiis, Clauſtris, aut alibi decenter, honeſtè, ac piè depictas aut impreſſas conſeruare, ac impoſterum imprimere, & depingere religioſè ſecundùm Eccleſiæ, & aliorum Ordinum Reformatorum laudabilem conſuetudinem liberè, & licitè valeant. Licentiam, & facultatem dicta authoritate impartimur, &c. Prætereà in Bulla p concordiæ cum generali §. 10. *Prætereà ne quis in Gallia habitum in materia, & forma ſimilem, itavt ex prædictis fratribus diſcalceatis exiſtimari poſſit, niſi prædictæ congregationis membrum actualiter exiſtat geſtare, ſiue nomen diſcalceatorum reformatorum S. Auguſtini ſibi arrogare, aut prædictam congregationem eſſe ordinis Eremitarum S. Auguſtini verbo, vel ſcripto temerè negare audeat, ſeu præſumat ſub excommunicationis pœna interdicimus, & prohibemus. Et vt vitæ aſperitas, & obſeruantia puritatis Regulæ S. Auguſtini, & peculiarium congregationis prædictæ conſtitutionum, abſque vllo impedimento ſeruetur volumus quod deſuper nullatenus à ſuperioribus dicti ordinis diſpenſari poſſit, ſed ſemper firma, & fixa remaneat ſtricta Regularis obſeruantia.*

Hanc etiam vitæ auſteritatem, & obſeruantiam puritatis Regulæ agnoſcunt, Clemens Papa VIII. q *Apoſtolici muneris nobis licet immeritis diuina diſpoſitione commiſſi ratio poſtulat vt Religioſos quoſcumque: eorum præſertim qui ſub ſtrictiori Regulæ obſeruantia altiſſimo famulari ſtudent quieti, & proſpero regimini libenter conſulamus, eóſque ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequamur: prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.* Et infrà, *Nos eorundem fratrum Recollectorum Diſcalceatorum quieti, & proſpero ſtatui amplius conſulere: eóſque vt ſtrictiorem Regularem obſeruantiam quam profitentur ad Dei laudem, & Chriſti fidelium ædificationem, & animarum ſalutem vt decet retinere, & obtinere poſſint: ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, &c.* Gregorius XV. r *Ad ſacram Beati Petri ſedem meritis licet imparibus diuina prouidentia vocati ad ea per quæ Chriſti fideles ſub ſuaui religionis iugo, & ſtrictioris obſeruantiæ Regulis altiſſimo famulantes, in laudabili eorum inſtituto perſeuerare valeant, libenter intendimus, &c.* Vrbanus VIII. *Diuina Majeſtatis prouidentia ad ſummi Apoſtolatus faſtigium euecti ſuper vniuerſos orbis Regulares Ordines, & in eis voto Religionis adſtrictos noſtræ dirigentes conſiderationis intuitum, ad ea per quæ Regularis vitæ inſtitutio olim à ſanctis viris, piè, & religioſè inuenta, & conſtituta temporum lapſu ſeſe remittente Religioſorum deuotione relaxata, & aliquatenus deformata reſtrictionem, & reformationem ſuſcipiat, & in priſtinum refloreſcat ſtatum, propenſis ſtudiis intendimus, &c.*

Quis poſt hæc dubitare poteſt de vera diſcalceatorum reformatione, cum toties etiam ab ipſo Reuerendiſſimo P. Generali vocentur Reformati Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſtrictioris obſeruantiæ profeſſores, eorum vitæ auſteritas, & obſeruantia puritatis Regulæ maximè commendetur: nec vllus poſſit nomen reformatorum diſcalceatorum S. Auguſtini ſibi arrogare; habitum

p In bull. ord. fol. 385

q Sub die 11. Februar. ex bull. diſcal. Hiſpaniæ.

r Sub die 31. Auguſt. 1622.

s Sub die 19 Aug. 1641. 1644.

tum geſtare, aut eorum congregationem eſſe ordinis Eremitarum S. Auguſtini, verbo vel ſcripto ſub pœna excommunicationis temerè negare.

Id jam anteà prohibitum fuerat ab Eminentiſſimo Cardinale Saulio, totius ordinis S. Auguſtini Protectore, authoritate Apoſtolica, & ex peculiari, ſacræ congregationis regularium commiſſione, ad quam à Paulo V. cauſa remiſſa fuerat: vt conſtat ex ipſius decreto tenoris ſequentis.

Nos Antonius S. R. E. Cardinalis Saulius totius Auguſtiniani Ordinis Protector.

Notum omnibus facimus dilectos nobis in Chriſto fratres diſcalceatos ordinis S. Auguſtini, cum nonnullis in locis præcipuè in Gallia, & Sicilia illud de ſe à Conuentualibus eiuſdem Ordinis fratribus in vulgus ſpargi comperiſſent, ſcilicet eos non eſſe veros, & Germanos S. Auguſtini filios, quod non ſolum magnum damnum, ſed non leue etiam ſæcularibus ſcandalum afferet. Vt inanes huiuſmodi voces antequam vlterius progrediantur comprimerent, tollerentque omnino in poſterum ſupplicem ea de re ſanctiſſimo Domino noſtro Paulo V. Libellum dediſſe vt ſanctitas ſua declararet, eos pro vt ſunt vera eſſe membra, & filios S. Auguſtini, atque vt tales participes eſſe omnium priuilegiorum, & gratiarum mendicantium tam in ſpiritualibus quam in temporalibus, & maximè eorum quibus Auguſtiniana gaudet Religio: In ſuper etiam eos poſſe inſtituere cum omnibus gratiis, & priuilegiis ſocietates Corrigiatorum, & Corrigiatorum in ſuis Eccleſiis quemadmodum aliæ Eccleſiæ eiuſdem ordinis poſſunt, & inſtituunt pariter declarare dignaretur. Et ſi qui ſecus dicere adhuc auderent, illorum ora cenſura, & pœna aliqua obſtruere. Quibus omnibus per benigne auditis ſanctitatem ſuam illos ad ſacram Regularium congregationem remiſiſſe, ipſam vero ſacram congregationem omnibus pariter per benignè auditis inſpectiſque diligenter, rem totam nobis qui horum omnium fratrum tam Conuentualium quam diſcalceatorum protectoris munus gerimus, diiudicandum nomine, & vice Sanctitatis ſuæ reliquiſſe.

Declaratur authoritate Apoſtolica diſcalceatos prout ſunt vera eſſe membra & filios S. Auguſt.

Declaramus itaque eos veros, & Germanos eſſe S. Auguſtini filios, eorum enim Congregatio ab ipſis Conuentualibus Romæ Capitulariter congregatis anno 1592. quo in Magiſtrum Generalem electus fuit Reuerendus Andreas Fiuizanus inſtituta eſt. Præterea eos pro talibus, à S. S. Pontificibus habitos, & nominatos in priuilegiis, & Breuibus, quæ eis largiti ſunt apertè quiuis videre poteſt. Præſertim in Breui à Fel. record. Clemente VIII. conceſſo in quo ipſis veſtiendi dictam eorum Congregationem ingredi volentes: eorumque proffeſſiones tempore ſuo acceptandi elargitur facultatem. Deinde in illo etiam à Papa Paulo Quinto dato poſt conceſſam viuæ vocis oraculo nobis licentiam eorum conſtitutiones Confirmandi, quam rem nos ipſi cum pro eis intercederemus, obtinuimus: & pro iſta Confirmatione ad maiorem rei Corroborationem Breue etiam ſub annulo Piſcatoris, à Sanctitate ſua obtinuimus, in quo eos fratres Reformatos diſcalceatos Ordinis S. Auguſtini appellat, & tenet. Declaramus etiam illos iuxta

Diſcalceati ſunt veri & Germani filij S. Auguſtini.

à Conuentualibus inſtituuntur.

Tales declarant Summi Pontifices.

eorum ſanctitati ſuæ libellum ſupradictum ſupplicem datum omnium priuilegiorum , & gratiarum mendicantium , earum maximè quibus Auguſtiniana gaudet Religio eſſe participes : & poſſe in ſingulis ſuis Eccleſiis ſocietates corrigiatorum , & corrigiatarum cum omnibus priuilegiis , & gratiis Erigere à Vicario eorum Generali ſolummodo habita facultate : ſicut alia Eccleſiæ eiuſdem ordinis habita à Patre Generali Reuerendiſſimo poſſunt , & inſtituunt. Quicunque igitur tantæ adhuc fuerit temeritatis vt contrarium ſuperius declaratis proferat , ſcribat , ſeu proferri , aut ſcribi faciat , ſiue quocumque alio modo id efficere conetur , ſciat tam ſe quam eum qui impulſu iubentis id egerit excommunicationem latæ ſententiæ , & amiſſionem vocis actiuæ , & paſſiuæ ſine ſpe recuperationis , aliaſque item pœnas arbitrio noſtro imponendas ipſo facto incurſurum , in quorum omnium fidem manu noſtra ſubſcripſimus , ſigillumque noſtrum apponi mandauimus Romæ die duodecima Octobris 1613.

[...]cantium & maximè Auguſtinianæ religionis

Poſsint inſtituere ſocietates corrigiatorum in ſuis Eccleſiis.

Contrarium dicentes aut ſcribentes. excommunicantur, aliiſque penis a[...]ntur.

A Card. Saulius Protector.

Locus † Sigilli

IVLIVS PICININVS Secr.

VNde non mirum ſi Nouiſſimè in ſacra Regularium congregatione eadem declarata ſunt, videlicet Diſcalceatos veros eſſe S.Auguſtini filios, & gaudere omnibus priuilegiis mendicantium, & quibus Calceati ordinis eorumque Religio gaudent provt conſtat ex ſequenti Decreto.

Decretum Sacræ Congregationis Cardinalium regularium negotiis præpoſitæ.

Pro Auguſtinianis Diſcalceatis.

SAcra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis , & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prepoſita Eminentiſſimo Carpineo referente cenſuit oratores eſſe veros S. Auguſtini filios , & tam eos quam eorum Congregationem gaudere omnibus priuilegiis mendicantium , & quibus Calceati Ordinis , eorumque Religio gaudent Romæ 1. Septembris 1645.

M. Card. Ginettus.

Locus † Sigilli

H. ARCHIEPISCOPVS PATRACENSIS Secretarius.

GAudere vero diſcalceatos omnibus , & ſingulis priuilegiis , gratiis , & indultis quibus Auguſtiniana gaudet Religio , abſque vlla differentia tanquam

tanquam vera membra, & filios S. Auguſtini, non ſolum decreta ſacræ Regularium congregationis & Eminentiſſimorum totius Ordinis Cardinalium Protectorum: ſed ipſæ ſummorum Pontificum Bullæ manifeſte conuincunt. ſic enim Gregorius. X V. in Bulla ſuprà citata. *a Nec non eiſdem fratribus Diſcalceatis, vt omnibus, & ſingulis priuilegiis, gratiis, & indultis tam ſpiritualibus quàm temporalibus: dummodo ſint in vſu, & non ſint reuocata, neque ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa, ac ſacri concilij Tridentini decretis, & conſtitutionibus Apoſtolicis, non aduerſentur: & quibus alij Ordinis S. Auguſtini fratres vtuntur, potiuntur, & gaudent pari modo vti potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant. Authoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.* Clemens V I I I. In Bulla quæ incipit *Ordinis veſtri propagationi b Nec non conuentibus ſic erigendis, eorumque pro tempore Prioribus, & Fratribus, vt omnibus, & ſingulis Priuilegiis, gratiis, indultis, & indulgentiis, ac exemptionibus, libertatibus, & immunitatibus quibus alij veſtri Ordinis Conuentus eorumque Priores, & Fratres vbiuis exiſtentes, vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti frui, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum ſine aliqua differentia, vti frui, & gaudere poſſint, & valeant authoritate, & tenore præſentis Concedimus, & indulgemus, &c.*

a Sub die 31. Auguſt. 1622. in Bull. ord. paragrapho 29. fol. 2. fol. 155. ex bulla diſcal. Hiſpan.

b Sub die 21 Nou. 1600. ex bulla diſcalc. Gall. 5.

Ex his omnibus concludendum, eſt diſcalceatos omnes veros eſſe S. Auguſtini filios illi enim sũt veri S. Auguſtini filij qui ſunt ordinis Eremitarum S. Auguſtini, eiuſdemque ordinis reformati, qui puritatem Regulæ obſeruant, & de iure gaudent abſque vlla differentia, omnibus, & ſingulis priuilegiis, gratiis, Indultis, indulgentiis, exemptionibus, libertatibus ac immunitatibus quibus Auguſtiniana gaudet Religio: tales eſſe Diſcalceatos declarant ſummi Pontifices, decreta ſacræ congregationis Regularium, ac Eminentiſſimorum totius Ordinis Auguſtiniani Cardinalium Protectorum, vt conſtat ex ſupradictis, ergo neceſſario ſequitur quod ſint veri, & germani S. Auguſtini filij, quidquid dicant in contrarium Aduerſarij neque enim id negari, ſine temeritate, nec aliquid ſolidum aut firmum ad tam aperta reſponderi poteſt teſtimonia, vt ex ſequentibus Clarius Innoteſcet.

§. IV.

Probatur Bullas Diſcalceatorum ordinis Sancti Auguſtini authenticas eſſe, obiectiſque in contrarium cumulatè Satiſfit.

QVid ad tot irrefragabiles ſummos totius Eccleſiæ Pontifices dici poſſit non video? quid poſt tot authenticas bullas obijci, & reſponderi non intelligo? facile ſe ab omnibus ſe credent expeditos aduerſarij ſi omnium contemnant, vel negent authoritatem: ita faciunt, & ſuam præferunt, dun

tantopere de vera diſcalceatorum reformatione tumultuantur. Sed quæſo videamus qui d in contrarium vociferentur.

Imprimis bullas eorum præſertim diſcalceatorum Galliæ ſubreptitias eſſe, & ob reptitias proclamant, ſed quam male id aſſerant quis non videt? niſi inuideat, aut videre nolit: ſi quidem Bullæ allatæ §. 1. & 3. quæ diſcalceatos Hiſpaniæ Ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini nuncupant, & volunt gaudere omnibus, & ſingulis priuilegiis gratiis, & indultis quibus Auguſtiniana gaudet Religio, obtentæ fuerunt de conſenſu Reuerendiſſimi Patris Generalis totius Ordinis, & tanquam authenticas non ſolum in Bullario Generali, ſed etiam in Bullario Ordinis reconditæ ſunt. Quid ad Bullas diſcalceatorum Italiæ obiicere poſſunt? quæ illos Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, & reformatos appellant, an Clemens Papa VIII. Qui eorum congregationem in alma Vrbe admiſit, ac inſtituit, vt Ordinem Eremitarum S. Auguſtini vna cum aliis Ordinibus reformaret, illos veros reformatos ignorare potuit? quos poſtea in Prouinciam Delphinatus ad prioratum Villaris benedicti Ordinis ſancti Auguſtini reformandum, tranſmiſit. An Paulus V. qui eorum conſtitutiones recognitas, & examinatas approbauit, perperam fratres Eremitas Ordinis S. Auguſtini diſcalceatorum eſſe voluit? nullus ſane bonæ mentis illud vnquam aſſerere audebit, cum tales ab omnibus habeantur, eorumque bullæ cum authenticis in bullario Generali admittantur.

Bulla diſcalc. Hiſp. authentica.

Bulla diſcal. Ital. authētica.

Solæ reſtant bullæ diſcalceatorum Galliæ diſcutiendæ, quas omnes, aduerſarij totis viribus impugnant. Sed in vanum, quid enim ſolidum dicere poſſunt ad Bullam Clementis VIII. pro eorumdem in Gallias tranſmiſſione? quæ reformatos eos ordinis Eremitarum S. Auguſtini nuncupat, ſubreptitia ſiquidem dici non poteſt quæ de conſenſu Reuerendiſſimi Patris Generalis conceſſa eſt, ſicut, & Bulla Vrbani VIII. pro diuiſione totius congregationes in tres Prouincias: nam de aſſenſu, & conſenſu Eminentiſſimi Cardinalis Protectoris Zachiæ, & Reuerendiſſimi Patris Fratris Hyeronimi Cornetani Generalis totius ordinis obtenta fuit: vt conſtat ex ipſo ſupplici libello, ab eis ſubſcripto, & Vrbano Papæ VIII. tunc temporis porrecto, quem quiſque videre poteſt in Regiſtris Breuium Apoſtolicorum ſub die 28. Martij 1635.

Bulla diſcal Gall. authētica & ſine vitio ſubreptionis.

Quare nulla ratione de ſubreptionis vitio, aut intentione ſummi Pontificis, notari, impugnari, redargui, aut in ius vel controuerſiam reuocari poſſunt Forſan id totum concedent Aduerſarij? ſed obiicient verba prædictarum Bullarum quæ diſcalceatos aſſerunt Ordinis eſſe Eremitarum S. Auguſtini eoſque reformatos appellant, eſſe tantum narratiua: verba autem bullarum narratiua non probare. Optimè quidem, ſed alia ſunt verba narratiua, ſuper quæ gratia vel intentio ſummi Pontificis fundatur, & alia ſuper quæ non fundatur: iſta non probare certiſſimum eſt, alia vero plenam faciunt fidem, quia ſuper his fundatur inentio Papæ *d* quis vero non videt in verbis Bullarum allegatis, fundari intentionem papæ, nuſquam enim ſummus Pontifex diſcalceatos Hiſpaniæ, à Iuriſdictione Prouincialis Caſtellæ Calceatorum liberaſſet, niſi eiuſdem Ordinis reformati fuiſſent, cum antea illius

gubernio

gubernio, & iuriſdictioni ſubiicerentur: neque declaraſſet eos, omnibus, & ſingulis gratiis, priuilegiis, & indultis, gaudere, quibus Auguſtiniana gaudet Religio: niſi certo ſciuiſſet illos vere eſſe Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Cur Diſcalceatos Galliæ, & Italiæ ad aliorum Conuentuum reformationem miſit CLEMENS PAPA VIII. Quos in Alma Vrbe prius admiſerat, & inſtituerat: niſi ipſe pro veris Auguſtinianis Reformatis illos haberet, Quare quamuis verba Bullarum ſint narratiua, non minus tamen probant, quia ſuprà his fundatur intentio Papæ. Quod vlterius probatur ex ipſa clara, & manifeſta Pontificis intentione qui tandem totam reſoluit difficultatem cum non ſolùm declarat diſcalceatos veros S. Auguſtini filios, verum etiam nequis in contrarium dicere aut ſcribere præſumat ſub anathematis pœna diſtrictè prohibet.

Quid ad hæc? veritati remotis ambagibus modo litandum eſt. Quid ergo ad Bullas ſuprà allatas §. 3? Quid ad decretum Eminentiſſimi Cardinalis protectoris Zachiæ, & ſacræ Congregationis Cardinalium negotiis regularium præpoſitæ reſpondent? Dicent bullas eſſe ſubreptitias: ſed qua audacia, id dicere præſumunt? & primò de bulla Vrbani VIII. *e* An neſciunt obtentam fuiſſe ad inſtantiam Reuerendiſſimi Patris Generalis totius ordinis vt ſuprà retulimus *f* de conſenſu, & aſſenſu Procuratoris Generalis, & Aſſiſtentium dicti ordinis, de Eminentiſſimorum S.R.E. Cardinalium negotiis regularium præpoſitorum conſilio, poſt longam, & maturam diſcutionem, & tamen affictam Vrbano VIII. & confictam vocant, ac ſubreptitiam? Quis ignorat ſubreptitium illud dici quando res aliter ſe habet, quam fuit narratum Papæ. *g* Quis veró credat R. Patrem totius ordinis rem aliter quam fuerit expoſuiſſe Sanctiſſimo? An permiſiſſet aliquid contra rei veritatem, in diſplomate Pontificio conceſſum, & in bullario ordinis cum aliis authenticis præfatam bullā recenſeri? Quaſi verò ſummus Pontifex, & vitæ auſteritatem diſcalceatorum, eoſque veros S. Auguſtini filios ignorauerit, qui iterùm in alia bullā. *k* Sub eadem excommunicationis pœna ſtrictè prohibet ne quis verbo vel ſcripto illud temere negare audeat. *l*

e Sub die 21. Iulij 1628.
f In fine paragrapho 2. in bull. ordin. fol. 383 paragrapho 2. & 9.
g Deciſ. 275 part. 1. in nouiſſ.
k Sub die 19 Aug. 1641.
l In bull. Conſt. Gall. vide ſuprà ſuprà paragrapho 3. in princip.

Sed objicies hanc etiam ex duplici potiſſimum capite ſubreptitiam eſſe, primò quia talem ferat excommunicationem, ſecundò quia permiſit diſcalceatis vt imagines ſanctorum ordinis in habitu reformationis diſcalceatorum imprimere, & depingere liberè, & licitè valeant. Hæ ſunt præcipuè rationes Equitis noſtri Gallobelgici *m* adeo debiles, & infirmæ vt potiùs contrarium ſtabilire quam deſtruere videantur. Ad primam enim reſpondeo nihil magis conuincere bullam illam eſſe authenticam, quam talem excommunicationē: ſiquidem jam priús latam ab eodem ſummo Pontifice *n* in bulla authentica per modum concordiæ inter Priorem Generalem, & ipſos diſcalceatos: quare nihil noui in iſta decernitur quod Papa ignorare potuerit, & conſequenter ex hoc capite nullo modo ſubreptitia dici poteſt. Ad illud verò quod opponitur de imaginibus ſanctorum ordinis in habitu diſcalceatorum depingendis contra decreta congregationis Cardinalium, ſacris ritibus præpoſitæ? & breue Apoſtolicum Vrbani Papæ VIII abundè reſpondebitur infrà cùm de

m In Epiſt. ad arch. præſ. Pariſ.
n Sub die 21 Iulij 1641.
o Sub die 21 Ianu. 1638.

iiſdem imaginibus, ex profeſſo tractabitur, cætera verò quæ objici poſſunt facilè ſoluentur ex iis quæ ſuprà *p* de origine,& progreſſu diſcalceatorum Galliæ eorúmque bullis dicta ſunt.

p Lib. 1. c. 4.

Quod verò ſpectat ad declarationem ſuper hoc factam, ab Eminentiſſimo Cardinale Saulio, totius ordinis Auguſtiniani Protectore, quàm ſuprà retuli §. 3. Reſpondere poterunt aduerſarij cum Reuerendo Patre Falcumbello ordinis Heremitarum S. Auguſtini congregationis obſeruantiæ Lombardiæ, *q* caſſatam, & reuocatam fuiſſe propter conſtitutionem Vrbani VIII. *r* in qua caſſauit annullauit,& reuocauit omnia viuæ vocis oracula: etiamſi à Cardinalibus firmata eſſent: ſed quam ſit friuola hæc reſponſio ſatis colligitur ex iis quæ dicit Lezana, *s* nempe ea viuæ vocis oracula abrogata tantum fuiſſe, quæ priuilegia, facultates, & gratiæ ſunt,non autem quæ meræ declarationes cuius naturæ ſunt ea quæ continentur in viuæ vocis Oraculo (vt vocant) & ex ipſo textu liquidò apparet.

q In Iuſt. deffen. iur. Conuent. Taurin. S. Auguſtini.
r Sub die 20 Decēb. 1561.
s In ſū. qq. reg. de obl. relig. c. 3.

Præterea ſub hac reuocatione non comprehenſa fuiſſe viuæ vocis oracula,facta ab officialibus quales ſunt Eminentiſſimi Cardinales Religionum Protectores, quibus ratione munerum ſuorum anteà in iis quæ ad ordines ſibi commiſſos ſpectant, de Summi Pontificis oraculis fides haberi ſolebat: Certiſſimum eſt ex alia poſteriori conſtitutione 139. quæ eſt 29. in appendice Bullarij,ab eodem S.D.Vrbano VIII. *s* emanata ſic autem habet. *Nos firmiori geſtorum de mandato noſtro per Officiales ſeu Miniſtros validitati eorundem Officialium,ſeu miniſtrorum ſecuritati conſulere volentes,motu proprio,certáque ſcientia, ac matura declaratione noſtris,déque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Officiales ſeu miniſtros prædictos quibus alias antè emanatas prædictas conſtitutiones, ex officiorum ſuorum authoritate, & prærogatina de oraculo per eos à Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus habito fides haberi ſolebat, quoad ea quæ vt præfertur ad cuiuſlibet eorum officium, ſeu munus, quo funguntur pertinent: in litteris etiam noſtris prædictis ſuper reuocatione Oraculorum huiuſmodi emanatis minimè comprehenſos fuiſſe:nec comprehendi debere declaramus, & ad abundantiorem cautelam eoſdem officiales, ſeu miniſtros aduerſus eaſdem conſtitutiones quatenus opus ſit reſtituimus,& plenariè reintegramus,in omnibus,& per omnia perindè ac ſi quoad illos prædictæ conſtitutiones non emanaſſent, &c.*

s Sub die 1. Apr. 1635. quod incipit alias fœl. re-

Ex quibus patet declarationem factam ab Eminentiſſimo Cardinali Saulio totius ordinis ſancti Auguſtini Protectore validam firmam, & in ſuo robore permanere.

Denique quam ob cauſam, talis facta declaratio, ab aliquibus viuæ vocis oraculum dicatur, id nunquam mihi perſuadere potui, cum nequidem verbum de illo proferatur:ſicut ipſe de alio ſibi conceſſo pro confirmatione conſtitutionum mentionem facit:dicerem potiùs firmum eſſe decretum,& latam ſententiam cum certiſſima cauſæ cognitione, & authoritatis interpoſitione, qua Eminentiſſimus Cardinalis protector, tanquam judex ordinarius, & in hac parte à ſacra Regularium Congregatione delegatus: ad quam Summus Pontifex Paulus V. cauſam dijudicandam remiſerat, declarat Auguſtinianos diſcalceatos veros eſſe ſancti Auguſtini filios: vtque ſciant omnes cum certa

cauſæ

cauſæ cognitione rem fuiſſe dijudicatam, neque illos veros eſſe S. Auguſtini filios, quia tales eſſe declarat, ſed tales declarare quia reuera, & à parte rei ſunt veri S. Auguſtini filij, talis filiationis rationem aſſignat, nempè quia eorum congregatio ab ipſis fratribus Conuentualibus Romæ capitulariter congregatis anno 1592. inſtituta eſt, & vt tales à Summis Pontificibus in priuilegiis, & breuibus conceſſis habiti, & nominati ſunt. Quare juſta de cauſa, excommunicationis latę ſententiæ pœna, & amiſſionis vocis actiuę, & paſſiuę ſine ſpe recuperationis ferit eos qui tantæ fuerint temeritatis, vt contrarium proferant, ſcribant, ſeu proferri, aut ſcribi faciant.

Quis modò de validitate talis declarationis dubitare poteſt? Fuit ne aliquid in ea ſubreptitium? negabant enim quidā conuentuales calceati ordinis S. Auguſtini præſertim in Galliæ & Siciliæ partibus, diſcalceatos ejuſdem, ordinis veros eſſe & Germanos S. Auguſtini Filios: de hoc conqueruntur diſcalceati apud ſanctiſſimum Paulum Papam V. Cauſa ad ſacram Regularium congregationem remittitur, quæ omnibus perbenignè auditis, inſpectiſque diligenter: rem totam authoritate Apoſtolica Eminentiſſimo Cardinali Saulio totius Ordinis Auguſtiniani protectori dijudicandam committit, Eminentiſſimus verò Cardinalis in fauorem diſcalceatorum ſententiam pronuntiat, declarans eos veros eſſe, & Germanos S. Auguſtini filios non quod jus aliquod nouum ſtatuerit, ſed antiquum declarauerit: declarans enim non dicitur jus nouum edere, ſed antiquum declarare. *t* Quare cum hic tantum agatur de ſimplici, ac propria declaratione, quæ nullam etiam partis citationem requirit, *u* nulla ſubreptio, aut obreptio potuit vllo modo interuenire.

t Gloſſ. in 6. decor. l. 15. c. 2.

u Caſtr. cōſ. 359. Alex. conſ. 11. n. 12.

Nihil etiam dicere poſſunt aduerſarij ad aliud præfatum ſacræ Regularium Congregationis decretum, cum vnum ex alio ſequatur: neque aliquod jus, nouum ſtatuatur, ſed antiquum declaretur.

Quis ergo ille tam obcæcatæ mentis? Vt non videat ſole Meridiano Clarius diſcalceatos veros eſſe, & Germanos S. Auguſtini filios: ſic cenſent Eminentiſſimi ſacræ Regularium congregationis Cardinales, id expreſsè declarat authoritate Apoſtolica Eminentiſſimus Cardinalis Saulius, totius ordinis Auguſtiniani protector meritiſſimus. Confirmant Summi Pontifices Clemens VIII. Paulus V. Gregorius XV. præcipuè verò Vrbanus VIII. qui in duabus bullis ſub excommunicationis pœna prohibet. Nequis in contrarium verbo, vel ſcripto aliquid proferre audeat, ſoli reluctantur aduerſarij, in ſanctæ ſedis Apoſtolicæ contemptum, cujus authoritatem, & cenſuras floccifaciunt, contra quos §. ſequenti de prædictæ excommunicationis validitate ex profeſſo diſputabitur.

§. V.

Probatur validitas Excommunicationis, contra negantes diſcalceatos veros eſſe Sancti Auguſtini filios.

ADeo ceitum eſt tritum illud pronuntiatum, *Veritas odium parit, odium verò ſuſcitat rixas, x.* & contentiones, *vbi autem Zelus,& contentio, ibi inconſtantia, & omne opus prauum.* z Quòd nou miror ſi aduerſarij noſtri zelum amarum habentes, & contentiones in cordibus aduerſus diſcalceatos glorientur, & ſint mendaces aduerſus veritatem & quid veriùs aut certius hac excommunicatione lata ab Eminentiſſimo Cardinale Saulio, bis fulminata ab Vrbano VIII. Et tamen frater Carolus Moreau ſic ait, *a Dico primò fratrum excalceatorum congregationem nouiſſimè omnium exortam ſub annum 1589. verè, & propriè dici non poſſe ordinis S. Auguſtini, quidquid Bullæ eorum ſubreptitiæ, & obreptitiæ contradicant, &c.* Frater verò Renatus neſcio qua audacia litteris ſequentia commiſerit, *b Et qua fronte audes his poſitis tam primæ, quam poſtremæ Bullæ terminis gloriari, & anathemati feriendum eum qui tuam congregationem eſſe ordinis Eremitarum S. Auguſtini, temerè verbo, vel ſcripto negare audeat? Et quomodo congregatio, membrum vnius eiuſdémque ordinis cenſebitur, capiti eius non ſubdita. Si à Generale ordinis non pendetis, quomodo congregationem veſtram dicti ordinis appellatis?* Et infrà, *c Dico ſecundò huiuſmodi cenſuram, quæ timorem pueris aliqualem poſſit incutere, teſtem ſtare certiſſimúmque iudicem timidæ excalceatorum cauſæ, & conſcientiæ. Neminem enim litteratum, vel leuiter in hiſtoria verſatum fore proſpexere, qui tam diuerſos, & alios ab Auguſtino, veriſque ab eo formatis Heremitis excalceatos aſpiciens, poſſet eos veros Auguſtinianos, vel prima mentis apprehenſione ſuſpicari. Multò minus appellatione dignari: niſi talis tonitrui comminatorio terriculo, ſe ad hoc coactum, nomen ipſis attribuendum compelli videret, &c.* Tandem eo prorumpit temeritatis aduerſarius, vt non ſolùm præfatam excommunicationem comminatorium tonitrui terriculum appellarit, quod timorem pueris aliqualem poteſt incutere: verumetiam abſque vllo fundamento peccati mortalis latam ipſo jure caſſam, & irritam eſſe voluerit: *d Quarto ex omnium Summiſtarum Caſuiſtarum, Theologorum communi doctrina conſtat ſententiam excommunicationis abſque fundamento peccati mortalis latam ipſo iure caſſam, & irritam eſſe, & quis inſanus credat, communione fidelium, participatione ſacramentorum, Eccleſiaſtica ſepultura, æterna denique gloria priuandos qui excalceatos veros Auguſtinianos eſſe verbo, ſcriptóve negauerit? Quis ſalutem hominum ex propoſitione falſiſſima niſi inſipientiſſimus cenſuerit? Dic quæſo cur hæc cenſura peccatum mortale neceſſariò ſupponat. Contra quam perſonam Trinitatis tantò dignum anathemate committatur. Contra Patrem, an Filium, vel Spiritum Sanctum hoc verbum, dictum, ſcriptúmve, probatur: fragilitati an ignorantiæ, vel malitiæ*

x Prou. 10. 12.
z Iaco. 3. 6. & Iaco. 3. 14
a In Th. Apol. fol. 60.
b In Tr p. Apol. fol. 69
c Fol. 75.
d Fol. 77.

malitiæ deputatur dicenti fratres excalceatos non eſſe verè Auguſtinianos? Si quod peccatum eſt contra virtutem eſt, ſed quæro, contra quam? Theologiam an Cardinalem? Cuius tandem præcepti decalogi præuaricator exiſtam, qui tantæ pœnæ reus, vt noxa ad ſummi Tribunal Pontificis tremebundus aſſiſtam?

Vt autem hujus cenſuræ validitas apud omnes innoteſcat, & ſanctæ Apoſtolicæ ſedis authoritas contra fratris Renati ludibria, non ſine ſummi Pontificis honoris jactura deffendatur. Supponendum eſt cum omnibus Doctoribus verum quidẽ eſſe. *e* Non niſi pro peccato mortali ferendam eſſe majorem excommunicationem. *f* Cum enim per eam fidelis ab Eccleſia certo modo excludatur. *g* Eccleſia præſcindere non debet, niſi eum qui judicio Dei creditur præſciſus, & regno cœlorum indignus, provt poteſt tantummodo ob peccatum mortale: quãre ſicut crudeliſſimum eſſet ſi chirurgus alicui membrum leui morbo affectum amputaret: ita quoque eſſet ſi judex Eccleſiaſticus fidelem aliquem, à cæterorum communione propter leuem culpam præſcinderet. Hoc tamen intelligendum eſt cum ſuprà citatis authoribus quando quis ob culpam præteritam excommunicatur: Si enim ſententia excommunicationis, comminatoria, vel abſoluta pro aliquo futuro feratur, minimè opus eſt vt ipſum ſit ex natura ſua peccatum mortale, ſed ſufficit vt illud tale ſit ex circunſtantia ſcandali, aut alterius grauis nocumenti perpetratione illius inferendi, contra charitatem, aut contra juſtitiam, vt jure merito illud ſub anathematis pœna prohibeat faciendum. Et ob talem cauſam, illud etiam quod de ſe ne veniale quidem peccatum eſt, poteſt juſtè prohiberi, adeò vt contra veniens, ratione præcepti incluſi per notabilem inobedientiam mortaliter peccet: ſimúlque contrahat excommunicationem. Omnis enim major excommunicatio præcepto appoſita, ſignum certiſſimum eſt præcipientem intendere materiam præcepti quamvis ſecundùm ſe ſit indifferens, ad mortalem culpam reducere. Quare eodem actu tranſgreſſionis, & peccatum mortale, & excommunicatio incurritur: exempli gratia ſummus Pontifex ſub excommunicationis pœna prohibet ne laïcus, aut quis alius Monialium clauſuram ingrediatur, cum tamen hoc ex natura ſua pecca tum non ſit, ſic etiam ferre arma, tabernam ingredi, ex ſuo genere, non ſunt peccata mortalia: nihilominus eo ipſo quo ſuperior, ſub majori aliqua cenſura propter imminens aliquod populi ſcandalum iſta clericis prohibet, ſub mortali cenſetur prohibere, quamvis hoc in cenſuræ ſententia non exprimatur: vnde jure meritò contrauenientes, excommunicationem incurrunt.

Ex his omnibus concluditur validam eſſe communicationem à ſummo pontifice latam contra aſſerentes diſcalceatos, veros non eſſe S. Auguſtini filios, licèt enim concedamus eum qui hoc aſſerit, ex ſe & abſolutè loquendo nõ peccare mortaliter, vt voluit aduerſarius, quia tamen ſummus pontifex ſub majori cenſura illud prohibet, eo ipſo ſub culpa mortali illud prohibet, & qui non obedit jam fit contumax, & inobediens, & mortaliter peccat, latâmque excommunicationem contrahit.

Hoc poſito præcepto, materiam prohibitam grauem eſſe, non ſolùm ex circum

e D Tho. in 4. d. 18. q. 2. art. 1. Petr. de pal. 16. d. 18. ſot. ib. d. 22. q. art. 2 Vaſqu. dub. 12. n. 3. Valent. tom. 4. diſt. 7. q. 17. p. 5. Suar. d. 4. ſect. 6. n. 11. ſyl. ex. 3. 1. n. 11. Petr. à Soto inſt. ſacer. tract. de excom. lect. 3. filiu. tract. 12. c. 1. q. 8. nu. 30. Sayr. l. 1. c. 9. Naua. c. 27. n. 253. Did. Couar. in c. alma mater de ſent. excom. in 6. 1. part. paragrapho 9. n. 1. Bonac. de cenſ. d. 1. q. 1. p. 3. prop. 3. Reginal. vol. 1. l. 9. q. 4. n. 167. 169. To. l. 1. c. 8. Binsf. in Ench. p. 5. paragrapho 5. & alij.

f 11. q. 3. can. nemo & cã nullus, ca. 1. de Iud. c. ſacro. de ſent. excomm.

g C. omnis Chriſtianus & c. nihil 11. q. 3.

Excõmunicantur, qui negant diſcalc. veros eſſe S. Auguſtini filios.

circumſtantiis: ſed etiam ex natura rei,& conſequenter cauſam ſufficientem ad validitatem excommunicationis contra tranſgreſſores nullus eſt qui inficietur:ſiquidem diſcalceati,ex ſe ſunt veri S.Auguſtini filij,vt ipſi ſummi Pontifices ex certa ſcientia declarant,& hoc negare non ſolùm contradicit veritati, ſed etiam magnum diſcalceatis damnum,ac non leue ſecularibus etiam hæreticis ſcandalum affert,vt refert Eminentiſſimus Cardinalis Saulius totius ordinis Auguſtiniani protector benemeritus, in ſupra allata declaratione §.3. quod ſufficere ad validitatem præfatæ excommunicationis omnes ſuprà citati Doctores conteſtantur.

RR. Patres Ieſuitæ ſunt veri Religioſi.

Similes inuenio latas excommunicationes, & quidem primo contra negantes RR. Patres Societatis Ieſu veros eſſe Religioſos: ſic enim Gregorius decimus tertius *in Bulla aſcendente Domino annò* 1584. *octauo Calendas Iulij Pontificatus vero* 13. Ieſuitas veros Religioſos eſſe,& vt tales ab omnibus tenendos, atque dicendos eſſe prædixit in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub aliis pœnis ſtrictè præcipit, vt non quiſpiam audeat rem haut diſputare, ſiue in controuerſiam adducere, etiam veritatis indagandæ gratia. Succinit huic Gregorio, Gregorius alter Decimus Quartus in Bulla *Eccleſiæ Catholicæ* 1591. & eius conſtitutionem cum omnibus, & ſingulis in ea contentis approbat, & innouat.

RR. Patres capucini sũt verè fratres minores, & filij S.Franciſci.

Quia vero apud aliquos in dubium venerat, an Fratres Capucini eſſent vere fratres Minores, & filij S. Franciſci (cum e us tempore non fuiſſent inſtitututi) & an eorum conſtitutiones eſſent Conſentaneæ Regulæ ipſius S. Franciſci Paulus Quintus in Bulla *Eccleſiæ militantis regimini die* 15. *Octobris* 1608. declarauit eos eſſe vere fratres Minores, ac etiam (quamuis tempore S. Franciſci minimè inſtituti fuerint) filios S. Franciſci, eorumque conſtitutiones Regulæ illius quam profitentur conſentaneas eſſe: contradictores vero quoſlibet, &rebelles,ac præmiſſis non parentes per ſententias cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita cœrceri voluit, legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarando: illaſque iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis.

RR. Patres excalceati Carmelitæ veri ſunt Carmelitæ.

Denique quia nonnulli, etiam temerariè prætendere audebant fratres Reformatos diſcalceatos Ordinis B. Mariæ de Monte-Carmelo, non eſſe veros Carmelitas. neque vnum ex quatuor Ordinibus Mendicantibus. Ideo Clemens Papa VIII. in Bulla *Romanum Pontificem decet Anno* 1603.Contrarium determinauit, omnibus priuilegiis Ordinis gaudere decreuit, & contradicere præſumentes anathematis vinculo innodauit.

b Bald. cõſ. 477.n.2.vol 1. Rota in recẽt.d.601. n.27.part.5. & d.270. n.3. part.7.

Quare ergo valida, & iuſta non erit excommunicatio lata contra aſſerentes fratres diſcalceatos Eremitas S. Auguſtini non eſſe veros Auguſtinianos? an quia Papa illam ferre non potuit? At ſacrilegum eſt, & deteſtabile de poteſtate Papæ diſceptare. *b* An vero quia bullæ ſubreptitiæ? & hoc falſum eſſe ſatis ſuperque probauimus? an vero quia materia non eſt ſufficiens? & hoc non, quia grauem eſſe ex natura ſua, & circumſtantiis oſtendimus.

Vlt

Vis modo ſcire Frater Renate Chariſſime, quale Peccatum Commiſeris, aperi veridicum conſcientiæ tuæ librum, & in eo maiuſculis ſcriptum Characteribus videbis? *Mortale*? & quidem contra ſupremam Patris æterni potentiam, cuius anthoritatem in Pontifice contemnis. Contra Diuinam vnigeniti. Filij ſapientiam, cuius veritatem, & ſcientiam in Chriſti Vicario negas. Contra infinitam Spiritus Santi Charitatem cuius bonitatem offendis, cum malitioſe veritatem impugnas, mandatis Sanctiſſimi Papæ Vrbani VIII. Obſtinatè contradicis, & impudenter propoſitionem vocas *i* Falſiſſimam quam ipſe veriſſimam ſub anathematis pœna ab omnibus teneri præcipit, videlicet Auguſtinianos diſcalceatos veros eſſe S. Auguſtini filios, quare nec fragilitati, aut ignorantiæ, ſed quod peius eſt Malitiæ peccatum tuum deputatur. *i* In Apol. fol.77.

Quæris contra quam ſit virtutem, Theologicam, an Cardinalem? Reſpondeo contra vtramque, cum ſis contumax, Iuſtiſque ſummorum Pontificum, mandatis, ac Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium decretis obedire recuſas, Theologorumque omnium doctrinam admittere renuis, *Sola enim obedientia virtus eſt quæ virtutes cæteras menti inſerit, inſertaſque cuſtodit* *k*. Peccas in iuſtitiam, Auguſtinianis diſcalceatis non reddens quod ſuum eſt veritatem primam quæ obiectum eſt fidei manifeſtè lædis, cum veritatem ipſam mendaciis tuis, & opprobriis impugnas. Quid de Charitate dicam? Neſcio cum videam te diſcalceatos omnes legitima S. Auguſtini filiatione ſpoliare velle, fatere ergo te contra omnes virtutes Theologicas, & Cardinales peccaſſe, nec non Decalogi præcepta, quartum, & octauum, propter inobedientiam tuam, contra expreſſa ſanctiſſimi omnium Patris Vicarij Chriſti mandata: nec non ob falſa in proximum tuum teſtimonia, ac mendacia, imo, & totius decalogi factus es reus, *Quicunque enim totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno factus eſt omnium reus* *l*. Qua propter Iurè merito excommunicationem latæ ſententiæ timere debes Eminentiſſimi Cardinalis Protectoris Saulij, quam ipſo facto cum aliis pœnis in præfata declaratione contentis incurriſti: alias Inſuper ab Vrbano VIII. in Bullis ſupra citatis latas, tuæque ſaluti, pariter, & honori ſapienter conſules, ſi ad abſolutionem potius quam vanam aliquam, & ridiculam ſolutionem inſipientes confugias. *k* S. Gregor. vlt. moral. *l* Iacob. 2. 10

Inſtat tamen aduerſarius *m*. Bullam allatam manifeſtam inſe continere contradictionem, cum enim, inquit, peremptorie irritet concordatum Congregationis diſcalceatorum Galliæ, cum Reuerendiſſimo Generali: nullo modo de ordine cenſeri debet, ergo vi bullæ non eſſe Ordinis comprobatur, vi tamen eiuſdem bullæ eſſe Ordinis ſub excommunicationis pœna dici Iubetur, ergo eſt, & non eſt quod eſt manifeſtè ſibi cōtradicere. Reſpondeo in præfata Bulla nullam prorſus inueniri contradictionem: neque Concordatum peremptoriè Caſſatum fuiſſe, ita vt Congregatio diſcalceatorum ab omni Ordinis Iuriſdictione prorſus ſoluta fuerit: poteſt enim Reuerendiſſimus Pater Generalis perſonaliter tantum, & ſemel in ſexennio eum interuentu, & conſilio primi aſſiſtentis Generalis eiuſdem congregationis illam viſitare, & cor- *m* In Apol. fol.72.

rigere. iuxta eorum conſtitutiones, prout amplius continetur quarta parte conſtit. cap. 1. §. 22.

Deinde etiam ſi facta eſſet concordatus abrogatio, non ex eo probatur diſcalceatos non eſſe Ordinis S. Auguſtini: imo potius Contrarium ſuadetur, ſemper enim in ſuo vigore remanet excommunicatio illa, quæ de nouo confirmatur, & reiteratur contra eos qui illud temere, & malitioſe aſſerunt. Ad hæc, etiam, ſi diſcalceati iam liberi eſſent ab omni Iuriſdictione Reuerendiſſimi Patris Generalis, male concluderetur illos non eſſe veros S. Auguſtini filios. Reuerendi enim Patres de Obſeruantia S. Franciſci, quos Leo X. à Conuentualibus ſeiunxit *n* Suum habent Miniſtrum Generalem, & tamen veros eſſe S. Franciſci Fratres declarauit Idem Pontifex in alia Bulla quæ incipit *Licet alias &c. Anno* 1517.& Clem.VIII. in Bulla. *Ex iniuncto nobis,&c. die* 7.*Septembris* 1602.*Pontificatus Anno.* 12. Id ipſum ſtatuit pro Fratribus de ſtrictori obſeruantia Reformatis nuncupatis,vulgo Recolectis. Certum etiam eſt, Reuerendos Patres Capucinos ab omni iuriſdictione Miniſtrorum Generalium, tam Conuentualium quam de Obſeruantia exemptos, ſuum habere ſpecialem, veroſque eſſe Fratres Minores, ac S. Franciſci filios, vt ſupra Paulus V. Declarauit. Quis dubitat Reuerendos Pater excalceatos Carmelitas, veros eſſe Carmelitas, quamuis à gubernio, & Iuriſdictione Reuerendiſſimi patris Generalis Conuentualium exempti ſint, vt conceſſit Clemens Papa VIII. in bulla,quæ incipit *Paſtoralis Officij, Anno* 1593. & in alia declarauit, quæ incipit *Romanum Pontificem Anno* 1603.

n In Bulla ite, & vos in vineam meam An. 1517.

Reuerendi denique patres excalceati Sanctiſſimæ Trinitatis redemptionis Captiuorum Congregationis Hiſpaniarum, quamuis ſuum habeant proprium Miniſtrum Generalem à Iuriſdictione, & Superioritate Miniſtri Generalis calceatorum independentem, per Bullam Vrbani VIII. Motu proprio conceſſam, quæ incipit *Ex quo regimen Anno* 1636. *Pridie Calendas Martij.* Non propterea ab Ordine tanquam ſpurij, & nothi expulſi ſunt, qui omnes Reformati, diſcalceati, & habitu, & peculiaribus conſtitutionibus à calceatis accedentario differunt. Quamuis ergo Auguſtiniani diſcalceati, & in habitu, & forma viuendi: ſic differant à calceatis: & licet ab omni Iuriſdictione Reuerendiſſimi Patris Generalis exempti eſſent ſemper tamen de Ordine cenſerentur, & multo magis cum illum agnoſcant totius Ordinis Paſtorem, ipſiuſque pro nunc perſonalem ſubeant viſitationem.

Tot tandem ſummorum Pontificum authoritate conuicti, tot cenſurarum, & excommunicationum fulmine perterriti, diſcalceatos veros eſſe S. Auguſtini filios aduerſarij admittere coguntur; & ſic ſe Sanctæ Matris Eccleſiæ Sanctiſſimique Domini noſtri papæ Obſeruantiſſimum filium ac ſingulis eius ſtatutis, Ordinationibus, & decretis Obedientiſſimum profitetur Eques noſter Gallolegius, Frater Renatus *o* Aliud tamen poſtea ſubterfugium quærit *p* Dum aſſerit ſummum quidem pontificem dicere potuiſſe diſcalceatorum congregationem verè eſſe Ordinis S. Auguſtini,quia ipſe eos ſub hoc nomine, pro ſuo beneplacito, ex mera liberalitate abſque vllo habitus, Regulæ, diſciplinæ, charractere, omnibus, & ſingulis Eremitani Ordinis priuilegiis

o In Apol. fol.49.

p p.ib.f.111 39. 74. 75. 76. 77.

legiis gaudere conceſſit, non quod ſint verè Auguſtiniani ex rei natura, & veritate: ſed ex mera Pontificis voluntate, quod vt probet faceta Martialis imitatus Carmina, quibus olim nuptiales Quinti (vt ait) condiuit epulas verus huius faceti viri non inficetus imitator: ſed ſannio facetiſſimus ſequentes verſus compilauit. *q* *q* In Apol. fo. 76. 77.

Quos Papa cenſura creans, vult lege creari.
Auguſtinenſes: hos voco legitimos.
Papalem, ſed natura lex, vincit honorem;
Hæc generans rem dat: nomen at illa creat.
Hæc ſimilare patri, prolem de ſemine gaudet.
Diſſimilem illa creans, euocat ex nihilo.
Ex nihilo meriti, ſubiecti, denique forma,
Quem mera lex creat hunc cenſeo legitimum.
Legitimum tu nudipedem, vi legis habeto
Hic tibi voce nothus: re mihi natus erit.

Ex quibus juxta mentem fratris noſtri Renati ſequitur diſcalceatos de facto, & ex rei veritate veros non eſſe S. Auguſtini filios, ſed ex ſola Summi Pontificis determinatione, vnde contra illum ſic arguo. Ergo cum Summus Pontifex dicit eſſe veros, & ſtrictè præcipit ſub anathematis pœna: nequis contrarium dicere, aut ſcribere præſumat: quod ex ſe falſum eſt, prohibet: ergo mentitur. Quis hoc credat de Summo Pontifice cujus hac ratione obedientiam aduerſarius ſubterfugere conatur. Nec pudet ſic imponere Chriſti Vicario ergo tu ipſe Frater Renate (non verò diſcalceati vt ais) tam turpiter calumniam ſummo omnium Paſtori inuris. *r* Turpiſſimam infamiæ notam fronti Pontificis imprimis. *s* Et venerando Eccleſiæ capiti ignorantiam, & mendacium impingis, *t* quaſi rei veritatem ignorauerit, aut falſum pro vero, credendum dicendum, & ſcribendum proponere voluerit. Quare verius, & melius de Auguſtinianis excalceatis quibuſdam mutatis dixiſſet.

r In Apol. fol. 79.
s 16. fol. 75.
t In epiſt. ad Arch. Pariſ.

Quos generans natura, jubens vult Papa vocari
Auguſtinenſes; hos voco legitimos
Hæc generans, vero rem dat cum nomine natis
Papa ex decreto firmat vtrumque ſuo
Hæc ſimilare Patri, prolem de ſemine gaudet.
Papa vocans ſimilem, ſic jubet ex merito
Fratrum nudipedum, ſubiecti, denique forma:
Quem lex juſta jubet, cenſeo legitimum.
Legitimum jam nudipedem natura fatetur
Sic lex præcepit: re mihi natus erit
Sit tibi voce nothus (mi chare Renate) *quid inde?*
Re, natus cunctis, hic bene notus erit.

Idem ſanè contigit Diſcalceatis, quod illi filio, qui è paternâ domo à teneris annis diſcedens, multiſque peragratis terrarum ſpatiis, tandem poſt longum temporis interuallum, jam extinctis progenitoribus, rediit ad patrios lares: ſed à fratribus ob nimiam annorum intercapedinem, facta notabili

corporis mutatione,pro fratre non agnoſcitur. Neceſſe eſt,ad judicem recurrat, qui auditis partibus, & probata filiatione verum illum filium declarat:& cum cæteris fratribus ad Paternam hæreditatem admittit:ſic etiam Heremitę diſcalceati veri ſancti Auguſtini filij ab ipſo ſancto Doctore inſtituti,propter horrendas Vvandalorum in Affrica perſecutiones, ac atroces temporum injurias, in diuerſas orbis regiones diſperſi, non comparuerunt in peculiari aliqua Diſcalceatorum congregatione, quæ ſic appellaretur, donec ſic Deo volente, dum alij ordines reformarentur in vili,ac deſpecto habitu,calceati ſandaliis, ſtrictiorem regulæ obſeruantiam profitentes, etiam cum legitima Reuerendiſſimi Patres Generalis totius ordinis approbatione, necnon authentica ſanctæ ſedis Apoſtolicæ confirmatione prodierunt. Non de fuerunt tamen ex inuidia fratres qui illos tanquam ſpurios, & nothos ab ordine Auguſtiniano expellere voluerunt negātes eos veros eſſe S.Auguſtini filios.Vnde ipſi diſcalceati ad Summum Pontificem recurrentes de quorundam FF.minus grata receptione conqueſti ſunt, & ſe veros eſſe in habitu,& forma viuendi Auguſtinianos probarunt: quare tales eſſe declarauit,& vt tales ab omnibus teneri ſub excommunicationis pœna ſtrictè præcepit,habitum illorum & formam viuendi approbauit,multiſque gratiis, & priuilegiis cumulauit.

Ex his omnibus euidenter concluditur, cum certa cauſæ cognitione Summum Pontificem contra negantes diſcalceatos veros eſſe S. Auguſtini filios, excommunicationem tuliſſe: neque tales eſſe, quia ſic præcipit,ſed ſic præcipere quia ex rei veritate tales ſunt, neque enim aliquod jus nouum ſtatuit Chriſti Vicarius: ſed antiquum declarat, & conſeruat. Quod ſi Diſcalceatorum ordo nouus videatur,non ſic res,ſe habet,conformis quippe,& in habitu, & in modo viuendi antiquis Heremitis Patribus Auguſtinianis: quod modo reſtat probandum, vt omne deinceps aduerſariorum ſubterfugium penitus reſcindatur, & tandem Diſcalceatos pro veris Auguſtinianis admittere cogantur.

CAPVT II.

Probatur Diſcalceatos veros eſſe Sancti Auguſtini filios ex vero, & eſſentiali habitu ordinis, quem deferunt.

Maxima profectò vis veritatis, quæ contra omnium ingenia, calliditatem ſolertiam, contra ficta, & hominum inſidias facilè ſe per ipſam deffendit (inquit Seneca) a *Nullis machinis, aut cuiuſquam hominis ingenio,aut arte ſubuerti poteſt,* b *& ſicut talis eſt conditio falſitatis, vel erroris, vt etiam nullo ſibi aſſiſtente conſeneſcat,ac defluat:ſic talis eſt è diuerſo veritatis ſtatus,vt etiam multis impugnationibus ſuſcitetur, & creſcat.* c Creſcit ſanè & ſuſcitatur veritas in fauorem diſcalceatorum S. Auguſtini contra figmenta æmulæ falſitatis aduerſariorum,& quo plus iſti eam deprimere conātur,eo magis attollitur,

a In Epiſt.
b Cicero in vatin.
c S.Chriſoſ. hom.3.de laud.Paul.

tur, & reſplendet, ſi enim denegant illos veros eſſe S. Auguſtini filios, veritas ipſa contrarium oſtendit, etiam in ipſo habitu quem deferunt, quare de illo nunc ex profeſſo agendum eſt vt æmulorum omnium ora deinceps penitùs obſtruantur, & diſcalceati veri Auguſtiniani etiam in habitu ab omnibus dignoſcantur, ad rem ergo veniamus.

---

§. I.

De Habitu Ordinis Auguſtiniani in genere.

Nulla habitus forma præſcripta eſt à S. Aug. in Regula.

IMprimis qualis fuerit antiquorum Auguſtinenſium habitus, cujus formæ ac figuræ, non nobis ſatis liquidò conſtat. Certum enim eſt nullam extare habitus formam à S. Auguſtino præſcriptam quæ ſit demonſtratiua, & ſui inſtituti determinatiua, percurrat totam Regulam Eques noſter Gallobelgicus? Nihil aliud notabile de habitu inueniet quam illud cap. 6. *Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus, &c. In inceſſu, ſtatu, habitu, & in omnibus motibus veſtris nihil fiat quod cuiuſquam offendat aſpectum,* in aliis verò nempe 8. & 9. de veſtibus, & indumentis in genere tantum, & in communi loquitur, nulla prorſus de forma, aut colore facta mentione: hoc ſolum certum eſt omnium traditione ſæculorum, habitum illum primitiuum, fuiſſe veſtem nigram præcinctam corrigia, de qua in hymno Eccleſiaſtico *veſte nigra hic indutus, præcinctus corrigia, vt Ioannes redimitus eſt Zona pellicea,* vnde B. Iordanus de Saxonia *d* Marquez, *e* Pater Thomas de Herrera, aliique omnes Hiſtoriographi nemine contradicente in cuculla nigra, ſiue tunica cum capucio præcincta corrigia, ſubſtantiam habitus ordinis Auguſtiniani conſtituunt. Hac enim veſte indutum D. Patrem Auguſtinum nobis exhibet S. Ambroſius *g nouum Chriſtianum, nouis veſtimentis, cuculla nigra induimus, Cingulo ex corio nos ipſi præcinximus, quod Simplicianus noſter ingenti lætitia donauit.* Talem ſe profitetur ſanctus Auguſtinus cum ſuis Eremitis, ſic alloquens, *h Nos qui videmur gerere in corporis noſtri habitu figuram crucis, & nomen Religionis ſanctæ habemus, nigram etiam veſtem humilitatis portamus, zonis etiam pelliceis præcincti apparemus.*

Verus & eſſentialis habitus S. Aug.
d Lib. 1. c. 15
e De orig. FF. Erem t.
f In reſp. pacif. fol. 119. 177. &c.
g Serm. de bapt. S. Aug.
h Serm. 28. ad FF. in Eremo.

Succeſſu verò temporis Eremitæ S. Auguſtini pro vilitate veſtium, & Prouinciarum commoditate, cum tantum obſeruarunt quem daret in velleribus natura colorem, vel in albedinem, vel in nigredinem propendētem. Vnde anthor vitæ S. Fulgentij. cap. 18. *Caſulam pretioſam vel ſuperbi coloris, nec ipſe habuit, nec Monachos habere permiſit, ſubtus caſulam nigello, vel lactinco pallio circundatus inceſſit,* ad quæ verba addit Baronius, *i Hæc author quibus, & vides nullam apud eos diſcriminationem fuiſſe colorum, nun albo vel nigro pallio vterentur, dummodo quem exhiberet in velleribus natura colorem, abſque delectu, eum in veſtibus vſum retinerent*: Nec mirum quod Auguſtiniani nigro vel albo, colore vſi ſunt, quia licet B. Auguſtinus nigro colore vſus ſit, tamen neque colorem, neque aliud genus tegumenti niſi tunicam cum capucio, & cingu

i Tom. 6. an. 504.

Th. de Herrera in reſp. pac. fol. 66. n. 15.

cingulum Coriaceum præſcripſit. Sic S. Benedictus habitum nigrum portauit, nihilominus in Regula, non ſuis præſcripſit Monachis an albo, vel nigro vterentur colore. Sic B. Franciſcus quamvis ipſe habitum determinatarum qualitatum geſtauerit, nullum tamen colorem, & aliquas veſtium qualitates præcepit, vt conſtat ex cap.2. Regulæ in quo de forma habitus, aut colore nulla prorſus fit mentio. Quare non miror, ſi quemadmodum in Benedictino, & Franciſcano: ſic in Auguſtiniano ordine ex defectu determinationis coloris, & aliquorum accidentium, in colore, & forma habitus, non modica ſæpè orta ſit diuerſitas, quod ſole clarius conſtat ex Bullis Pontificiis.

Diuerſitas habitus in ordine Aug.

k Data Lug. Nonas Ian. an. 1249. *Habitus Guillelm.*

Et primò quidem habitus Guillelmitarũ talis erat ex Bulla Innocentij IV. k *Cum igitur dilecti filij Prior, & Fratres Eremitarum in Partibus Alemanniæ Ordinis S. Guillelmi veſtiti laneis cucullis, & curtis vſque ad cauillam, ſeu iuncturam pedis cum manicis bene latis, & largis nullo alio ſuperinduto colore, niſi quem ſecum lana earum cauſa materiæ primordialis ipſa contraxit, latis quoque, circumcincti corrigis deſuper, cum congruis religioni cultellis, & baculos deferentes in manibus, & calceati incedere teneantur ſecundùm ſui Ordinis inſtituta, &c.*

l Data Laterani 9. Kal. April. ann. 1240. *Habitus Fr. Erem. Sācti Ioānis Boni.*

Fratres verò Eremitæ S. Ioannis Boni, ſic veſtiebātur ex Bulla Gregorij IX. l *Dudùm apparuit in partibus Lombardiæ Religio cuius Profeſſores vocati Eremitæ fratres Ioannis Boni Ordinis S. Auguſtini nunc ſuccincti Tunicas cum corrigiis, baculos geſtantes in manibus, nunc verò dimiſſis baculis incedebant, pecuniam pro eleemoſinis, aliſque ſubſidiis depoſcentes, &c.* & infrà, *ad vtrorumque quietem prouidimus ſtatuendum, vt Prior & vniuerſi, ac ſinguli fratres prædicti Ordinis S. Auguſtini in exterioribus veſtimentis, quæ nigri vel albi debebant eſſe coloris, quorum altero videlicet nigro iam electo ab eis, ipſos volumus manere contentos: largas, & protenſas manicas quaſi ad inſtar cucullarum, & deſuper ipſa ferant per amplas Corrigias, & patenter omnibus apparentes: ita quod omnes cincti de foris, eas veſtibus nequaquam contegant, & portantes in manibus baculos quinque palmorum grandium, ac expreſſione in eleemoſinarum petitione, cuius ſint ordinis declarantes, adeò ſuarum veſtium longitudinem temperent, quod à quibuſque ipſorum calceamenta liberè videantur, &c.*

m 1. Kal. Auguſt. ann. 1255. *habitus Fr. Erem. S. Auguſtini.*

Habitum Fratrum Heremitarum S. Auguſtini, à ſupradictis fuiſſe diuerſum ſatis conſtat ex determinatione Eminētiſſimi Richardi Cardinalis ſancti Angeli, ab Alex.4. Confirmata, m *Vnde habito conſilio quorundā FF. veſtrorum diſcretorum tenore præſentium duximus ſtatuendum, quod fratres veſtri Ordinis profeſſi, deferant cucullas nigras prout haberi poterunt in cuiuſlibet Prouincia, tamen non tinctas, vel accidentaliter coloratas, deſuper corrigiis cinctas, & in manu crocias, in quarum ſuperiori non ſit curuum lignulum, ſed directum: ſcapularia verò alba cingulis deſuper cincta. Nouitij verò ferant cappam nigram vſque ad talos, tunicam albam, & ſcapulare album, corrigiam, & crociam memoratam. Conuerſorum verò habitus ſit portare ſuperiorem tunicam nigram, ſcapulare vero nigrum, & capucium nigrum, & croceas ſupradictas, &c.*

n Peruſij Id. Mart. ann. 1235.

o Lugd. 15.

Qualis fuerit Brictinenſium habitus, patet ex eorum conſtitutionibus à Gregorio nono, n & Innocentio quarto, o approbatis. *Laudabiliter ſtatuiſtis vt Fratres veſtri ordinis de colore ſeu valore veſtium minimè contendentes, ſemper*

per

per in eis vilitatem obſeruent, & quatuor Tunicis, vna cuculla, & duobus ſcapularis ſint contenti : Item quilibet frater cingatur deſuper ampla corrigia non cenſuta, & illa contentus exiſtat : Item quod non vtantur lineis indumentis nec extra Heremum poſſeſſiones, prater hortum, & ſyluam habere præſumant ſuper habendis caligis, calceis, & ſimilibus, Prior ſecundum ſuum arbitrium poteſtatem habeat diſponendi. Kal.Octob. an.12 1. *Habitus Brictin. ord. S.Auguſtini*

Tandem habitum totius ordinis jam vniti, Alexander Quartus in Bulla data Anagniæ Idib. Octobris anno Pontificatus 2.Chriſti verò 1256. ad ſolas cucullas omnino nigras, tinctas, vel nõn tinctas, & non ad aliqua alia reſtrinxit: nulla facta Manicarum largarum, corrigiarum peramplarum, baculorum aut calceamentorum mentione, *Ex tunc verò ipſos tantummodo ad aſſumendum, & deferendum cucullas omnino nigras tinctas vel non tinctas, non ad aliqua alia compellatis.*

Vnde quæſo tanta diuerſitas habitus in eodem ordine, tunica, ſcapularia, cappæ, cucullæ, baculi, crociæ, caligæ, calcei, cultelli, & capucia, licèt enim diuerſæ eſſent congregationes, quarum aliæ S.Guillelmi, quædam S.Auguſtini ordinum, nonnullæ autem Fratres Ioannis Boni, aliquæ verò de fabali, & quædam de Bictrinis appellabantur, omnes tamen erant ordinis S.Auguſtini, eandémque Regulam quamvis ſub diuerſis ſuperioribus, profitebantur: & ideò eundem ordinis habitum eſſentialem deferebant, veſtem videlicet nigram, aut albam corrigia præcinctam, in cæteris verò tanquam non ſubſtantialibus, nec à D.Patre Auguſtino præſcriptis diſcrepabant, & hinc nata proculdubio diuerſitas in habitu non quidem eſſentiali, ſed accidentali. *Vnde diuerſitas habitus in ordine Auguſtini. Marques de orig.cap.2. Th. de Herrera in reſp. pacif.fol.67. n.19.& paſſim aliis loc.*

De hac veſtium diuerſitate loquitur S. Antoninus *p* tranſcribens verba Iordani de Saxonia, *q Quia verò poſt tranſitum B. Auguſtini Fratres hinc indè fuerunt diſperſi, tunc ſuccreuit deformitas tam in habitu, quam in diuino Officio, & cæteris obſeruantiis vſque ad tempus recollectionis, ſeu vnionis ordinis memoratæ, & quoniam tunc inter illos Fratres ſimplices dubitabatur, quis eſſet verus habitus eorum, hinc eſt quod ſedes Apoſtolica aſpiciens ad primariam ordinis Originem habitum Superiorem eis determinauit: ſeu iam veriùs dudum per ſanctum Auguſtinum determinatum declarauit: ſtatuendo videlicet, quod eorundem Fratrum ordinis Eremitarum S. Auguſtini habitus exterior eſſet cuculla nigra, & nullus alterius coloris, cum longis, & protenſis manicis deſuper corrigia ampla cincta, habitu ſub interiore eis remanente, ſecundùm ordinationem ordinis, authoritate nihilominus ad hæc ſedis Apoſtolicæ accedente.* p 3.part.tit. 24. c.14.paragrapho 5. q lib.1. de com. locali cap.15.

Hanc authoritatem tanquam ſuum Achillem in arenam producunt aduerſarij vt probent Summos Pontifices Gregorium nonum, Innocentium Quartum, & Alexandrum Quartum ad primariam ordinis originem aſpicientes pro habitu verò Auguſtiniano determinaſſe cucullam nigram, cum amplis, & protenſis manicis, ampla deſuper cincta corrigia, & ita temperatam vt calceamenta omnibus apparerent. (de quibus tamen calceamentis, in præfata S. Antonini, & Iordani, authoritate, nulla fit mentio) quæ omnia & ſingula ad verum, & eſſentialem ordinis habitum concurrere volunt, talémque fuiſſe S.P. Auguſtini, ejuſque Heremitarum ſummoperè oſtendere conantur ſed in

Cur SS. Pŏtifices determinarunt habitum S. Auguſtini.

vanum, & abſque vllo fundamento, negamus enim abſolutè prædictos Summos Pontifices, ad primariam ordinis originem, aſpicientes, talem habitum determinaſſe, ſed gratis hoc dictum fuiſſe aſſerimus à Iordano de Saxonia (cujus verba tranſcripſit S. Antoninus) neque enim hoc indicant Bullæ Pontificiæ ex quibus ſolùm conſtat, ad ſolam differentiam, & diſtinctionem habitus cum Franciſcanis, cæteríſque Eremitis, & ordinibus, talem habitum præſcriptum & determinatum fuiſſe. Quare Suarez r licèt dixerit Auguſtinianorum habitum ab Eccleſia determinatum fuiſſe, *vel reſpiciendo ad primam inſtitutionem* (quia tamen id certum non erat addidit) *vel declarando in ſua prima inſtitutione nullum determinatum habitum habuiſſe à Diuo Auguſtino*, & hoc vltimum verum eſt quoad accidentalia tantum, s manicarum videlicet longitudinem, & latitudinem, corrigiarum amplitudinem, veſtium longitudinem ita temperatam vt calceamenta euidenter apparerent: & ſimilia quæ ſummi Pontifices non ad primariam ordinis originem aſpicientes, ſed ad ſolum aliorum ordinum differentiam determinarunt, quod totum euidens erit ſi fidelem, & compendioſam totius rei geſtæ hiſtoriam, ex ipſis litteris Apoſtolicis erutam referamus.

r Tom. 4. de relig. l. 2. c. 9. n. 18.

s Th. de Herrera in reſp. pacific. fol. 348. n. 444.

§. II.

Probatur ſummos Pontifices Gregorium nonum, Innocentium quartum, & Alexandrum quartum, non præſcripſiſſe Auguſtinianis habitum, ad primariam ordinis originem aſpicientes: ſed vt patulum, & cunctis manifeſtum fieret diſcrimen, inter eoſdem, & Minoritas.

VT omnibus innoteſcat cur ſummi Pontifices ſuperiorem Auguſtinianis habitum præſcripſerint, ſciendum eſt quod circa annum 1237. miſſi à Gregorio nono, Raynaldus Epiſcopus Oſtienſis, & Thomas Campuanus Presbyter tituli S. Sabinæ Cardinales ad Partes Lombardiæ, vt Eccleſiæ partes contra Fridericum Imperatorem tuerentur, monuerunt Pontificem controuerſiæ exortæ inter fratres Minores, & Eremitas Ioannis Boni Ordinis S. Auguſtini circa exterioris veſtimenti ſimilitudinem, adeò enim variabant Eremitæ ſui ordinis ſubſtantiam, & habitus formam, vt omninò ſimiles viderentur Minoritis, in multiplicem eorundem derogationem, & ſcandalum aliorum. Quare ſummus Pontifex (olim D. Franciſco familiariſſimus, & ejuſdem Religionis Protector) ad differentiam manifeſtam ſtatuit per dictos legatos vt Eremitæ habitum album, vel nigrum omnes aſſumerent, cúmque illi nigrum elegiſſent, nec ſatis videretur fratribus Minoribus diſtinctus color ad diſtinguendum habitum, vt omnis habitiuum confuſio ſemoueretur, & ſcandali auferretur materia, præcepit vt largas, & protenſas manicas, per amplas corrigias omnibus patentes, baculóſque quinque palmorum geſtarent: veſtium

Ex P. Vuadingo in ſuo Apologetico fol. 44. &c. & in deff. Apolog. fol. 270. &c.

ſtium inſuper longitudinem ita temperarent vt ab omnibus ipſorum calceamenta videri poſſent, ac in petendis eleemoſinis cujus eſſent ord nis declararent. Verum cum quidam Eremitæ præfati ordinis,& alij Religioſi ſupradictis Eremitis habitu conformes in Marchia Anconitana conſtituti, formam prædictæ identitatis prohibitam geſtare dicerentur ſcripſit Pontifex anno 14. ſui Pontificatus ad Epiſcopos illius Prouinciæ vt ad præſcriptam à ſe habitus formam vniuerſos Eremitas,ac Religioſos prædictos compellerent harum litterarum tenor talis eſt.

Gregorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus Fratribus Epiſcopis, per Anconitanam Marchiam conſtitutis, &c.

DVdum apparuit in partibus Lombardiæ Religio, cuius profeſſores vocati Eremitæ Fratris Ioannis Boni ordinis S. Auguſtini, nunc ſuccincti tunicas cum corrigiis, baculos geſtantes in manibus: nunc verò dimiſſis bacculis incedebant, pecuniam pro eleemoſinis, aliiſque ſubſidiis depoſcentes, & adeò variantes ordinis ſui ſubſtantiam, vt dilectis filiis fratribus Minoribus vniformes in derogationem multiplicem, ipſorum ordinis crederentur, eiſdem propter hoc mincrem apud fideles ſentientibus in ſuis opportunitatibus charitatem. Sanè cum per venerabilem fratrem noſtrum Oſtienſem Epiſcopum, & Bonæ memoriæ Th. tituli S. Sabini Preſbyterum Cardinalem, tunc in partibus illis legatione fungentes, huiuſmodi præſumptio ad noſtram audientiam perueniſſet: nos ne identitas veſtium in Ordinibus ipſis confuſionem pareret, & inde ſcandala grauiora conſurgerent, ad vtrorumque quietem prouidimus ſtatuendum, vt prior & vniuerſi ac ſinguli fratres prædicti Ordinis S. Auguſtini in exterioribus veſtimentis (quæ nigri vel albi debebant eſſe coloris, quorũ altero, videlicet nigro iam electo ab eis, ipſos volumus manere contentos) largas, & protenſas Manicas quaſi ad inſtar cucullarum, & deſuper ipſa ſirant per amplas corrigias, & patenter omnibus apparentes: ita quod omnes cincti de foris eas veſtibus nequaquam contegant, & portantes in manibus baculos quinque palmorum grandium, expreſsè in eleemoſinarum petitione cuius ſint ordinis declarantes, adeò ſuarum veſtium longitudinem temperent, quod à quibuſuis ipſorum calceamenta liberè videantur: vt ſic habitus confuſione remota, & ſublata materia ſcandali, à prædictorum ordinum fratribus poſſit virtutum Domino liberiùs, & gratius deſeruiri. Verum cum quidam Eremitæ præfati ordinis S. Auguſtini, ac alij Religioſi ſupradictis Eremitis conformes habitu in eadem Marchia conſtituti formam prædictæ identitatis prohibitam geſtare dicantur in eorundem fratrum Minorum infamiam, & ſcandalum plurimorum, fraternitatibus veſtris mandamus, vt vniuerſis, & ſingulis Eremitarum, ac religioſorum prædictorum diſtrictius iniungatis, vt circa præmiſſa memoratæ prouiſionis ſtatutum, inuiolabiliter obſeruantes, eum qui monitus non reſipuerit, donec redeat ad mandatum, à ſuo conſortio excludere non poſtponant.

Certus habitus præſcribitur.

A quibuſdã non admittitur.

Caterùm quia pietas perſuadet, vt ipſi ex obedientiæ ſtudio, præmium honoris: & gratiæ conſequantur, eos prædictam prouiſionem laudabiliter obſeruare ſtudentes, curetis benigno fauore proſequi, & tanquam Catholicæ Eccleſiæ filios faciatis ab aliis confoueri. Si vero ſuæ voluntatis arbitrium præferendo iudicio veſtro contrauenire præſumpſerint: in eos excommunicationis ſententiam promulgetis, quam per veſtras ciuitates, & Diœceſes publicari ſolemniter, & eoſdem tanquam excommunicatos vſque ad ſatisfactionem condignam appellatione remota, arctius euitari ab omnibus faciatis. Datum Laterani 9. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri, anno 14.

Fuit equidem præfatis Eremitis, & religioſis maximè odioſum tale ſtatutum, vtpote qui illam biformem veſtem, tunicellam vt ita illam vocem tanquam ſui ordinis impropriam deferre noluerunt, ſed appellatione ad ſedem Apoſtolicam interpoſita, Epiſcopi Anconitanæ Marchiæ aliquanto ſegnes fuerunt mandati Apoſtolici executores, qua de cauſa à Pontifice fuerunt reprehenſi eodem anno 15. Kalend. Auguſti, per Bullam apparente dudùm: vbi poſtquam ſuprà citatam bullam recenſuit, addit. *Sed vos vt accepimus circa mandatum noſtrum tepidi, & remiſſi occaſione cuiuſdam appellationis quam ad nos ſuper his, interpoſuiſſe dicuntur, illud exequi, & contra prouiſionis noſtræ contemptores procedere de quo miramur plurimùm omiſiſtis. Licèt igitur contra veſtram in hac parte deſidiam, non immeritò, moueri poſſemus, adhuc tamen obedientiam veſtram experiri volentes, vniuerſitati veſtræ per iterata ſcripta diſtrictius præcipiendo mandamus, quatenus ad executionem prædicti mandati ſub præfatæ appellationis, & contradictionis obtentu, ac ſine moræ diſpendio, ſinguli in veſtris Ciuitatibus & Diœceſibus procedatis, ita quod vlterius de negligentia redargui non poſſitis. Dat. Lateran. 15. Kal. Aug. an. 14.*

Sed neque his litteris paruerunt Eremitæ, vtpote contrariis vſui, & inſtitutioni ordinis, & ideò frater Andreas Prior Brictinenſis, & Generalis maioris partis Eremitarum Marchiæ cum quibuſdam ex ſuis fratribus iterum coram Pontifice ad proſecutionem appellationis admitti procurauit: ſed cum non obtineret tantùm abhortuit hanc biformatam, ſiue mixtam veſtem nigri coloris, vt ſatiùs duceret corrigiam, principale ordinis inſigne relinquere, & ad modum Monachorum cucullis diſcinctis ſe induere, quod non crederem niſi per Pontificiam Bullam conſtaret eodem anno datam apud cryptam ferratam, 15. Kalend. Septemb. In qua poſtquam Pontifex omnia ſuprà ſcripta retulit, addit. *Frater Andreas Generalis Prior maioris partis Eremitarum Marchiæ cum quibuſdam fratribus ſuis, in noſtra præſentia conſtitutus, ſe admitti ad proſecutionem appellationis iam dictæ cum inſtantia poſtulauit. Nos autem friuolam reputantes eandem, ipſum ſuper hoc, ſicut nec debuimus, non duximus audiendum. Caterùm dicti Prior, & Fratres pro ſe, & Eremitis prædictis nobis humiliter ſupplicarunt, vt eis cucullas portare diſcinctas concedere curaremus, mandatum noſtrum de cucullis nigri coloris ferendis, miſericorditer relaxantes, eo quod talis vſus cucullarum, ad diſtinctionem habituum ſatis ſufficere videretur. Nos autem eorum in hac parte ſupplicationibus duximus annuendum. Quare vobis per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipimus, & mandamus, quatenus prædictos Eremitas Cucullas de cætero, vt dictum eſt geſtare diſcinctas, ſinguli veſtrum*

Malunt Eremitæ cucullas diſcinctas portare ſine corrigiis quam habitū præſcriptū geſtare.

veſtrum per ſuas ciuitates, & Diœceſes ſub cuiuſcunque appellationis, & contradictionis obtentu, poſt terminum quem venerabilis frater noſter N. Firman. Epiſcopus, & dilectus filius Abbas Clareuall. de Cliento Ciſtercienſis Ordinis, Camerinen. Diœceſis, quibus ſuper hoc ſcripta noſtra dirigimus, eis duxerint præfigendum, per cenſuras Eccleſiaſticas compellatis nonobſtante ſtatuto de ferendis corrigiis ſuper cucullis, ab eis edito, & per nos vt dicitur confirmato. In aliis verò Eremitis, & Religioſis ſuperius nominatis qui ſe ad portandum cucullas ſimiliter diſcinctas aſtringere noluerint faciatis, ſtatutum noſtrum iuxta traditam vobis formam inuiolabiliter obſeruari. Datum apud Cryptam ferratam 15. Kalend. Septemb. anno 14.

Neque his adhuc acquieuerunt tam ægrè ferentes primordialem ſuis Ordinis habitum dimittere: neque toto Gregorij IX. Pontificatu conuenit vniuerſim inter Eremitas de habitu, vnde poſt obitum huius Pontificis ſub Innocentio I V. Neceſſe fuit poſt vnionem factam inter Fratres Lombardiæ, & Romaniolæ Fratris Ioanni Boni, vt conſtat ex Bulla *Ad monet nos t. Dat. Peruſij 17. Cal. Maij Pontificatus anno* 10. Quod à Richardo S. Angeli Diacono, Cardinali Ordinis Auguſtiniani protectore, de Conſilio quorundam diſcretorum ad differentiam aliorum Ordinum fuerit iterum mutatus habitus, & poſtea à ſede apoſtolica confirmatus: qui habitus talis fuit, vt Iam ſupra indicauimus, Cuculla nigra prout haberi poteſt in cuiuſlibet Prouincia, tamen non tincta, vel accidentaliter colorata, de ſuper corrigiis cincta, & in manu Crocia, in cuius Superiori parte non ſit curuum lignulum, ſed directum, nulla amplius facta mentione de manicis protenſis, & largis, aut calceamentis, hæc omnia patent ex bulla eiuſdem Innocentij Quarti, non ad hanc, aut Illam congregationem: ſed ad vniuerſas Eremitas Ordinis S. Auguſtini directa. t in Bull. ord. fol. 176

Innocentius &c. Dilectis filiis N. Viſitatori Generali & Prioribus ac Fratribus Eremitis vniuerſis Ordinis S. Auguſtini.

Pia deſideria deuotorum eo debemus benigno fauore proſequi, quo ipſis Dei gloria, ac animarum ſalus noſcitur contineri. Sane dilectus filius noſter R. S. Angeli diaconus cui Ordo veſter à Sede Apoſtolica eſt commiſſus, ad differentiam aliorum Ordinum certum habitum deferendum, tam à profeſſis fratribus, quam, à conuerſis, ac etiam nouitiis dicti veſtri Ordinis, de conſilio quorundam diſcretorum fratrum veſtrorum vobis prouida deliberatione conceſſit, prout in patentibus litteris eiuſdem Cardinalis confectis ex inde, ac ſuo ſigillo ſignatis plenius continetur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ab eodem Cardinale ſuper hoc factum eſt, ratum, & firmum habentes, id authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, tenorem autem litterarum ipſarum, de verbo ad verbum præſentibus fecimus annotari, qui talis eſt.

Richardus miſeratione diuina S. Angeli diaconus Cardinalis viris Religioſis ſuis in Chriſto dilectis viſitatori Generali, Prioribus, & vniuerſis fratribus Eremitis Ordinis S. Auguſtini tam preſentibus, quam, futuris ſalutem in auctore ſalutis. Si ad cœnam Domini conuocati, nullius excuſationis, patrocinium prætendentes vos abnegaſtis, & veſtra, eligendo per religionis auctoritatem diuinum pabulum promereri: decet vos talibus gubernari conſtitutionum habenis quod certos vobis terminos conſtitutos, tentationibus aliquando inſtigati tranſgredi non poſſetis impunes, certis ſignis in veſtro habitu inſigniti. Sane cum ordo veſter nobis ſit à Domino Papa commiſſus: illa ſtatuere, ac cogitare cogimur, per quæ vobis ſalus proueniat, & honeſtas, Vnde habito conſilio quorumdam fratrum veſtrorum diſcretorum, tenore præſentium duximus ſtatuendum. Quod fratres veſtri Ordinis profeſſi defferant Cucullas nigras, pro vt haberi poterunt in cuiuſlibet Prouincia, tamen non tinctas, vel accidentaliter Coloratas, de ſuper corrigiis, cinctas, & in manu Crocias, in quorum Superiori parte non ſit curuum lignulum ſed directum, conuerſorum vero habitus ſit portare Superiorem tunicam nigram, & Capucium nigrum non tinctum, & Crocias ſupradictas. Nouitij autem ferant cappam nigram vſque ad talos, tunicam, ſcapulare, corrigiam, & Crociam memoratam: quæ Curetis ſtudio vigili dante Domino obſeruare, in huius vero rei teſtimonium præſentes litteras fecimus noſtri Sigilli munimine roborari datum Aſſiſij 9. Cal. Iulij Pontificatus Domini Innocentij Papæ IV. Anno X. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ Confirmationis &c. Datum Calend. Iulij Anno 11.

Alius præſcribitur habitus vniuerſis Eremitis ordinis S. Auguſtini maximè diuerſus ab eo quem Gregorius 9. præſcripſerat.

Similem Bullam, ſub eodem tenore in bullario Empolitano inuenies conſtitutione 14. Alexandri IV. datum anagniæ vndecimo Calend. Auguſti ſui Pontificatus anno 1. cum hac inſcriptione *dilectis filiis Priori Generali, & vniuerſis Prioribus, & fratribus Eremitis Ordinis S. Auguſtini ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Sed neque huic decreto communi diſcretorum per ſedem Apoſtolicam confirmato quidam ex Eremitis acquieuerunt, præcipuè Britinenſes Ordinis S. Auguſtini quare idem Alexander. IV. Conſiderans neque iſtos ſtetiſſe cum Gregorio pactis circa cucullas diſcinctas: neque alios Eremitas Gregorij ſtatutum obſeruaſſe, decretum edidit quo diſertè commemorat ſe tunc in Lombardia legationem obiiſſe quando Gregorius ad diſcriminandos à Minoribus, Eremitas, horum habitum determinauit, & ſtrictè præcepit, vt omnes Apoſtolico obediant mandato: & Britinenſes, quod ipſi petierunt inuiolabiliter obſeruent, expeditis ſuper hoc litteris ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos totius ferme Italiæ: vt omnes Eremitas ſiue religioſos cuiuſcumque ſint Ordinis in exteriore habitu fratribus Minoribus conformes, ad prædicti ſtatuti obſeruantiam per cenſuras Eccleſiaſticas diſtrictius compellant.

* *
*

Alexander

ALEXANDER EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei, venerabilibus Fratribus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Lombardiam Tuſciam, & Romandiolam, ac Taruiſſinam, Et Anconitanam Marchias, Ducatum Spoletanum, Patrimonium B. Petri in Tuſcia, Campaniam, & Maritimam, ac Regnum Siciliæ conſtitutis ſalutem & Apoſt. Bened.

Recordamus liquidò, & memoriter retinemus, quod dudùm apparuit Religio in partibus Lombardiæ, cuius Profeſſores vocati Eremitæ Ordinis S. Auguſtini nunc ſuccincti tunicas cum corrigiis, baculos geſtantes in manibus, nunc verò dimiſſis baculis incedebant pecuniam pro eleemoſinis, aliiſque ſubſidiis depoſcentes, & adeò variantes habitus ſui formam, vt dilectis filiis fratribus Minoribus vniformes in derogationem multiplicem ipſorum ordinis crederentur; eiſdem propter hoc minorem apud fideles ſentientibus in ſuis opportunitatibus charitatem: Sæpè cum per nos tunc in minori officio conſtitutos, & Bo. mem. Thom. tituli Sanctæ Sabinæ Preſbyterum Cardinalem, tunc in partibus illis legatione fungentes, huiuſmodi variationis præſumptio ad fel. record. Gregorij Papæ prædeceſſoris noſtri audientiam perueniſſet: ne identitas veſtium in ordinibus ipſis confuſionem pareret, ac inde ſcandala grauiora conſurgerent, ad vtrorumque quietem ſtatuendum prouidit: vt Priores, & vniuerſi ac ſinguli fratres prædicti ordinis S. Auguſtini in exterioribus veſtimentis, quæ nigri vel albi debebant eſſe coloris, quorum altero videlicet nigro jam electo ab eis, ipſos idem prædeceſſor voluit manere contentos, largas & protenſas manicas ad inſtar cucullarum, & deſuper ipſas deſferrent per amplas corrigias, & patenter omnibus patentes, ita quod omnes cincti de foris eas veſtibus nequaquam contegerent, & portantes in manibus baculos quinque palmorum grandium, ac expreſſè in eleemoſinarum petitione cuius ſint ordinis declarantes: adeò ſuarum veſtium longitudinem temperarent quod à quibuſcunque ipſorum calceamenta liberè viderentur: vt ſic habitus confuſione ſemota, & ſublàta materia ſcandali, à prædictorum ordinum fratribus poſſit virtutum Domino liberius, & gratius deſeruiri. Intelligentes verò frater Andreas tunc Generalis Prior de Brictinis Ordinis ſupradicti, & alij fratres ſui, quod ad prædicta ſeruanda ſicut & cæteri cogerentur ad ejuſdem prædeceſſoris præſentiam acceſſerunt, pro ſe & Eremitis præfatis humiliter ſupplicantes, vt eis cucullas portare diſcinctas, quod ſibi facilius exiſtimabant concedere dignaretur, mandato de cucullis nigris ferendis circa eos miſericorditer relaxato, eo quod talis vſus cucullarum ad diſtinctionem prædictorum habituum ſatisſufficere videbatur, quorum ſupplicationibus idem Prædeceſſor, in hac parte duxit liberaliter annuendum. Verùm cum ſicut accepimus ipſi Eremitæ de Brictinis obtentu quarundam litterarũ ſuper hoc à ſede Apoſtolica obtentarum, ac etiam alij Eremitæ jam dicti contra ſtatutum iam dictum, & præuiſionem ad communem pacem prouidè

Præſcribunt Pōtifices habitum ad ſolam differētiam, conſtituēdam inter Eremitas & Minores, dum his nullos volunt aſſimilari.

factam , & in eorūdem fratrum Minorum infamiam, & ſcandalum plurimorum, jam in pluribus venire præſumpſerint : & nos prorſus velimus prædicta quæ ſalubriter ſtatuta fuerunt, à ſupradicto prædeceſſore noſtro vbique, & ab omnibus Eremitis ſiue Religioſis cuiuſcunque ſint ordinis in exteriori habitu fratribus Minoribus antedictis conformibus inuiolabiliter obſeruari. Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus prædictos Eremitas de cætero ſtatutum prædictum firmiter obſeruare , ac illos de Brictinis cucullas prout ipſi vt ſuprà dictum eſt , tunc acceptarunt geſtare diſcinctas , ac alios omnes qui nigras non portant ſeu albas ſinguli veſtrum per ſuas ciuitates, & Diœceſes ſublato cuiuſlibet appellationis , & contradictionis obſtaculo, & litteris Apoſtolicis de corrigijs cinctis ſuper cucullas non portandis, per eos impetratis nequaquam obſtantibus , monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam diſtrictius compellentes & in eos qui contrauenerint ſententiam excommunicationis promulgetis , quam per veſtras ciuitates, & Diœceſes publicari ſolemniter, & eoſdem tanquam excommunicatos vſque ad ſatisfactionem condignam , appellatione remota, euitari ab omnibus arctius faciatis. Datum Lateran. 8. Kalend. Martij Pontificatus noſtri anno 2.

Porrò in vnione Generali diuerſarum congregationum ordinis S. Auguſtini per Richardum S. Angeli Cardinalem Diaconum authoritate Apoſtolica factam , & confirmatam , ſublata eſt quæ fuerat impoſita per Gregorium Nonum neceſſitas baculos, ſeu ferulas deferendi, & ſtatutum eſt quod nigris dumtaxat , & nullis aliis alterius coloris cucullis vterentur de cætero vniuerſi : nec poſſent cogi ad recipiendas poſſeſſiones aliquas , vel habendas ſed juxta conceptum votum paupertatis ſpontaneæ , perpetua poſſeſſionum terreſtrium abdicatio remaneret, hæc omnia in Bulla ejuſdem Alexandri 4. diffusè continentur , tenoris ſequentis.

Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Dilectis filiis Lamphranco Generali Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, & vniuerſis Prouincialibus Prioribus & fratribus ejuſdem Ordinis tam præſentibus , quam futuris : ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Bulla Alex. IV. vnionis Generalis. Vnio magna & Generalis.

LIcet Eccleſia Catho'ica integritatem corporis ſui ſyncera membrorum diuerſitas ſubminiſtret , & circumamictus ſpecies multiplicibus in ea varietatibus decoretur : nihil tamen in ipſa exprimit contrarietas inconciunum, in qua conſenſum nutrit ineſtimabilis concordia charitatis , & indiuiduam fouet vniuerſitatis conformitas , fideíque ſimplicitas vnitatem : verum circa ædificationis fabricam, quæ in templum ſanctum in Domino, operariorum eius ſtudio moliente ſuccreſcit , credimus aſſiduè prouidendum , vt in varietatibus partium , quæ ad decorem ſtructuræ Dominicæ adhibentur : ſic appareat diſtincta diuerſitas, vt non confuſio indiſcreta , nec alterius forma importuna conſimilitudine ſpeciem prætendat

alterius,

alterius, ſed ſingula quaque certum proprij modi ordinem ſortiantur. Hac ſanè conſideratione commoniti cum conſona in vobis Eremitarum appellatio, & parum diuerſa profeſſio, diſparibus titulis, & in aliquibus diſſimili habituum ſchemate diſcreparet, cogitauimus ſponſæ Chriſti (in cuius veſte pia ſacra Religionis depinxit inſtitutio cœtus veſtros) conuenire decori, ſi Religioſa militiæ veſtræ caſtra, quæ ſub vno vocabulo non magna diſciplinæ diſtantia ſecernebat, ſub communi capite indifferenti incorporationis fœdere iungerentur, vt ex pluribus cuneis acies vna conſurgeret fortior ad hoſtiles ſpiritus nequitiæ impetus conterendos. Propterea dudum mandatum Apoſtolicum à nobis emanauit, vt de ſingulis domibus veſtris, quarum quædam S. Guillelmi, quædam S. Auguſtini Ordinum, nonnullæ autem fratris Ioannis Boni aliquæ verò de fabali: aliæ verò de Brictinis cenſebantur, & apud homines ambiguis interdum nuncupationibus vacillabant, duo fratres cum pleno mandato ad noſtram mitterentur præſentiam, quod noſtra circa vos ſalubriter ordinaret diſpoſitio recepturi. Cúmque fratres huiuſmodi ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſent coram dilecto filio noſtro Richardo Sancti Angeli Diacono Cardinali quem negotio vnionis veſtræ perficiendum vice noſtra deputauimus ſufficientia ad id exhibuere mandata, & in Generali capitulo veſtro in vrbe celebriter congregato, nomine omnium à quibus fuerant deſtinati, & de communi capituli eiuſdem aſſenſu, vos & domos veſtras in vnam Ordinis obſeruantium, & viuendi formulam vniformem redigi, vnumque ex eis ouile fieri Generalis Prioris præſidentia gubernãdum vnanimiter conſenſerunt: petentes vt per gratia vnionis, & conformitatis huiuſmodi, eis iuxta conceptum votum paupertatis ſpontanea perpetua poſſeſſionum terreſtrium abdicatio remaneret, & ipſis baculos, vel ferulas deferendi impoſita neceſſitas tolleretur, collata in Cardinalem eundem prouidendi vobis ea vice de Generali Priore totius ordinis nihilominus poteſtate. Porrò idem Cardinalis noſtri authoritate mandati, vnico ad eum ſermone directi, necnon, & concordi eorundem fratrum, ac prædicti capituli conſenſione ſuffultus, vniuerſas domos, & congregationes veſtras in vnam ordinis Eremitarum S. Auguſtini Profeſſionem, & regularem obſeruantiam perpetuò counit, ſub Generalis curâ Prioris Canonicè inſtituendi pro tempore, præ alijs Prouincialibus, necnon, & Conuentualibus ſingularum domorum Prioribus, regulariter gubernandas: & vt non. vn Ordinis Dominici vnionem vniuerſalis capitis vnitas conſummaret re, dilecte fili frater Lamphrance, in Generalem Ordinis eiuſdem Priorem, & Patrem Spiritus ſancti gratia inuocata præficit, ac etiam prout à nobis ſpecialiter in mandatis acceperunt, confirmauit: vos vniuerſos, & ſucceſſores veſtros à baculis, & ferulis deportandis, & quod non cogamini ad recipiendas poſſeſſiones aliquas, vel habendas, decernens perpetuò liberos, & exemptos. Diſpenſatur circa baculos. Non coguntur ad vllas recipiendas aut habendas poſſeſſiones.

Nos igitur præfati Cardinalis proceſſum conuenientem cum voluntatis noſtræ propoſito approbantes, præmiſſa omnia grata habemus, & rata, ipſáque authoritate Apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Inſuper autem perſonas, & domos veſtras ſub Beatorum Petri & Pauli protectione ſuſcipientes, & noſtra præſentium authoritate ſtatuimus, vt vos filij Priores, & fratres in profeſſione prædicti Ordinis in præfato Generali capitulo ordinata (quo quidem ordine vos perpetuò cenſeri volumus, vobiſcum ſuper vniuerſarum profeſſionum, aut obſeruationum debito quas antea feceratis in prædictis, vel alijs ordinibus

diſpenſantes) ſub deuota Generalis Prioris, quem nunc vobis diuina ordinatio prætulit, eiuſque ſucceſſorum obedientia perpetuò virtutum Domino ſeruientes nigris duntaxat, & nullis aliis, alterius coloris cucullis, vt vniformis amictus normam eiuſdem, in vobis profeſſionis oſtendat, vtamini de cætero vniuerſi. Et vt hæc ſancta vnio quam perpetuæ pacis tranquillitate gaudere volumus, omnibus integritatis ſuæ perfecta partibus ſtabilis perſeueret, decernimus vt omnes domus ordinum ſupraſcriptorum quarum fratres iuxta mandati noſtri firmam, ad noſtram præſentiam non venerunt ipſi vnioni, tanquam corpori membra abſque vllius exceptionis prætextu inhæreant, & ad obſeruationem prædictorum omnium teneantur, alioquin ſententiam quam tu dilectè fili Prior Generalis, & ſucceſſores tui ritè tuleritis in rebelles, ratam habemus, & faciemus authore Domino vſque ad ſatisfactionem condignam, appellatione remota, inuiolabiliter obſeruari. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtræ confirmationis &c. Dat. Later. 5 Idus Aprilis Pontif. noſtri anno 2.

Nigras tantùm cucullas gerere debent.

Neque his contenti fratres Minores, Maiorem adhuc differentiam inter ipſos, & Eremitas obtinere voluerunt, & ideo ad eundem Pontificem recurrentes aliam bullam obtinuerunt pro vniuerſis Eremitis Ordinis S. Auguſtini iterum cogendis, vt ſtatutum à Gregorio IX. habitum omnino deferrent, ſublato cuiuſlibet appellationis, & contradictionis obſtaculo, litteris Apoſtolicis impetratis, vel etiam impetrandis per eos nequaquam obſtantibus, nec non ſub pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis, pro vt ſequitur.

ALEXANDER EPISCOPVS SERVVS ſeruorum DEI, &c.

R*Ecordamur liquidò, & memoria tenemus &c.* vt in penultima tranſcripta bulla vſque ad *poſſet virtutum Domino liberiùs, & gratius deſeruiri. Cum autem dilectus filius noſter Richardus S. Angeli Diaconus Cardinalis vniuerſas domos, & Congregationes Eremitarum prædictorum, (quarum quædam S. Auguſtini, quædam S. Guillelmi, nonnullæ autem fratris Ioannis Boni, aliquæ de fabali, aliæ verò de Brictinis cenſebantur) in vnam Sancti Auguſtini profeſſionem, & Regularem obſeruantiam perpetuò de mandato noſtro duxerit vniendas: & nos dicti Cardinalis proceſſum conuenientem cum voluntatis noſtræ propoſito approbantes præmiſſa omnia duxerimus confirmanda, ſtatuentes vt vniuerſi Priores, & fratres in profeſſione prædicti Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini taliter couniti nigris duntaxat, & nullis aliis alterius coloris cucullis aliquatenus vterentur. Nos volentes vt præmiſſa quæ de veſtimentis exterioribus à ſæpè dicto prædeceſſore noſtro circa præfatos Eremitas ſtatuta fuerunt ſalubriter, & ab ipſis, vt recolimus acceptata vbique, & ab omnibus Eremitis vnitis taliter, & aliis vniuerſis inuiolabiliter obſeruari fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus prædictos Priores, & Eremitas, ac alios qui nigras penitus, ſeu albas cucullas non portant quod vſque ad feſtum omnium ſanctorum proximè venturum nigri prorſus coloris cucullas aſſumant,*

Iterum præcipitur habitus à Gregorio nono præſcriptus.

mant, abiectis aliis deferendas, & firmiter prædictum ſtatutum de cæteris ſtudeant obſeruare: ſinguli veſtrum per ſuas ciuitates, & diœceſes ſublato cuiuſlibet appellationis, & contradictionis obſtaculo, & litteris Apoſtolicis impetratis, vel etiam impetrandis per eos nequaquam obſtantibus, monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam diſtrictius compellatis: & in eos qui contrauenerint etiam excommunicationis ſententiam promulgetis, quam per veſtras ciuitates, & Diœceſes diebus Dominicis feſtiuis publicari ſolemniter, & eaſdem tanquam excommunicatos vſque ad ſatisfactionem condignam, appellatione remota euitari arctius ab omnibus faciatis. Datum Anagniæ 8. Kalend. Iulij Pontificatus noſtri anno 2.

Hac bulla muniti fratres Minores Vniuerſos Eremitas S. Auguſtini cogere voluerunt vt præſcriptum à Gregorio IX. habitum deferrent, illoſque Antiſtites Italiæ, grauibus cenſuris, & efformatis in eos proceſſibus ad hoc compellebant: imò vt baculos geſtarent, & quædam alia facerent quæ in narratione litterarum præfati Gregorij IX. Continentur, Quare prædicti Eremitæ iterum ad ſedem Apoſtolicam recurrentes, tribus elapſis menſibus, ſequens ab eodem Alexandro IV. reſcriptum reportarunt, in quo præcedens ſuum mandatum ita temperauit, volens, vt Eremitæ cogerentur ad nigras duntaxat, & nullas alias coloris alterius cucullas ab eis abiectis aliis deferendas, & non ad aliqua alia per eaſdem litteras Gregorij IX. compellerentur.

ALEXANDER EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei, venerabilibus Fratribus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Lombardiam Tuſciam, & Romandiolam, &c.

L*Iteras noſtras vobis direxiſſe meminimus ſub hac forma Alexander Epiſcopus, &c. Recordamur liquidò, &c.* Totas inſerit proximè tranſcriptas litteras à ſe datas Ana[g]niæ 8. Kal. Iulij pontificatus anno 2. poſteà ſubjungit.

Vos itaque authoritate literarum ipſarum prædictos Priores, & Eremitas (prout ex parte ipſorum fuit propoſitum coram vobis) ad portandum baculos, & facienda quædam alia quæ in narratione literarum huiuſmodi continentur compellere intendentes ſuper hoc monuiſtis eoſdem, vel proponitis admonere: & quidam veſtrum in eos niſi hoc infrà idem feſtum omnium ſanctorum adimplere curauerint, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti promulgarunt ſententias, vel promulgare intendunt: ſuper quod dicti Priores, & Eremitæ petierunt ſibi per ſedem Apoſtolicam ſalubriter prouideri. Quia verò noſtræ intentionis exiſtit vt præfati Priores, & Eremitæ ad aſſumendum vſque ad prædictum feſtum iuxta prædictum ſtatutum noſtrum nigras duntaxat, & nullas alias coloris alterius cucullas ab eis, abiectis alijs, deferendas tantummodo, & non ad alia per eaſdem litteras cogerentur: volumus & vniuerſitati veſtræ in virtute obedientiæ, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, vt ſinguli veſtrum infrà octo dies poſt receptionem præſentium, proceſſus ſuos cõtra memoratos Priores, & Eremitas, vel eorũ aliquos

Terminatur differentia habitus inter Minoritas & Auguſtinianos qui ad ſolas cucullas nigras deferēdas, & non ad aliqua alia obligantur.

occaſione huiuſmodi habitos, ſublato cuiuſlibet difficultatis, & dilationis obſtaculo, ſtudeant reuocare. Alioquin ex tunc proceſſus huiuſmodi reuocamus, & eos decernimus nullos eſſe. Vobis etiam vniuerſis, & ſingulis inhibemus ne vſque ad feſtum reſurrectionis Dominicæ proximè futurum contra ſæpè dictos Priores, & Eremitas vel ipſorum aliquem authoritate prædictarum litterarum aliquatenus procedatis: ex tunc vero ipſos tantummodo ad aſſumendum, & defferendum cucullas omnino nigras, tinctas vel non tinctas non ad aliqua alia compellatis. Datum Anagniæ Idibus Octobris Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Itaque remanſerunt liberi Eremitæ Auguſtinenſes, à neceſſitate deferendi vbique baculos, veſtes temperatas, manicas largas, & protenſas, corrigias per amplas, & patenter omnibus apparentes, ac cucullas Monachorum more diſcinctas, nec veſtem illam biformem ſiue tunicellam deferre coacti ſunt.

Ecce totius immutati habitus Auguſtiniani proceſſus non hiſtoriis ſed Pontificiis bullis efformatus, non ex occaſione reformationis vt aduerſarij prætendunt ſed ex ſola neceſſitate diſtinctionis inter fratres Minores, & Eremitas alióſque ordines vt apertè omnes bullæ citatæ decantant Gregorius IX. in prima Bulla, *Ne identitas veſtium in ordinibus ipſis confuſionem pareret, & inde ſcandala grauiora conſurgerent ad vtrorumque quietem prouidimus ſtatuendum.* & infrà, *vt ſic habitus confuſione ſemota, & ſublata materia ſcandali à prædictorum ordinum Fratribus poſſit virtutum Domino liberius, & gratius deſeruiri.* Innocentius IV. in Bulla *admonet nos,* x *& quia eorum habitus qui habitui fratrum Minorum videbatur conformis apud aliquos ſcandalum quodammodo ſuſcitabat: de mandato, & authoritate duorum Cardinalium, qui tunc in partibus Lombardiæ legationis fungebantur officio nigrum quem geſtatis adhuc habitum elegerunt.* Idem Innocentius & Alexander IV. in Bullis *pia deſideria, ſanè dilectus filius noſter R. ſancti Angeli Diaconus cui ordo veſter à Sede Apoſtolica eſt commiſſus ad differentiam aliorum ordinum certum habitum defferendum, tam à profeſſis fratribus, quàm à conuerſis, ac etiam nouitijs dicti veſtri ordinis de conſilio quorundam diſcretorum fratrum veſtrorum vobis prouida deliberatione conceſſit.* Idem denique Alexander in Bulla. Dat. apud Cryptam ferratam 15. Kalen. Septemb. anno 14. omnibus Italiæ Epiſcopis diſtrictè præcipit vt Brictinenſibus permitterent cucullas portare diſcinctas eo, inquit *quod talis vſus cucullarum ad diſtinctionem prædictorum habituum ſufficere videbatur.*

x In Bulla ord. fol. 177 paragrapho 8.

Neſcio profectò quid in re adeo manifeſta reſponderi poſſit, nihil enim aliud inculcant diplomata, nihil inſinuant Pontifices, nihil aliud verba ſonant niſi propterea aſſignari non ſolùm Fratribus Ioannis Boni, & Brictinenſibus, ſed etiam vniuerſis Heremitis Ordinis Sancti Auguſtini huiuſmodi habitum, vt manifeſta fieret differentia inter eoſdem, & Minoritas, alioſque Ordines: neque vllum habetur verbum de primæua inſtitutione huius habitus per S. Auguſtinum: neque præcipiunt Pontifices, vt veluti originariam, & tanquam in ſuo inſtituto præſcriptam per S. Doctorem veſtem ſuſcipiant, ſi enim eſſentialis fuiſſet, & originarius illius habitus, ab inſtitutore præſcriptus, credendum eſt viros illos religioſos tot præ-

ceptis

ceptis, & coactionibus opus non habuiſſe, vt ſuo inſtitutori in externis indumentis geſtandis obedirent. Neque tantum laboraſſent Brictinenſes ab eo recedere, nec adeo facilè eis pontifex conceſſiſſet, vt cucullas portarent diſcinctas, nec ipſi cingulum ſiue corrigiam principale religionis Auguſtinianæ, inſigne, & habitus ſubſtantiam dimittere potius elegiſſent, quam tunicas illas, & non tunicas, cucullas, & non cucullas. Portaſſe vero cucullas diſcinctas ad exemplar monachorum, teſtantur picturę duorum, aut trium ſeculorum in pluribus Etruriæ Conuentibus, in quibus ſancti Ordinis diſcinctis veſtiti cucullis apparent, cum Caputio illis aſſuto, magno acuminato: itaut non ſolum caput cooperiat, ſed etiam per ſcapulas deſcendat. Et in fronte cuiuſdem libri vulgaris de predeſtinatione ſanctorum excuſſi Brixiæ 1537. S. Pater Auguſtinus ita inciſus apparet, cum cuculla diſcincta, Caputio diſjuncto, & in anteriori parte omnino ſimili, Caputio reformatorum diſcalceatorum. Atque hinc illa tam diuturna, & tot annorum Eremitarum S. Auguſtini reluctatio que vix per trium Pontificum Bullas ſuperari potuit.

Ex his ſole meridiano clarior patet Reſponſio ad ea quæ aduerſarij obijciunt contra diſcalceatorum habitum, de vero habitu vt prætendunt Auguſtinianis Eremitis à Gregorio IX. vt ſupra præſcripto. Dicendum enim ſummum Pontificem talem habitum non tanquam eſſentialem, & à D. Patre Auguſtino inſtitutum, ſed ad ſolam differentiam, & diſtinctionem fratrum Ioannis Boni cum Minoritis, & tanquam abeis electum determinaſſe, neque enim proceſſit per viam declarationis, ſed indulti, prouiſionis, & ſtatuti vt patet ibi. z *Ad vtrorumque quietem prouidimus ſtatuendum, &c.* Nec reduxit vt dicunt habitum ad veram, & antiquam inſtitutionis formam ſed ſolum vt ibi dicitur. & *Ad vnam profeſſionem, & regularem Obſeruantiam.*

z Greg. IX. in bulla dudum apparuit.

Præterea ſi eſſentialis eſſet ille habitus, quare toties immutatus fuit à ſummis Pontificibus, vt ſupra vidimus, & tandem ab Alexandro IV. ad ſolam Tunicam nigram, & non ad aliqua alia reſtrictus: habitus enim verus, & eſſentialis alicuius Ordinis nunquam variari debet.

& Alex. 4. bulla vnionis Generalis, & in bulla recordamur liquidò 8. Kal. Iulij anno 2.

Reſpondebunt aduerſarij ſedem Apoſtolicam veterem habitum determinaſſe non vero nouum inſtituiſſe, & licet aliqua accidentalia præſcripſerit nihil tamen eſſentiale mutaſſe in habitu antiquo. Et hoc concedo libenter ab omni enim veritate alienum eſt quod dicunt abſolutè Gabriel Pennotus *a* & P. Vuadingus. *b* Habitum eſſentialem Eremitarum S. Auguſtini non fuiſſe inſtitutum à S. Doctore, ſed primum apparuiſſe ſub temporibus Gregorij IX. Partim electum ab ipſis, & partim præceptum à ſummis Pontificibus, eſſentialis ſiquidem eſt in habitu Auguſtiniano tunica alba, vel nigra corrigia præcincta, accidentalia vera ſunt menſura habitus, amplitudo manicarum, continua baculorum delatio. Prius erga Eremitæ indifferenter habitum album, vel nigrum ferebant indiſcriminato colore, prout lana naturaliter referebat. Pontifex iuſſit vt alterutrum eligerent, electoque nigro, quippe S. Auguſtini veſtibus conformiori. reliqua adiunxit accidentalia, atque ita non inſtituit neque variauit habitus ſubſtantiam, ſicut neque S. Bonauentura illam variauit in habitu à S. Franciſco inſtituto, ex eo quod inſtituerit vt fra-

a Lib. 1. hiſtor. Trip. c. 25. & c. 40

b In Apol. fol. 44. 48. 54. 63. & in deff. Apol. fol. 178.

Thom. de Herrera in reſp. pacif. 4. n. 122. & *ſeq.*

tres geſtarent Capucia rotunda, & diſcincta à Tunicis, quia accuminata, & tunicis aſſuta ſemper à principio portarunt. Neque etiam verum habitum, & eſſentialem eiuſdem Religionis ſeraphicæ immutarunt Reuerendi patres Capucini, de Obſeruantia, Recolecti, & Conuentuales quamuis in accidentalibus non parum inter ſe differat quod nec mirum videri debet cum neque S. Franciſcus vllam fecerit in ſua regula mentionem de forma habitus, & *P. Feder. in reg. S. Franc. c. 2.* colore vt iam ſuprà dixi: loquens enim ſeraphicus pater de habitu probationis duas tantum præcipit tunicas ſine Capucio, & cingulum, & brachas, & Caparonem vſque ad Cingulum, facta vero profeſſione concedit tantum vnicam tunicam cum Capucio, & aliam ſine Capucio ſi neceſſe fuerit, & cingulum, & Brachas. Idem dicendum de Carmelitis excalceatis, aliiſque religionibus in quibus non parua mutatio in habitu accidentali introducta eſt, non autem in eſſentiali qui in omnibur idem eſt.

Quare ſimiliter, & neceſſario dicendum eſt diſcalceatos, S. Auguſtini ſuccinctos tunicas talares nigras cum corrigiis amplis, verum, & eſſentialem habitum Auguſtinianum defferre, & veros eſſe S. Auguſtini filios quantum uis differant in aliquibus accidentibus ab habitu calceatorum quæ non ſunt de eſſentia habitus nec à ſancto fundatore præſcripta, neque à ſummis pontificibus determinata niſi ad ſolam differentiam cum aliis Ordinibus: imo & per ipſos tandem reſtricta ad ſolam tunicam nigram.

Sed huius concluſionis veritas euidentius innoteſcet, ſi non ſolum diſcalceatos habitum eſſentialem Ordinis geſtare oſtendero, imo etiam quo ad ſua accidentalia Tunicam videlicet talarem nigram, cum ſtrictis manicis, Caputio accuminato, addito de ſuper pallio, & ſandaliis in pedibus more Apopoſtolorum, quare de ſingulis nobis agendum eſt ſequentibus §.

§. III.

De cucullâ nigra, ſiue tunica Fratrum Eremitarum Diſcalceatorum Ordinis Sancti Auguſtini.

EX Superioribus dictis nemini dubium eſſe poteſt cucullam nigram ſine tunicam partem eſſe eſſentialem habitus Eremitani, quia vero forma iſtius tunicæ, & religioſi habitus cum quibuſdam accidentibus non fuit à D. P. Auguſtino præſcripta, aliunde petenda eſt, nempe ab ipſa antiquitate.

Prius tamen diligenter obſeruandum eſt pro diuerſitate Religionum diuerſos quoque illorum fuiſſe habitus, diuerſiſque nominibus diſtingui. De veſte Monachi inter Ægyptios hæc refert Caſſianus *e* ſunt præterea quædam in ipſo Ægyptiorum habitu non tantum ad curam Corporis, quantum ad morum formulam congruentia quo ſimplicitatis, & innocentiæ Obſeruantia etiam in ipſa veſtitus qualitate teneatur, cucullis namque per paruis, vſque ad ceruicis humerorumque demiſſis confinia quibus tantum capita contegunt indeſinenter diebus vtuntur, ac noctibus, colobiis quoque lineis induti erant

e Lib. 1. de habitu Monach. c. 4. §. 6. 7. & 8.

Habitus monach. Ægyptiorum.

ti erant, colobium autem eſt tunica qua veteres vtebantur ne eſſent impediti ſic dicta quod ſine manicis eſſet, ac mutilata Sozomenus *d* Ægypti Monachos χιτῶνας ἀχειριδώτους, id eſt, tunicas ſine manicis habuiſſe ſcribit vt eo ſigno oſtenderent manus ſe ab iniuria, & contumelia facienda habere penitus alienas. Vtebantur etiam rebrachiatoriis quæ aliter ἀναβόλαια dicuntur, & ſunt redimicula, ſiue faſciæ pendentes quibus veſtes ſub humeris colliguntur, & conſtringuntur: & ita conſtructis brachiis impigri ad omne opus, expeditique redduntur, de illis loquitur Sozomenus ſuprà citatus, cingulum præterea, & humerale, illo quidem lumbos circundantes, hoc vero humeros, & brachia operientes ſignificabant ſe ad ſeruiendum Deo, & ad eius opera exequenda paratos eſſe, poſt hæc Anguſto pallio tam amictus humilitatem, quam vilitatem pretij compendiumque ſectantes, colla pariter, atque humeros tegunt, quod Mafortes tam veſtro quam ipſorum nuncupantur eloquio & ita planeticarum, atque Birrorum prætia ſimul, ambitionémque declinant. Vltimus habitus eorum, pellis Caprina quæ Melotes vel pera appellatur, ad imitationem eorum qui profeſſionis huius iam præfigurauere lineas in veteri teſtamento, de quibus Apoſtolus ad Hæbreos 2. *Circumierunt in melotis, & pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, &c.* *d* lib.3.c.13.

Hæc Caſſianus de Ægyptiorum Monachorum habitu: ſub inſtituto, rigidaque S. Antonij viuendi Regula, cuius audita fama D. p. Auguſtinus *e* relicto ſæcularis vitæ ſtatu excellentiorem monaſticæ vitæ ſtatim eligere decreuit: vnde inuadens Alipium in hęc verba erupit. *Quid patimur? quid eſt hoc quod audiſti? ſurgunt indocti, & cœlum rapiunt, & nos cum doctrinis noſtris ſine corde ecce vbi volutamur & in Carne & saguine, an quia prædeceſſerũt pudet ſequi, & non pudet, nec ſaltem ſequi?* Secutus ergo, & imitatus Antonium qui ex Euangelica lectione cui fortè ſuperuenerat admonitus tanquam ſibi diceretur quod legebatur, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlis, & veni, & ſequere me: tali oraculo confeſtim ad Deum Conuerſus eſt, audita pariter voce Cœleſti Tolle, Lege, Tolle Lege, & aperto Codice Apoſtolico ad Rom. 13. Legit in ſilentio capitulum quo primùm coniecti ſunt oculi, *non in commeſſationibus, & Ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis non in contentione, & æmulatione ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum &c.* *e* confeſ. lib. 8.c.6,7.8.12

Statimque totus ad Deum conuerſus, nec vxorem quærere, nec aliquam ſpem huius ſæculi amplius cogitauit, ſed accepta Baptiſmi gratia, veſte nigra indutus, & præcinctus corrigia, ſoli Deo cum ſuis ſeruire ſtatuit. Qualis autem fuerit hæc veſtis coniicere licet ex ipſa antiquitate, videlicet ex habitu Monachorum Ægyptiorum Sancti Antonij cuius vitam, ac mores imitatus, formam etiam habitus ſumpſiſſe credendum eſt, & propterea Iacobus Suedericus in ſuo collectaniolo de religioſorum Ordin. artic. 6. refert à ſanctis Monachis Ægyptijs peculiarem religionem ad partes vicinas Affricæ profluxiſſe quæ eſt Ægypto bene continua ad meridiem ſecundum Iſidorum. 14. eth. cap. 5. Vnde Nicolaus Cruſenius in monaſtico Auguſtiniano fol. 48. Ex Eucherio Epiſt. ad Hilarium, Auguſtini diſcipulos vocat Ægyptios quia,

Auguſtini diſcipuli vocantur Æ-ſij ꝑ.

& ipſe Auguſtinus ab Antonio Ægyptio cœpit: vel quia ex Ægypto hoc inſtitutum prouenerat, quo etiam ipſo S. Auguſtino ſuperſtite illius regulæ profeſſores promoti fuerant, vt ipſe indicat Epiſt. 122. Adde quod ex ſuperioribus conſtat talem in ſubſtantia fuiſſe habitus formam videlicet tunicam cum cucullo ſiue Caputio accuminato *f* Cingulo Coriaceo *g* Superaddito anguſto pallio *h* & ſine calceamentis *i* Nunquid hæc eſt vera Auguſtinianorum diſcalceatorum habitus forma non de nouo inuenta ſed iam olim ab antiquis Patribus Ægyptiis, & modo ab ipſis Monachis S. Antonij in Syriæ partibus obſeruata, quorum vnum Romæ in Collegio de propaganda fide ab ipſis diſcalceatis S. Auguſtini in habitu vidi haud abſimilem.

f Niceph. l. 9 c. 14.
g Caſſian. l. 1 de habitu mon. c. 2. 12
h Idem c. 7.
i Idem c. 10

Sed quoniam hic ſolum nobis agendum eſt de tunica, ſiue cuculla Auguſtiniana, cæteris prætermiſſis quæ ſequentibus §. diſcutientur, pro Maiori dilucidatione ad aliarum religionum habitum progredior quæ ſicut diuerſis regulis, ita, & veſtibus, caſulis, cucullis, cappis, & tunicis inter ſe diſtinguntur, caſula dicitur, veſtis cucullata, dicta per diminutionem à caſa eo quod totum hominem tegat quaſi minor Caſa, vnde, & cuculla quaſi Minor cella: Ita B. Iſidorus *k* & Magiſter Frater Anton. Iepes *l* Cucullam nos eſſe dicimus quam alio nomine caſulam vocamus, illud autem indumentum quod à Gallicanis monachis cuculla dicitur, nos cappam vocamus, propriè tamen interſe differunt cuculla, & Cappa quod illa quæ eſt proprium Benedictinorum veſtimentum, ſit vndique clauſa, hæc vero à parte anteriori ſit aperta illaque vtuntur Reuerendi Patres Dominicani, Carthuſiani, & Carmelitæ. Tunica vero propriè in hoc defferr à cuculla quod hæc ſit diſcincta, habeatque manicas largas, ac protenſas, tunica vero ſtrictas, communiter tamen idem ſignificant: vnde tunica quæ propria eſt Auguſtinianorum veſtis, cuculla etiam appellatur, & Cappa *m* Sed quocumque nomine nuncupetur hic tantum quæritur an hæc veſtis Auguſtinianæ Religionis exprimæua ſua inſtitutione, largas ac protenſas manicas habere debeat, vt propriè Cuculla dici poſſit an vero ſtrictas, & anguſtas, & ſic tunica tantum vocetur.

k lib. 19. & Etymol. c. 24
l to. 3. hiſt. Bened. in appen. fol. 23. p. 2.
m vide margin. de orig. fratrum Erem. cap. 2. p. 369.

Th. de Herrera in reſp. pacif. fol. 100. n. 148. fol. 161-162 conſt. t. ord. c. 5. Conſt. diſc. Italiæ. c. 12.

Inprimis moneo nuſquam in animo habuiſſe, nec habere Auguſtinianum habitum à ſede Apoſtolica præſcriptũ condemnandi verum enim, & eſſentialem habitum eſſe profiteor, ſed hic ſolum intendo quem defferunt diſcalceati contra illius maledicos impugnatores, ſiue in eſſentialibus, ſiue in accidentalibus deffendere, & propugnare, ſimulque ex ipſa antiquitate oſtendere ſtrictas manicas habere debere, ſiue Cuculla aut Cappa alioque quocumque nomine nuncupetur.

Ad ipſam ergo antiquitatem recurramus, & iam initio mundi naſcentis huius religioſæ tunicæ figuram in ipſo primorum Parentum habitu videbimus, de quibus dicitur. *n Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos* In lege ſcripta inter alia veſtimenta, ſummus Sacerdos tunica linea, & ſtricta induebatur *o Hæc autem erunt veſtimenta quæ facient, rationale, & ſuper humerale, tunicam, & lineam ſtrictam, Cidarim, & balteum:* In lege gratiæ ſummus Ille Pontifex Chriſtus Dominus

n Gen. 3. 21.
o Exo. 28. 4.

legitur ſimiliter tunica indutus. p *Milites ergo cum crucifixiſſent eum accepe-* p Ioan.19.23.
runt veſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes vnicuique militi partem:
& Tunicam, erat autem tunica inconſutilis deſuper contexta per totum, &c.

Ad cujus imitationem certum eſt Apoſtolos omnes tunicis vſos fuiſſe vn-
de inter alia, expreſſum à Chriſto habuerunt mandatum, ne duas tunicas poſ-
ſiderent q Barnabas & Paulus *conſciſſis tunicis ſuis exilierunt in turbas* r Pau- q Math. 10.
lus & Silas *ſciſſis tunicis eorum iuſſi ſunt virgis cœdi*, s & Petrus cum audiſſet 10. Luc.9.3.
Dominum adeſſe, & eſſet nudus *tunica ſuccinxit ſe* t quare Apoſtolorum ve- Marc.6.9. r Act.14.13.
ſtigia ſecuti antiquitus Chriſtiani tunicis induebantur vnde Ioannes Merce- s Act.16.22.
rius, u ſic ait *obſerua Chriſtianorum ſimplicem habitum, præter pallium vna tu-* t Ioan.19.
nica, eáque interula & diſtincta, & S.Hyeronimus in epiſt.de Nepotiano Chri- 21.
ſtiano facto *excepta vili tunica, & operimento pari, quo tecto tantum corpore* u In Comment.ad lib.
frigus excluderet, nihil ſibi amplius reſeruauit. Tertull. de

Ab Apoſtolis, primiſque Chriſtianis ad Monachos tranſiit vſus iſte Tuni- Pallio in
carum quos euidenter conſtat tunicas portaſſe caputiatas, cum ſuprà de ha- hæc verba
bitu Monachorum Ægyptiorum ageremus: ex his aliiſque Eremitis Romanæ, c.5. ſi quid interulæ ſu-
& Mediolanenſis Eccleſiæ Auguſtinianos alióſque Eremitas formam habitus pereſt.
ſumpſiſſe perſpicuum eſt. Et primò quidem de D. Patre Auguſtino certum eſt
Palliatum inceſſiſſe, vt infrà oſtendemus cum de Pallio tractabimus, x ſi ergo x paragra-
palliatus fuit quid aliud geſtabat niſi quod proprium pallij erat, tunicam ſci- pho 6.
licet ſtrictam, ſtrictis omninò Manicis (vnde ſubdiaconi Tunicella in Eccle-
ſia ſtrictis manicis adhuc efformatur) interulam veſtem ſcilicet interiorem, &
pallium deſuper ſine calceis, ecce totus pallij ornatus ſicut paſſim videre eſt
apud authores qui de pallio diſſerunt, illum hac veſte indutum recenſet B. Va-
lerius Hipponenſis Epiſcopus natione Græcus qui audita conuerſione S. Au- R P. Egi-
guſtini, gratulabundus de fide Chriſtiana quam in Baptiſmo profeſſus fuerat, dius à præ-
ſequentem ad illum epiſtolam conſcripſit etiam tunc in Italia manentem, ſent. in pri-
quæ fuit latinitate donata teſte Coriolano à Iuliano Pomerio Epiſcopo To- mat. Auguſ.
letano, deindè eandem adhuc græcè ſcriptam, in Archiuio Ducum Mediola-
nenſium Papiæ inuenit Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Archiepiſcopus
Mediolanenſis Gabriel Sfortia Germanus Frater Franciſci Sfortiæ Ducis
Mediolanenſis, qui eam per Franciſcum Philoſophum in Latinum verti cura-
uit his verbis.

Valerius Hipponenſis Epiſcopus Aureolo Auguſtino ſalutem literis tuis, &
Androma chocyrini filio, & Mediolanenſi ciue referentes conuerſionem tuam
opera Ambroſij eiuſdem vrbis Archiepiſcopi, & pientiſſimi Simpliciani, qui te
prædicationibus, diſputationibus, & exemplis à Manichæorum errore conuerte-
runt factum didicimus: cúmque te cathecumenum audiſſet Simplicianus, noui ex
Monaſterij pecuniis empto panno Tunicas vnam pro filio tuo Adeodato, vnam
pro te, vnam Eneo vel Alippio Hipponenſi, matri tuæ Monicæ tranſmiſit ſuendas:
ſuper quibus plus lachrymarum præ gaudio ſudit, quam puncta conſuerit. Et ad
Adeodatum inquiens, Deus miſericors te cum Patre tuo Auguſtino ſeruum ſuum
efficiet. Tu acceptis à ſimpliciano tunicis, à Matre tranſmiſſis in ſuo Monaſterij
templo affirmaſti niſi Paſcali die Baptiſma nolle ſuſcipere, & triduo panem, &

 aquam

aquam tantum deguſtans aduentante Paſcali die ante lucanum ſurrexiſti, his verbis Adeodatum alloquens dixiſti, aderitne vnquam illa dies, at tu fili voca tyrones tuos, vt Antiſtitem Ambroſium adeamus. Deinde profectus in phanum aduerſus nonnullos Manichæorum diſputantem Ambroſium inueniſti, qui mox celebratis ſacroſanctis myſteriis te exutum habitu ſæculari ſacro Baptiſmatis lauacro perfudit, & te Deum laudamus, non ſine lachrymis te reſpondente, Te Dominum confitemur præ gaudio cecinit, ſtatimque talarem nigram tunicam, te induit itavt omnes te Monachum exiſtimarent: niſi Zona pellicea præcinctus fuiſſes ob tunicæ longitudinem, vt ſcribis, Præſul cum populo cleroque, & matre tua gaudiis flentes pariterque exultantes. Hæc & multa inſuper, & alia retulerunt Andromachus, & Aeneus qui ibidem interfuerunt, quibus peractis accepta benedictione apud Ambroſium antiſtitem conuiuio acceptus es iucundiſſime, & ante literas tuas acceptas multi iſti profecti de rebus à te geſtis literas oſtenderunt, & gratia tibi cœlitus collata quam Deus confirmet. Vale & pro me ora.

Hic vides D. P. Auguſtinum à S. Ambroſio nigra talari tunica indutum, quam alio nomine cucullam vocat S. Doctor in ſerm. de Baptiſmo Auguſtini, *nouum Chriſtianum, nouis veſtimentis cuculla nigra induimus, &c.* Et poſt ipſum S. Antoninus 3. part. hiſt. cap. 24. in fine & B. Iordanus de Saxonia lib. 1. vitas frat. cap. 15. Quare certiſſimum eſt ſimilem habitum fratribus ſuis Eremitis præſcripſiſſe vt ſole meridiano clariùs liquet ex ipſo S. Fulgentio Eremita Auguſtiniano, & poſteà Ruſpenſi Epiſcopo: qui inter alias vitæ Monaſticæ auſteritates vnica tantum villiſſima tunica, ſiue per æſtatem, ſiue per hyemem

ζ Auth. vitæ S. Fulg. c. 18. & Tom. 6. annal. anno Christi 504

patienter induebatur ζ vnde appoſitè eminentiſſimus Cardinalis Baronius. *Sed vnde huiuſmodi quam refert Monaſtica inſtitutio fluxit in Affricam, ſi rectè memoria tenes non ab alio quam à Sancto Auguſtino qui eandem ex Romana, & Mediolanenſi Eccleſia primitus mutuatus in Affricam inuexit, atque latiſſimè propagauit: vt planè intelligas quam Sanctus Fulgentius eſt profeſſus Monaſticam Regulam, ab ipſo Sancto Auguſtino deriuaſſe, diuerſique ordinis ab eo inſtitutas fuiſſe Claſſes. Aliorum, nempe qui in Ciuitatibus degentes clerici cum eſſent vnà ſimul degentes, cœnobitica Monachorum inſtituta ſeruarent: quibus cum idem factus Epiſcopus habitauit: aliorum verò qui procul à Ciuitatibus degentes eius eſſent vitæ, atque veſtitus cuius hic vides Fulgentium eſſe cultorem, nempe vnica induti tunica, eademque pellicea zona conſtricta, quam nec ſoluerent dormituri.* Quid clariùs his verbis.

a In vita S. Ioan. Boni lib. 1. c. 2.
**Vna viiliſſima tonica.*

Quis etiam inficietur in congregatione B. Ioannis Boni Ordinis S. Auguſtini, ſimilem fuiſſe vſum tunicæ, id enim teſtatur Conſtantius Laudenſis. *a Suo veſtimento era vna ſola cappa di ſtame leggiera * da cui pendena il capucio teſſuto groſſamente, &c.* & clariùs exprimitur in Bullis ſuprà citatis §. 2. Gregorij IX. & Alexandri IV. qui deſcribentes habitum Fratrum Eremitarum Ioannis Boni, ſic loquuntur, *dudum apparuit in partibus Lombardiæ Religio cuius Profeſſores vocati Eremitæ fratres Ioannis Boni Ordinis S. Auguſtini, nunc ſuccincti Tunicas cum corrigiis, baculos geſtantes in manibus, nunc verò dimiſſis baculis incedebant, &c.*

Hic tunicæ vſus à præfatis ſummis Pontificibus immutatus fuit, & ex tunica, &c

câ & cuculla tertium veſtis genus fuit compactum, quod ſcilicet in modum Tunicæ cingeretur, & in modum cucullæ manicas largas, & protenſas haberet, & ita perſeuerauit, licet omnes ferè congregationes quæ reformationem ſunt aggreſſæ hanc latitudinem manicarum moderarunt, & temperarunt: vt tunica præ ſe ferret Crucis figuram quam B. Iordanus de Saxonia *b* contendit noſtram cucullam debere repræſentare. *b* lib. 1. c. 15

Quare autem latitudinem hanc manicarum præceperit Apoſtolica ſedes, & habitum determinarit Auguſtinianis ſatis ſupérque diximus §. præcedenti, ad ſolam nempe differētiam inter ipſos, & fratres Minores: cum antea tunicis ſiue cucullis cum ſtrictis manicis vterentur, ſi enim largas, & protenſas geſtaſſent, non eas ipſis contradicentibus præſcripſiſſent ſummi Pontifices: quod tamen fecerunt, & tandem eos ad ſolas cucullas, ſiue tunicas nigras aſtrinxerunt.

Ratio præterea diſſuadet pauperes Eremitas inter Saxorum fixuras, & Cryptas habitantes, inter vepres ambulantes pomposo, & Senatorio habitu vſos eſſe, cum enim per horrenda Affricæ deſerta ambularent, nonne inter vepres, & ſpinas major manicæ pars quotidie remanſiſſet? Nonne ad ambulandum in ſolitudine, & dormiendum de nocte maximo eſſet impedimento talis ampla, & linguatis manicis ornata veſtis? Quomodò exercitiis manualibus vacare potuiſſent? Et ideò Monachi Ægyptij vt eſſent expeditiores colobiis vtebantur, ſiue lebitonariis quæ erant tunicæ ſine manicis *c* colobia tamen Caſſiani manicis non omninò carebant: ſed ea citra cubitum deſinebant, cujuſmodi hodie in veſtibus ſacris dalmaticas, ſeu tunicellas videmus. Quare non ſine cauſa S. Hyeronymus *d* reprehendit veſtimenta quorundam in Ægypto Monachorum, apud quos affectata erant omnia, laxæ manicæ, caligæ follicantes, veſtis craſſior, crebra ſuſpiria, &c.

Auguſtiniani antiquitus veſtiti dormiebant.

c Caſſian. l. 1. c. 5. S. Hyeron. in præf Reg. S. Pachom. Iſid. L. 19. Ethym. c. 22.

d Epiſt. ad Euſtoch. de cuſto. virgi.

Tandem in ipſis antiquis totius ordinis conſtitutionibus cap. 24. de numero, & qualitate veſtium, per antiquos Patres editis, examinatis, & approbatis per tria capitula Generalia Vrbeneuentano ſcilicet, Florentino, & Ratiſponenſi ab anno Domini 1284. nec minimum quidem verbum legitur de protenſis, aut largis manicis, ſed tantummodo de tunicis, & ſcapularibus portandis, aut cucullis nigris tantum tinctis vel non tinctis.

Probabilius ergo dicendum eſt antiquos illos Eremitas tunicas cum ſtrictis manicis geſtaſſe: nigri verò fuiſſe coloris ſuprà oſtendimus. *e* Inuehitur tamen in diſcalceatos aduerſarius noſter Eques Gallobelgicus *f* ex eo quod nulla alia veſte quam nigra induantur, derelicto albo Tunichino, vt conſtitutio verorum Eremitarum S. Auguſtini præſcribit ſub habitu nigro deferri: Sed quam malè & contra veritatem loquatur ſatis conſtat ex eo quod hyemis tantum tempore ſub habitu nigram quidem deferant tunicam, ſemper verò Tunichinum ſiue tunicellam albi coloris, *Tunicella quæ fertur iuxta carnem conſtabit ex ſargia alba, & vltra genua non extendetur.* *g* Hanc autem non de nouo aſſumpſerunt, vt ſomniauit Renatus, *h* ſed ab initio in honorem B. Mariæ Virginis ſemper ea vſu ſunt, habent præterea *i* ſcapulare album cum caputio conſuto albi pariter coloris ad dormiendum de nocte, juxta ea quæ in conſtitutionibus

e Cap. 2. paragrapho 1.

f Trip. Apol fol. 104. vsque ad 10. & 136.

g In conſt. diſcalc. gall. 2. part. c. 1. paragrapho 5.

k 1.part.c.5. totius Ordinis præcipiuntur *Blancheta ſiue tunichinum*, k *Seu ſagium albi ſit coloris vſque ad mediam tibiam ad portandum ſub tunica, vel cappa, & non aliter: habeant etiam Fratres Scapulare breue cum Cappucio conſuto albi coloris ad dormiendum de nocte.* Neſcio ergo qua audacia dici poſſit diſcalceatos totos atratos eſſe, & nihil albi, & candidi in ipſis apparere, nobiſque obiiciant verba conſtitutionum, quæ de ſola veſte nigra loquuntur, omiſſis jis quæ de candida exprimuntur. Sed demus diſcalceatos non vti veſtibus albis, quid inde? Nonne ſedes Apoſtolica habitum Ordinis eſſentialem ad ſolas cucullas nigras, & non alterius coloris aſtrinxit? Nonne etiam in conſtitutionibus

l 1.part.c.5. in fine. ordinis ſuprà citatis expreſsè dicitur *l Quod ſi aliqua Prouincia, vel congregatio cappa nigra vti tantum voluerit, & elegerit: nullus in ea albis veſtibus vti poſſit, quatenus vniformitas ibidem obſeruetur.* Quid ad hæc dic i poſſit non video? Cur ergo tantoperè in habitum nigrum diſcalceatorum inuehuntur etiamſi veſtibus vtantur albis, cum tamen ſolis nigris vti poſſint. Præthereà diſcalceati Hiſpaniæ, & Italiæ, tunicas albas, & tunicellas ſub nigra cuculla deferunt. Et ſic omnes nigris veſtibus, & albis induuntur.

Quare verò totus ordo Auguſtinianus hac veſte alba vtatur, non ob aliam reperio cauſam quam, in ſignum puritatis immaculatæ virginis Mariæ, ſicut nigra in ſignum humilitatis,& mortificationis internæ,quam veſtem ſibi ſemper conſeruauit.Vnde vt refert Lancellotus,orta lite inter Auguſtinianos,& Dominicanos propter hunc habitum album quem deferebant, tempore Benedicti ſecundi Primarij aliquot Patres Peruſij, vbi tunc aderat ſummus Pontifex coram beatam Mariam Virginem votum fecere, vt ſi illius patrocinio habitum retinerent, quem in honorem ejuſdem defferrent totus ordo Auguſtinianus, certas quaſdam lectiones, ex Sancto Auguſtino concinnatas cum Pſalmis aliquot, per hebdomadas ſingulas recitaret: quare diuinitus impetrata etiamnum Domi candida veſte in honorem intemeratæ Virginis amiciuntur atque ideò ob receptum à Deo tale beneficium, quibuſdam in locis dicti ſunt Gratiani ſeu Religioſi de gratia, quamquam, & aptè ſic vocari queant, ſi ad ipſum Auguſtinum reſpiciamus qui gratiæ Dei contra tot illius impugnatores,deffenſor ſingularis extitit,quique ſuos imitatores hũc ſalutandi modum, *Deo gratias*, primus edocuit,in gratitudinis ſignum pro tot tantiſque in genus humanum Dei beneficijs, & hæc ſufficiant de veſte nigra Ordinis S.Auguſtini addamus ei cucullum,ſiue caputium acuminatum,de quo §. ſequenti.

§. IV.

De Caputio acuminato.

CApucium,& cuculla,ſiue cucullus idem prorſus ſonant,apud Caſſianum, m *cucullis namque perparuis, vſque ad ceruicis humerorúmque demiſſis con-*

m lib. 1. c.4. *finia quibus tantum capita contegant indeſinenter diebus vtuntur, ac noctibus, &* albi.

alibi. *n* Loquens de mortificatione, & ſilentio Monachorum Ægyptiorum *tantáque veſcentibus eis ſilentij huius diſciplina ſeruatur, vt cucullis vltrò oculolorũ palpebras demiſſis, nè ſcilicet liber aſpectus habeat curioſius copiam euagandi, nihil amplius intueantur quam menſam, & appoſitos in ea, vel quos ex ea capiunt cibos, itavt quemadmodum vel quantum reficiat alius nullus inuicem notet* genus erat ergo veſtimenti cucullus quo Monachi Ægyptij vtebantur, caput, & ceruicem vſque ad ſuperiorem humerorum partem tegens. Sozomenus de iiſdem Monachis agens. *o Caput*, inquit, *tegumento quod cuculum κουκούλιον appellare ſolent operiebant, quò oſtenderent ſe vitam perindè ſimplicem, & ſinceram agere, atque pueros lacte nutritos quorum caput eiuſmodi Thiaris, obuoluitur, vt tegatur ſimul, & foueatur.* Optimè Ioannes Hyeroſolimitanus *p per hoc autem quod hæc veſtis capite, & ſpatulis ea onuſtis, & opertis iugiter à Monacho portatur denotat debere iugum obedientiæ ſuper ſe humiliter ferre, & ſuperiori ſuo irrefragabiliter ſubiacere. Vnde S. Hyeronimus in Hilarionis vita*, vt etiam in m. ſſ. Caſſiani libris legitur ſic ait, *omnes diuitias ſuas, ei relinquens Euangelium ſcilicet, & tunicam ſacceam, cucullum, & palliolum.*

n lib. 4. de inſti. renũt. cap. 17.

o lib. 5. c. 13.

p lib. de inſtit. Monac. c. 34.

De hoc caputio quod & capitis cuculla, in quo tota habitus differentia maximè verſatur nihil prorſus apud S. Auguſtinum, vel antiquos Authores habetur: niſi quod ipſe ſanctus Pater ad Carthaginenſes Monachos ſcribens. *q* Dicit *tondeant, & cilicio caput velent.* Hoc geſtaſſe ſanctum Doctorem & ex textura Cilicina compactum fuiſſe aſſerit Ludouicus de Angelis, *r* ſuiſque Monachis tonſuram commendaſſe his verbis *tondeant, & cilicio caput velent.* Aliud de capitio capitis Monachalis tegumento teſtimoniũ aſſerunt aliqui ex eodem D. Patre Auguſtino in illa verba Pſal. 132. *Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam Aaron quod deſcendit in oram veſtimenti eius.* Vbi ſic ait, *ſi nequaquam à barba deſcendiſſet vnguentum, hoc eſt à fortibus, & viris Apoſtolicis modo Monaſteria non haberemus, ſed quia deſcendit, & in oram veſtimenti eius ſecuta eſt Eccleſia, de veſte Domini peperit Monaſteria, &c. Quid eſt ergo ora veſtimenti fratres mei, ora finis veſtimenti eſt, an quia in fine temporum habitura erat Eccleſia fratres habitantes in vnum: an in ora perfectionem intelligimus, quia in ora veſtimentum perficitur, & illi perfecti qui norunt habitare in vnum &c. à barba deſcendere vnguentum ad oram potuit, quæ in capite eſt vbi aperitur capitium,* id eſt interprete Nono capitis tegumẽtum, *tales ſunt qui habitant in vnum, vt quomodo per oras iſtas intrat caput hominis, vt veſtiat ſe: ſic per concordiam fraternam Chriſtus intrat qui eſt Caput noſtrum, vt veſtiatur, & hæreat illi Eccleſia.*

q lib. 1. de op. mon. c. 31.

r De vita & laud. S. Aug. lib. 4. c. 4.

Aliter tamen apud Authores *s* ſumitur nomen iſtud capitium, ſcilicet pro ore tunicæ, vel alterius veſtis, vnde caput immittitur ſic intelligitur illud Iob 30. *quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me.*: Nicolaus de Lira in eadem verba. *Capitium dicitur ſuperior pars veſtis per quam caput intrat, ideò ſic nominatur à capite*, & in hoc ſenſu ſumi potius debet, cum Diuus Pater Auguſtinus aſſerit à barba deſcendere vnguentum ad oram veſtimenti, quæ in capite eſt, vbi aperitur capitium: id eſt vbi eſt os veſtimenti, vnde caput immittitur, & ad quod facilè à Barba deſcendere poteſt vnguentũ, non autem ad capitis tegumentum.

s Ioan. Ianu in ſuo Cato. edito anno 1296. verbo capitium.

Quare ex præcedenti , & certiore teſtimonio concludendum eſt Monachos Affricanos caput velaſſe cilicio , & non ſaia vel ſegobia , aut alio pretioſiori panno. Forma vero huius Caputij, illa credenda eſt,& exiſtimanda, quæ communis erat cæteris Monachis maximè in Ægypto ad quorum Exemplar D. P. Auguſtinus ſuos inſtituit. Hanc vero delineat Nicephorus Calixtus. *t.* His verbis *Capitis vero tegmen erat acuminatum* Sozomenus vocat Mitron *u* Reuerendus Pater Ambroſius ſtaybanus *x* Refert in Concilio IV. Cartag. tempore S. Patris Auguſtini celebrato conſtitutum eſſe Caputium S. Monialibus Affricæ acuminatum ad modum Mitræ Epiſcopalis.

t lib. 9.c.14.
u lib.3.c.13.
x In Tẽpl. Erem.in vita S.Auguſ. cap.13.

Capucium acuminatũ antiquorum Monachorũ & modernorum.

Tale prorſus Caputium vtpote Paſtoricium cucullum , ad arcendos imbres accommodatiſſimum omnibus Monachis , & Eremitis fuit commune, non ſolum Græcis , & Affris , ſed etiam Europæis. Imprimis ſiquidem S. Pater Benedictus cum tali Caputio ſuos inſtituit Monachos , & ad huc hodie veſtigium perſeuerat in eo quod Monachi ſui Ordinis licet ampliori , deſferunt. Extat non ignobile teſtimonium in æreis portis Abbatiæ S. Clementis in Aprutio vbi Cælatorio opere effigiata apparet hiſtoria tranſlationis Corporis D.Clement. per Ludouicum pium ad ſupradictam Abbatiam factæ, & Monachi recipientes corpus bini & bini cum Caputio acuminato apparent : Sanctus item Bernardus tale caputium ſuis Monachis tradidit,quod adhuc retinent in alba cucula qua in choro vtuntur. Et hodie R.Patres Fulienſes ejuſdem Ordinis reformati in ſuo caputio acuminato obſeruant. S. Romualdus cum eodem ſuos Camaldulenſes fundauit , & adhuc à Monachis ſacri Eremi Camaldulenſis retinetur. Simile prorſus gerunt Carthuſienſes Monachi,idem geſtauit S.Franciſcus vt eſt vulgatiſſimum, & probant Reuerendi Patres Capucini à cujus forma , & figura Capucinorum nomen ſortiti ſunt *z* S. Patriarcha Dominicus haud abſimilem caputij formam ſuis etiam præſcripſit nam adhuc in Prouinciis Galliæ reformatis , & Hiſpaniæ Prædicatorum caputium aliquid acuminis retinet , & tandem Monachi S. Antonij in Syriæ partibus caputio vtuntur acuminato.

z Marcus Vlisſ.Ciaconius Lucas Vnading. Bonit combaſſ. Renat. Choppi.& alij.

De noſtro vero ordine nihil certè apparet cum Bullæ Pontificiæ quæ habitum determinant omnino caputium reticeant:de ſola tunica ſiue cuculla mentionem facientes, quod eo prouenire tradunt,& latè probant Marques ca.22. in principio, & Pater Herrera & quod caputium tunicæ ſiue cucullæ eſſet aſſutum & cucullam ſiue tunicam determinando , caputium velut ipſius partem conſequenter determinarunt. Videat modo vnuſquiſque quid modernum Auguſtinianorum caputium habet cum illo quod tunicæ aſſuebatur acuminatum fuiſſe ſuadet imprimis Hiſtoria B. Ioannis Boni , in qua dicebatur quod ex tunica aſſutum pendebat caputium , id teſtatur jam ſupra citatus , *a* Conſtantius Laudenſis , *ſuo veſtimento era una ſola cappa di ſtame leggiera, da cui pendeua il capucio teſſuto groſſamente , &c.* Pendere autem non dicitur niſi fuiſſet oblongum, & per ſcapulas deſcendiſſet. Videtur autem Mantuæ vſque in hodiernum diem B. Ioannis Boni caputium longum, & acuminatum, ſicut ferunt hodiè Reuerendi Patres Capucini. Et tunc temporis geſtabant fratres Minores tanquam habitum Originale Religionis Seraphicæ vſque ad tempora

& Reſp.4. paragrapho 4. nu.149.

Caputium acuminatum Auguſtiniã.

a paragrapho 3.

pora S.Bonauenturæ qui anno 1260.ſecundum Generale Capitulum celebrauit, in quo ſui ordinis conſtitutiones reformauit, ac ordinis habitum quo nunc fratres Minores vtuntur paululùm commutauit (nam anteà Capucinorum more induebantur) formámque caputij rotundam aſſignauit vt colligitur ex Rodolpho Epiſcopo Senogallienſi *b* & ſedulio in Commentario ad vitam Sanctæ Bonauenturæ. *c* Conſtat tamen vſum fuiſſe D, Franciſcum caputio acuminato, & ad ſcapulas pendente, eo more quo exterius tegumentum paſtores ad arcendas cœli inclementias, capitiſque illud largius ampliúſque obtegumentum ad veſtem conſutum habent, quo à ſuperueniente nymbo, aut niue deffendantur, quo habitus genere per totam vitam deinceps vſus eſt vir Dei ea ſolùm admiſſa non magna differentia, vt aliquando parumper longiorem, largiorémque ſecundùm offerentium liberalitatem: vel tenuitatem, pannique menſuram portaret, & capucium aliquando magis, vel minus pyramidale, aut acuminatum aſſueret. Simile pariter geſtauit B.Ioannes Bonus, vt ſuprà vidimus: & teſtatur Reu.P.Marquez *d* à quo formam habitus acceperat S. Franciſcus, & id propter inter habitum vtriuſque Religionis Franciſcanæ ſcilicet, & Auguſtinianæ, maior erat ſimilitudo, quæ cauſa fuit ortæ controuerſiæ inter ipſos fratres, quæ tandem à Summis Pontificibus finita & terminata eſt per Habitus Auguſtiniani factam determinationem vt ſuprà paragrapho ſecundo. His concordant verba Reuerendi Magiſtri Patris Coriolani in Apologia ad Sixtum IV. vbi ait S. Franciſcum vixiſſe in Eremitorio noſtræ Religionis, eandémque habitus formam accepiſſe quam dedit poſteà Minoritis, nullam aliam differenriam præſcribens niſi in cingulo, *Secunda cauſa fuit quia vt dicit Iordanus talem formam accepit B. Franciſcus in quodam noſtro Eremitorio apud Saxenum propè Lauernus, vbi B.Franciſcus fecit pænitentiam nec voluit diſcrepare à nobis, niſi in cingulo.* Non mirùm ergo ſi vtriuſq; Religionis fratres ſimili capucio acuminato vterentur. Fratres Minores hoc vſi ſunt vſque ad tempora S. Bonauenturæ, & tandem à Patribus Capucinis forma illa acuminata, & pyramidalis jam deperdita, anno 1525. vſque in hodiernum diem reaſſumpta eſt. Simili caputio pariter vlos video Auguſtinianos in Congregatione Ioannis Boni, quare verò rotundum modò deferant, planè neſcio: eandem tamen formam jam deperditam reſtituerunt Patres diſcalceati ejuſdem Ordinis, & modò defferunt tanquam habitum Originale Auguſtinianæ Religionis. In majorem hujuſce veritatis confirmationem plura adducere poſſem teſtimonia ex ipſis imaginibus certis, & antiquis quæ in Reuerendorum Patrum Conuentualium Clauſtris, Eccleſiis, & Conuentibus cum Capucio acuminato depictæ cernuntur: ſed quia de his peculiarem infrà paragrapho nono habebo Sermonem, cum ſingulas partes habitus diſcalceatorum ex ipſis antiquis picturis, & imaginibus confirmabo, ideò in hunc locum ea libenter remitto, & interim ad vlteriora progredior.

b lib. 2. de relig. Seraph.
c Cap. 9. paragrapho 4. & in Comment ad vitam S. Franc. ſuprà cap. 6. paragrapho 1.
d ca. 13. paragrapho 18 & c. 14. paragrapho 10.
Marques c. 26. paragrapho 1.

* * *

§. V.

De corrigia Auguſtiniana.

Hac certa, & euidenti corrigiæ nota, diſcalceatos veros eſſe Auguſtinianos fateri coguntur aduerſarij noſtri, quod etiam, niſi veritas ipſa manifeſtè contradiceret libenter negare vellent cum enim corrigia ſit pars eſſentialis habitus, ac præcipuum Religionis Auguſtinianæ decus, & ornamentum, quis audeat dicere diſcalceatos illam largam, & peramplam non geſtare qualem etiàm ſummi Pontifices Auguſtinianis præſcripſerunt? quare non multum in hac parte immoror quæ nullam inſe difficultatem, aut aliquam inter nos, & aduerſarios patitur controuerſiam ſolum hic referam, quæ ad maiorem illius gloriam, & venerationem conducere videntur,

Sueton trãq. in vita Auguſti c. 24.
e lib. 40. c. 48. Hyerog.
f Machab. 3. 58.

Qui olim ſæculari militiæ nomen dabant, cingulo militari in ſignum roboris, & fortitudinis inſigniebantur: quid enim aliud ſignificat *Vir altè cinctus* quàm vir fortis, & potens vt euidenter Colligitur ex Pierio, *e* qui quoddam referens Priuilegium ab Imperatore Sigiſmondo Dominis Cola.t s conceſſum Anno Domini 1433. ſic ait *Te quem manu propria militiæ cingulo inſigniuimus &c.* Vnde non mirum ſi Iudas Machabeus *f* Milites ſuos, vt fortiter ac ſtrenuè dimicarent ſic hortabatur *accingimini, & eſtote viri potentes, & eſtote parati in manè, vt pugnetis aduerſus Nationes has*, fuiſſe vero tale cingulum, ex corio nigro conſtat ex Rodolpho primum Abbate S. Gereonis, & poſtea S. Pantaleonis, qui diſſerens de inuentione Sacrarum reliquiarum Gereonis, & ſociorum venerandæ legionis Thebeæ, opera S. Norberti in ciuitate Colonienſi inter alia refert repertum fuiſſe Corpus S. Gereonis in Eccleſia Colonienſi, eius nomini dedicata in habitu ſuo militari coccinei coloris cum cruce in pectore Longitudinis quaſi vnius pedis, & cingulo Militari quod erat ex corio nigro. Tanto in honore fuit apud antiquos, vt milites qui crimen aliquod commiſerant ipſo in maximum illorum dedecus priuarentur: Vnde ait ſuetonius Tranquillus ſupra citatus *pro cætero delictorum genere variis ignominiis affecit, vt ſtare per totum diem iuberet antè prætoriam, interdum tunicatos, diſcinctoſque.*

g 6. Ephes. 12.
h lib. 1. de habitu Monach. c. 12.

Quid mirum ergo ſi in militia ſpirituali ſancti Patres. tot Monachorum duces, & Patriarchæ: vt fortius Colluctarentur *Non aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus principes, & poteſtates aduerſus Mundi rectores tenebrarum harum, contra Spiritualia nequitiæ in cœleſtibus g* Vſum cinguli ſed Longe præſtantioris retinuerint. Audiamus quid de illo loquatur Caſſianus *h His itaque veſtimentis Chriſti miles indutus nouerit primus ſe ob id cinguli conſtrictione munitum, vt ad cunctos vſus, & opera Monaſterij, non ſolum mente promptus, ſed etiam ipſo habitu ſemper expeditus incedat.* Et infra *Accinctio etiam lumborum, & ambitus pellis emortuæ ſignificat enim, mortificationem*

circum-

circumferre membrorum, in quibus libidinis, atque luxuriæ ſeminaria continentur, ſed melius cap. 2. *Monachum vt militem Chriſti in procinctu ſemper belli poſitum, accinctis lumbis iugiter oportet incedere*. Hoc etiam habitu, illos ambulaſſe, qui nouo & veteri teſtamento profeſſionis hujus fundauere primordia, ſacræ teſtantur Scripturæ: de Elia manifeſtum eſt de quo dicitur *i Vir piloſus, & Zona accinctus renibus*, ipſe autem Ioannes veſtimentum habebat de Pilis Camelorum, & zonam pelliceam. *k* De Diuo Petro in carcere diligenter cuſtodito, ait Angelus Domini *l præcingere, & calcea te caligas tuas* ſuper quæ verba Hugo Cardinalis ſic habet & Gloſſa Prophetas, & Apoſtolos duris cingulis legimus vſos ad domandā carnem: Elias 4. Reg. 1. & Ioannes Matth. 3. De Zona Diui Pauli Clarum habemus teſtimonium in actibus Apoſtolorum, cap. 21. *Superuenit quidam à Iudæa Propheta nomine Agabus, is cum veniſſet ad nos tulit zonam Pauli*. Diuus Thomas illam pariter geſtauit, vt ſcribit Boterus. *m* Et refert liber antiquitatum Pariſienſium, per Reuerendum Patrem Iacobum du Breul S. Germani de Pratis Monachum profeſſum, qui aſſerit *n* Inter alias Sanctorū Reliquias quæ in Eccleſia pauperum cæcorum hoſpitalis quindeviginti cæcorum nuncupati, honorificè conſeruantur, reperiri reliquiam ex cingulo ſiue zona S. Thomæ Apoſtoli: de reliquis idem ſanè dicendum exiſtimo, vt facilè deducitur ex verbis Domini *o* præcipientis ne in via ferrent pecuniam in zona: *præcepit eis nequid tollerent in via, niſi virgam tantum, non peram non panem, neque in Zona æs, &c.* Et in hunc modum præcincti corrigia cernuntur in exculptis eorum antiquis imaginibus quas in hodiernum diem quiſque videre poteſt in clauſtro Baſilicæ Arelatenſis S. Trophimi primarij ejuſdem Ciuitatis Epiſcopi, & Apoſtolorum diſcipuli.

i 4. Regū 1.
k Math. 3.
l Actor. 12.
m Part. 3. l. 2. c. 126.
n fol. 725.
o Marc. 6.

Quod ſi Apoſtoli, vt diximus corrigia ſiue Zona in veſtimentis ſuis vſi ſunt: indè profectò conijcere licet Chriſtum Dominum, & Magiſtrum illorum, eandem pariter geſtaſſe, cuiùs in omnibus veſtigia ſemper ſecuti ſunt De Beata Virgine Maria nullus eſt qui dubitet hæc enim vt multi graues authores aſſerunt, aſcendens ad cœlum Zonam ſuam Beatiſſimo Thomæ Apoſtolo in ſignum glorioſæ ſuæ reſurrectionis, & in cœlum aſſumptionis benignè conceſſit, vel ſecundùm alios cum Diuus Thomas poſt mortem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & ſepulturam ejus, tribus jam elapſis diebus veniſſet ad ſepulchrum, vt ſacras Dominæ ſuæ dilectæ reliquias veneraretur, non inuento amplius corpore: in hoc ſolum veſtimenta B. Virginis Mariæ cum zona vidit, quam ipſe accepit. Vnde in quibuſdam antiquis Beatæ Virginis Mariæ picturis videtur imago S. Thomæ in manibus hanc venerandam zonam tenentis, & ad glorioſiſſimam Virginem ad cœlos tendentem eleuatis. Imò refert Reuerendus Pater Carolus Cæſar Maraſca Auguſtinianus in ſuo de hac zona libello ſe vidiſſe antiquam in majori Baſilica Milanenſi textilem picturam in qua glorioſa Beatæ Mariæ Virginis in cœlos aſſumptio expreſſa erat, cum paruo Angelo, qui corrigiam ejus ſiue cingulum, ejuſdem formæ, ac noſtræ S. Thomæ Apoſtolo porrigebat.

Chriſtus, B. Virgo & Apoſtol. corrigiati.
Nicephl. l. 14 c. 2. & l. 15. hiſt. Eccleſ.
S. Damaſc. ſerm. 2. de Deip. dormit.

Quidam verò volunt, *p* Beatam Virginem Mariam hanc venerandam zonam paulò antè mortem, inter multas alias reliquias dilecto ſuo Ioanni Euan-

p La Mar

geliſtæ dediſſe: ſed quidquid ſit certiſſimum eſt illam geſtaſſe, in cujus honorem nobilis illa Virgo Pulcheria Theodoſij Imperatoris ſoror, & Mariæ Virgini deuotiſſima inter alias Conſtantinopoli fundatas Eccleſias magnificentiſſimam erexit, in qua honorificè ſanctæ Dei Genitricis zonam depoſuit: ſic referentibus Ferrandio, q & Nicephoro, r Calixto *Pulcheria tria quoque Dei Matri ex ipſis fundamentis templa erexit, quorum vnum eſt in Chalcogratelo, ſiue Fabrorum foro, ſacri tumuli nomen habens, in hoc veluti theſaurum Dei genitricis depoſuit Zonam, de qua paucis libro proximo cap. 2. mentionem fecimus: hoc in templo, vt quarto quoque hebdomadis die peruigilium, & ſupplicatio ad Lucernas, & Lampades fieret, conſtituit. Quam & ipſa pedes frequentare ſolita erat.* De hac honorificam mentionem facit S. Germanus Epiſcopus Conſtantinopolitanus in encomio de adoratione venerandæ Zonæ ſanctiſſimę Deiparæ ex Surio die 21. Auguſti, *ô Zona quæ ijs qui ad te confugiunt das lumborum quidem mortificationem ad vitia, animi autem fortitudinem ad virtutum operationem. O Zona quæ ſanctiſſimum illud corpus conſtringebat, & Deum qui in vtero colebatur continebat quæ ſæpè humectabatur ex guttis lactis intemeratæ Virginis Dei. O Zona veneranda quæ tuam Ciuitatem circundas, & contines, & conſeruas à barbarica illæſam excurſione. O Zona pretioſa quæ Deum verbum cum eſſet in vtero inuoluiſti, & curationum benedictionem affatim illinc hauſiſti. O jucunda Zona quæ à corruptione aliena Dei matris ſummè honeſto corpori appropinquaſti, & illinc induiſti incorruptionem, manens illabefacta, & aliena ab interitu, vt ad nos peruenit quædam narratio veritati conſentanea, &c.*

q Tom. 2. ſuprà Gene. c. 50. ſent. 2. num. 14. fol. 1166.

r lib. 15. c. 14 hiſtor. Eccleſ. fol. 799

Laudes Zonæ B. Mariæ Virginis.

Et infrà, *Et quis nam ex fidelibus venerandam tuam zonam intuens non ſtatim animi iucunditate repletur? Quis feruenti animo ad eam procidens honeſta petitione inanis rediit? Quis tuum caracterem inſpiciens, non ſubitò anguſtias omnes oblitus eſt? Norunt qui ad venerandum hoc templum tuum accedunt, in quo pretioſam Zonam reponi conceſſiſti, ac filij tui, ac Dei noſtri incunabula quorum depoſitionem hodierno die celebramus, quanta delectatione, quanta hilaritate affici ſoleant, &c.* Maximas illius laudes proſequitur Euthymius Monachus in eodem encomio de adoratione venerandæ Zonæ ſanctiſſimæ Deiparæ apud Surium ſuprà citatum, *hodie ergo à nobis quoque honoretur Zona, quæ eſt omnino à Deo maximè illuſtrata, & ſummè admirabilis, & valdè veneranda: hodie honoretur Zona quæ ſuccincta fuit laudatiſſima Deipara, & fraudulentiſſimum draconem per eam ſuffocauit, & noſtri generis authores, à graui reuocauit exilio. Hodie honoretur Zona quæ ipſum quoque vnigenitum Dei verbum ineffabiliter, ex ipſa carne tectum quomodo ipſe ſolus nouit, tenuit & eſt complexus adhuc corporaliter, propter ætatem ſe gerens pueriliter, & vt puer ſolet facere balbutiens, & in materno gremio requieſcens, & exiliens, &c.* Et infrà, *hodie proponatur, honoretur, & adoretur Zona quæ diuina virtute cælos ſuperat, & reſplendet pluſquam radij ſolares, manétque integra, & intacta plurimorum annorum curriculis, nongentorum inquam, aut amplius, &c.*

Vbi verò nunc temporis hoc ſacrum pignus cuſtodiatur, planè incertum eſt, quidam enim volunt in Anglia, & ciuitate Cantuarienſi, alij in Prato Etruriæ, & nonnulli in Gallia, in Eccleſia quarundam Monialium vrbis Sueſſionenſis, ſed vbicunque reperiatur, hæc fuit, inſigne decus veſtimenti ſanctiſ-

ſimæ

ſimæ genitricis Dei Mariæ, quam hac ſacra corrigia ſiue Zona præcinctam repræſentant omnes antiquæ imagines, ab ipſo ſancto Luca depictæ aut exculptæ: inter quas primum locum obtinere debet, antiqua illa imago, & toto orbe celeberrima ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, quæ hodie etiam viſitur, & veneratur in ſacra æde Lauretana, cum nigra veſte, cingulóque pelliceo more Auguſtinianorum, mirabili D. Lucæ artificio in cedro exculpta. Hujuſce rei teſtimonium habemus authenticum ex cedro, & fideli relatione Domini Mutij Andreoli Canonici Lauretani tenoris ſequentis.

Ritrouando mi io al ſeruitio di queſta chieſa di Loreto, gia ſono anni 28. è al preſente al ſeruitio di cuſtode della caſa della Beatiſſima Madre Maria, é bene anco conueneuole, che ſappia ſe la imagine della glorioſiſſima Vergine che è in queſta caſa, quale è intagliata in vn legno di cedro per mano come ſi dice di S. Luca, porti nel ſuo veſtito le cinta, & in riſpoſta della ſua dicoli che la glorioſiſſima Vergine ha il ſuo veſtito intagliato nel legno à modo di tonica ſenza collaro, & ſopra detta veſte porta vn manto intagliato nel medeſimo modo, fatto alla graca: la veſte è cinta, & allaciatta da vna cintura longa quaſi quanto la veſte, miniata con vn filetto doro, & larga vn dito è mezzo: ha la fibbia, & il puntale come quella che portano li Reuerendi Padri di S. Agoſtino, & il colore è tra il negro, & il Leonato che è quanto in riſpoſta è per la verita di queſto fato deuo dirli di Loreto li 2. Luglio 1617. *Imago Beat. Maria Virg. Lauretana cum tunica nigra, pallio & corrigia ſicut geſtant R.P. Auguſ.*

Mutio Andreoli d'Oſino Cuſtode.

Locus † ſigilli.

Qvis modò dubitet ſanctiſſimam Dei genitricem hoc genere veſtimenti dum viueret vſam fuiſſe? Quandoquidem S. Lucas teſtis occulatus ſic indutam in imagine Lauretana nobis eam repræſentet: & hæc eadē eſt veſtis forma quam ipſamet Deipara conceſſit Auguſtinianis cum illam Beatæ Matri Monicæ, præſcripſit, hæc enim vt referunt Paul. Bergom. *s* Ambroſius Staybanus, *t* Auguſtinus de Tolentino, Ioannes Critana, & alij, cum paulò antè admirabilem filij ſui conuerſionem enixè B. Virginem Mariam rogaret vt ſibi formam habitus reuelare dignaretur, quo ipſa poſt mortem filij ſui vtebatur, ſtatim apparuit illi veſte nigra induta, cum velo nigri pariter coloris, & cingulo pelliceo præcincta: dicens hoc eſt veſtimenti genus quo poſt mortem filij mei, in ſignū doloris, & mœſtitię ſemper vſa ſum, hoc ſimiliter vtere, tu & filius tuus Auguſtinus, & quodquot ex eo vtriuſq, ſexus in Domino filij ſpirituales orientur. Hac cœleſti reuelatione in ſuo ſancto propoſito cōfirmata beata Mater Monica, rei totius filium ſuum Auguſtinum participem fecit, qui vnanimi conſenſu hunc ſanctum Beatæ Virginis Mariæ habitum perpetuò geſtare decreuerunt. Quare non mirùm ſi Sanctus Pater Auguſtinus poſt ſuſceptum ſalutare regenerationis lauacrum, á S. Ambroſio & Simpliciano tunicam nigram talarem corrigia præcinctam receperit, & tres illæ dilectæ ſorores perpetua, fœlicitas, & Baſiliſca ſic indutæ in perpetua ſemper virginitate, tria factę tabernacula, & Baſilicæ S. Spiritus, fœliciter cū omni ſanctitate vixerint.

s In vita S. Monicæ.
t In Tempo Erem. fol. 127.
u In tract. de priuil.

Tt 2 Ex

Ex quibus liquidò conſtat Diu. Patrem Auguſtinum, Prophetas, Chriſtum, Apoſtolos & B. Virginem Mariam, æmulatum: vt partem habitus ſui Monaſtici corrigiam aſſumpſiſſe, ſuiſque Monachis præſcripſiſſe. Vnde S. Fulgentius pellicio cingulo tanquam Monachus, etiam Epiſcopus vtebatur, *x* quod etiam de ſuis Eremitis ipſemet teſtatur *ζ vos Batheu militum mundo apparere deſideratis, & ipſi ſcilicet Eremitæ Zonis Camelorum renibus ſuccincti more Eliæ, & Ioannis Baptiſtæ decorati ſunt.* Hac ſacra etiam corrigia per aliquot tempus præcinctus fuit Diu. Franciſcus antequam toto orbe terrarum celeberrimum ordinem ſuum inſtitueret, vt etiam legitur in ipſo Fratrum Minorum Breuiario die prima iufrà octauam lectione quarta *calceamenta depoſuit, reiecit baculum, peram, & pecuniam abdicauit vnaque contentus tunica, dimiſſa corrigia, funem ſumpſit*, Idem aſſerit D. Bonauentura, *& rejecta corrigia, pro cingulo funem ſumit.* Sic enim voluit S. Pater Seraphicus Chriſtum Dominum viuentem in cingulo, & corrigia imitari: quem poſtea morientem, in fune quem aſſumpſit ſecutus eſt. Vnde non mirum ſi multi graues, nec infimæ notæ authores *a* voluerint ipſum per aliquot tempus ſub cura, & regimine B. Ioannis Boni fuiſſe Auguſtinianum.

x In vita cap. 18.
ζ Serm. 5. ad Erem.
& In eius leg. c. 3.
a Henr. de vrim. in tra. qui conſeruatur Pariſiis in Bibliot. S. Victoris.

Tanta eſt hujus zonæ Coriaceæ dignitas, & excellentia, quòd Deus illam voluerit etiam inter Paganos & Gentiles illuſtrare. Scribit enim Plutarchus, & confirmat Sanctus Hyeronimus *b* Claudiam Virginem veſtalem cum in ſuſpicionem ſtupri veniſſet, & ſimulachrum Matris Ideæ in vado tyberis hæreret ad comprobandam pudicitiam ſuam, cingulo duxiſſe nauem, quam multa hominum millia trahere nequiuerant. Et ſi virtute pudicitiæ virginalis adſcribi debet ſtupendum hoc miraculum, multum tamen in honorem cinguli recidere videtur: quod ad probandam virginitatem profuit, vt tale prodigium operaretur. Legimus ſimiliter in vita S. Georgij quòd cum anno Domini 290. Horribilis quidam draco in regno Lybiæ deuorans, & conſumens omnia graſſaretur, hoc dedit S. Georgius conſilium pro certa totius populi liberatione, vt vnica filia Regis, & Virgo cingulo ſuo ex Corio ligaret in collo draconem (nam ex Pierio lib. 48. Zonam ex Corio primum fuiſſe conſtat) *proyce*, inquit ſanctus ad Virginem *Zonam tuam in collum eius nihil dubitans filia, quod cum feciſſet draco eam tanquam manſuetiſſimus canis ſequebatur.*

B. Iord. de Saxon. l. 1. de vit. frat. cap. 8.
Sabell. Ænead. 9.
Bergom. l. 9 ſuplem. anno 398. & l. l. 13. an. 1209.
Ioan. Bapt. Ignatius l. 4 de exẽplis Illuſt. c. 4. paragrapho de B. Franciſco.

Quare ſi prophanum infidelis perſonæ cingulum, tantæ fuit admirationis inſtrumentum, quid non ſacra operabitur Zona, fide Chriſti, & deuotione beatæ Virginis Mariæ decorata? Certè quam ſit potens ſatis ex eo intelligere poſſumus quod vt refert Boterus, *c* Diuus Thomas Apoſtolus cum in ciuitate Malipurenſi Regni Coromandel in India commoraretur, volens ex littore maris ingentem transferre trabem, vt ſacroſanctam Dei Eccleſiam ædificaret: nec vlla arte aut induſtria quamplures homines poſſent è ſuo loco dimouere, illam ſolo ſuo cingulo non ſine magna totius populi admiratione facillimè quocumque voluit traxit. Sed vt ſpecificè ad ſingularem corrigiæ noſtræ virtutem deſcendamus. Illud memorabile exemplum Gilberti Auſtriaci Principis Aſpurgenſis proponendum eſt, is cum ingenti copia inimicorum circumdaretur, meritò vitam & filios cum principatu perdere extimeſcens, ſibi ſecurum

Carol. de Tapeia de religioſis rebus.
Illeſcas lib. 5. hiſt. pont.
Pamphil. in Cron. ord.
Hyero. Roman. l. 6. Reip.
Critana in vita S. Nicolai.

in Maria Virgine ſtatuit præſidium : nec in vanum, nam ſtatim illi apparens ad fortiter ineundum prælium hortata eſt, cum ſpe certa de inſigni obtinenda victoria, mediante cingulo quod dedit illi : quo munitus, & præcinctus ad bellum animum recepit, & ad fortitudinem reuocatus, inimicos aggreditur, quamvis exercitum ipſe haberet multis partibus inferiorem : eóſque pugna fregit, & fugauit, promiſſámque victoriam conſecutus eſt. Vnde hujus accepti beneficij non immemor Princeps cinguli ſiue corrigiæ, deinceps nuncupari voluit, nec ſine cauſa: dicere enim poterat cum Pſalmiſta *præcinxiſti me virtute ad bellum & ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me, & inimicos meos dediſti mihi dorſum, & odientes me diſperdidiſti* d

Nec deſunt miracula quibus cingulum Coriaceum ſacræ noſtræ Religionis illuſtratum fuit. Cum enim B. Ioannes Saguntinus Ordinis S. Auguſtini immerſum puteo puerum inueniſſet, ſua corrigia ſuſcitauit : vix ſiquidem ad oram Putei ſuam Corrigiam dimiſerat, cum aqua ſurſum aſcendit ad ſummum labrum, puerque extremum Zonæ arripiens eductus eſt ſaluus. Neque tacendum aliud inſigne miraculum Zonæ B. Melaniæ junioris, quam moribundæ prægnanti impoſuit, & ſanauit de hac loquitur Simeon Metaphraſtes apud Surium Tom. 1. die 31. Ianuarij. *Quid ergo magna melania? Occulis in cœlum ſublatis, cum Zonam ſuam ſoluiſſet, ſtatim impoſuit ei quæ erat ferè mortua, deinde cum dixiſſet ipſa fuit mihi donum, magni viri, & qui eam fuerit conſecutus non fruſtrabitur curatione, ſtatim, & mortuum ejecit, & peperit, & qua jacebat ſtatim ab omni dolore liberata eſt.* Ex quibus verbis, colligitur magnum illum virum, qui talem Zonam dederat, fuiſſe D. P. Auguſtinum vel Alippium, in cuius ciuitate annis ſeptem monacham egit B. Melania, atque adeo Auguſtinianam, cum in Affrica tunc temporis nulla eſſet alia Monaſtica religio : hinc etiam hujus ſanctæ profunda reſplendet humilitas quæ hæc miracula per Zonam faciens, vt vanam gloriam, inanémque oſtentationem fugeret, ad alios referebat.

Sed de Zona B Matris Monicæ quid dicemus ? quæ cum corpore ſanctiſſimo apud oſtia tiberina in die glorioſæ ſuæ tranſlationis reperta, Romæ in Eccleſia Fratrum Eremitarum S. Auguſtini honorificè colitur, hanc quiſque licet vetuſtiſſimam videre poteſt, eiuſdemque planè formæ, & materiæ ſicut noſtræ : quot miracula tactu ſuo non operatur ? a Quot beneficia non confert maximè vero prægnantibus, & parturientibus ? librum ſane integrum conficerem, ſi ſingula quæque excurrere vellem.

Inter omnia vera Miracula, illud principalius, maioriſque momenti exiſtimo, quod ille qui hanc benedictam Zonam cum debita deuotione gerit, experiatur in ſe quam ſit efficax, & potentiſſima ad extinguendos libidinis ardores, coercendas ſenſuum rebelliones, & reprimendos ſenſuum impetus, hæc enim eſt Maior, & glorioſior victoria, quam naues integras ducere, trabes ingentes trahere, hoſtes debellare, immerſos puteo ſanos extrahere, dolores lenire, Morbos curare, & prægnantibus fœlicem partum obtinere. Qui ergo hoc ſacrum cingulum geſtat attentius perpendere debet Zonam illam pelliceam ſimbolum eſſe caſtitatis, lumborumque refrenationem declarare

Coriolan. Apol. ad Sixtum. Aegid. à viterb. l. 20. ſeculorũ Paul. Morigia l. 1. de orig. relig. Marcus de Lysbona 1. p. Cron. minorum. Seduliusmi norita in hiſt. ſeraph. Vincent. Beluac. l. 29 cap. 98. Polid. virg. l. 7. c. 4. Villegas in vita S. Fran. & multi alij

b lib. 1. contra Iouinia.

c li. 2. c. 116

d Pſal. 17.

clarare : *d* Vnde apud gentiles Virgines Trezeniæ Zonas ſuas Dianę dicabant, quæ Dea Virginitatis reputabatur vnde natum prouerbium *Zonam ſoluit* de eoqui virginitatem ſuam amiſiſſet, vt innuit Catullus *qui Zonam ſoluit diu ligatam*, Nuptæ vero conſecrabant Deæ quæ Soluizona vocabatur ſic referente Pierio *f Zonam Dianæ dicabant Athenis, fanum ſoluizonæ Dianæ athenis fuit.* Ex quo oſtenditur cinturato quod ſiue Virgines, ſiue continentes à quacumque immunditia ſe ipſos refrenare, lumboſque ſuos contra incentiua ſenſuum munire debent. Certum etiam eſt temperantiæ vetum hyerogliphicum eſſe, teſte Euthimio in Luc. XII. *Habent, & diuinæ litteræ hyerogliphicum quod per Zonam cingulum ve ſignificent præcipue vero temperantiam, & moderationem qua fluxæ animorum cupiditates coërcentur, luxuriantia compeſcuntur, & modus denique imponitur rebus.* Fortitudinem denotat in muliere illa forti dequa Salomon *g Accinxit fortitudine lumbos ſuos*, & S. Auguſtinus in illud *præcinxiſti me ad bellum* ait præcinxiſti me Domine vt ſim fortis, ne affluentes ſinus cupiditatis impediant: Iuſtitiam ſignificat apud Iſaiam c. 1. *& erit iuſtitia cingulum lumborum eius.* Nobis denique repreſentat cœleſte ſponſalitium, quo anima fidelis vnitur Deo in cœlis ſpiritualiter, & contrahit ſponſalitium in terra, qua propter cingebantur antiquitus ſponſi in ſignum caſtitatis coniugalis cingulo quod ceſtus appellabatur, vt bene notat Miranda in ſuo Manual. Prælatorum *h Ceſtus veneris cingulum quo Marti lumbos ſuccinxit, quaſi eum conſtringens vt fidem ſeruaret.*

e S. Auguſt. ſermo. 5. ad fratres in Erem.
f li. 40. Hyerogl. c. 48.
g Prou. 31.
h q. 27. ar. 1.

Quid mirum ergo ſi poſt tot miracula, & Myſteria huius ſacri cinguli, ſummi Pontifices tot gratias, indulgentias, Iubilæa, indulta, priuilegia, & immunitates ſingulis confraternitatibus eorum omnium qui hoc præcipuum Eremitanæ veſtis deferunt ornamentum, conceſſerunt. Non ſane ob alium finem niſi vt pij Chriſti fideles, ad maiorem illius venerationem excitentur, in via Dei proficiant, remediiſque opportunis vtantur, quibus à peccatis abſtinere, augmentum gratiæ, cœleſtemque gloriam facillime conſequi poſſint.

§. VI.

De Pallio, habitus Auguſtiniani Parte integrali.

i Math. 5.

ADmonet quidem nos Dominus. *i* Aduerſariis minimè reſiſtendum eſſe, ſed ei qui vult nobiſcum iuditio contendere, & tunicam noſtram tollere dimittendum ei, & pallium: iam voluere quidam tunicam, à diſcalceatis tollere, nunc vero volentibus pallium ſurripere, libenter dimitterent, niſi id obſtaret veritati, quæ ſemper illud inter partes ſaltem integrales Auguſtiniani habitus annumerauit: quare Miror aliquos tantopere de hoc habitu tumultuari, dicentes nec Diuum Patrem Auguſtinum, nec ſuos Monachos ſic palliatos inceſſiſſe, verum quam male hoc dicant, & ab omni

veritate alienum id aſſerant, ex ſequentibus vnuſquiſque euidenter iudicare poterit.

Imprimis notandum eſt nec diuum Auguſtinum in regula: immo nec ſummos Pontifices in ſuis Bullis pro determinatione habitus Auguſtiniani de palliis locutos fuiſſe: ſed de ſola tantummodo tunica, ſiue cuculla præcincta corrigia eaque per ampla, hoc enim ſolum tunc attendebant, vt habitum Auguſtinianis aſſignarent, quo ſatis ab aliis ordinibus præcipuè vero S. Franciſci diſtinguerentur. Quare non mirum ſi facta determinatione ſolius coloris, & formæ habitus vt ſupra diximus §. 2. nullam fecerint de pallio mentionem, que neque pars eſſentialis habitus erat, neque cauſa controuerſiæ fuerat inter præfatos Ordines. Nemo tamen inficiari debet pallium inter partes habitus Eremitani ſaltem integrales recenſeri debere, quod vt probetur totiuſque rei veritatem ab ipſa antiquitate eruamus.

Præmittendum eſt pallium in communi eſſe veſtimenti genus extimum, quod tunicæ ſuperinduci ſolet, vnde natum prouerbium *tunica pallio proximior eſt*, dictum autem putatur pallium ab eo quod palam hoc eſt foris geſtaretur: proprie autem Græcorum habitus, hoc nomine dicebatur quemadmodum Romanorum toga. de Pallio librum vnum compoſuit Tertulianus, dixitque cap. 1. habitum eſſe extrinſecum, & ipſum quadrangulum ab vtroque latere regeſtum, qui ceruicibus circumſtrictus in fibulæ morſu humeris acquieſcebat. Pallium vero Religioſorum ita deſcribit Ioannes Hyeroſolymitanus *k* *Pallium fuit veſtis Rotunda, à collo vſque ad medias tibias totum Corpus operiens, anterinſque aperta, ſed alibi vndique clauſa, ſuperius anguſta, inferius amplitudine expanſa.* *Calepinus verbo palliū* *k lib. de inſtit. monaſt. cap. 34.*

His poſitis palliatos fuiſſe Apoſtolos conſtat ex picturis ſculpturiſque ſuperioris Apoſtolorum veſtimenti, quæ etiamnum extant. De Beatiſſima Virgine certiſſimum eſt, pallio indutam fuiſſe, vt ex Imagine Sacræ ædis Lauretanæ conſtat, de qua ſupra §. 5. inqua videtur expreſſum genus veſtimenti, quo vtebatur, tunica videlicet, & pallium *La Glorioſiſſima Vergine ha il veſtito intagliato nel legno, à modo di tonica ſenza colaro, & ſopra detta veſte porta vn manto intagliato nel medeſimo modo fatto alla Graca:* Similem etiam huiuſce habitus mutationem in nouis Chriſtianis ſubindicat origenes apud Euſebium cum de Heracla dicit *l* Poſito illum communi indumento, habitum aſſumpſiſſe Philoſophicum, pars autem habitus Philoſophici erat pallium: ſed Clarius Ioannes Mercerius in commentariis ad librum Tertnliani de Pallio in hæc verba, *ſi quid internla ſupereſt* loquens de habitu Chriſtianorum *obſerua Chriſtianorum ſimplicem habitum præter pallium vna tunica, eaque interula, & diſtincta.* Vnde ſanctus Hyeronimus in Epiſt. de nepotiano Chriſtiano facto: ſic ait, *excepta vili tunica, & operimento pari, quo tecto tantum corpore frigus excluderet, nihil ſibi amplius reſeruauit.* Quare Iacobus Palmerus in vita Tertuliani de illo refert quod cum pro more Chriſtiano toga dimiſſa pallium induiſſet, vt ſimplicitati Religionis reſponderet ſimplicitas cultus, amicus quidam illi objecit, *ita à Toga ad pallium* cui inter alia reſpondit, *at ego iam illi etiam diuina ſecta ac Diſciplina commercium confero, gaude Pallium, &* *B.V. palliata.* *l Eccl. hiſt. l. 6. cap. 15.* *Habitus Chriſtianorum.*

exulta melior iam te Philoſophia dignata eſt, ex quo Chriſtianum veſtire cæpiſti. m Et quoniam Græcorum geſtamen erat pallium, vt toga Romanorum, & Chriſtiani frugalitatis gratia pallio veſtiebantur tanquam veſte ſimpliciori, & philoſophica: factum eſt vt vulgari conuicio noſtris ſacris initiati Græci vocarentur, & ab injectione pallij quod tunicæ ſuperimponebant etiam imponentes, vt ita dixerim, ſiue impoſtores, non pallium vt Tertullianus, inquit, interulæ ſupereſt, cujus tota molitio operire ſolutim, id eſt, vno circumjectu. Quoties ergo Chriſtianus aliquis prodiibat ſtatim illud è triuio audiebat, ὁ γραικὸς ἐπιθέτης id ſimpliciter accipiebat indoctum vulgus, ob pallij ſuper impoſitionem: cæterum literati figuratum morſum intelligebant in vocabulo ἐπιθέτης in quo fieret ad impoſtoris nomen, apud Latinos tacita alluſio hoc eſt deceptoris, & hominis ſanctitatem mentientis: atque hoc eſt quod S. Hyeronimus ad furiam ſcribens vbicumque inquit viderunt Chriſtianum, ſtatim illud de Triuio ὁ γραικὸς ἐπιθέτης vocant impoſtorem, & detrahunt. Senſum ſcommatis idem Sanctus Hyeronimus expreſſit in epiſt. ad Marcellam de Chriſtianis agens qui propter veſtitum viliorem, à gentilibus nonnunquam etiam à pſeudochriſtianis riderentur.

m lib. de pallio cap. vltimo.

Beatus Renanus in Tertull. l. de pallio.

Quare ſi olim ob ſuam, & eo vtentium ſimplicitatem pallium apud Cartaginenſes in contemptum venit, quid mirum ſi hodie vile, & abjectum diſcalceatorum pallium ab æmulis irrideatur, cujus tamen vſum, & antiquitatem ignorare minimè poſſunt. Neque etiam ſolùm Carthaginenſes, ſed etiam vticenſes, imò omnes Africani illo vtebantur dum tunicis ſtrictioribus pallij habitus fibulæ morſu ceruicibus ſoleret ſuperindui, vt expreſsè notat Palmerius in argumentum libri de Pallio apud Tertullianum.

De Monachis Ægyptiis nihil clarius ipſos fuiſſe palliatos, vnde Caſſianus jam ſuprà citatus. *n Poſt hæc anguſto pallio tam amictus humilitatem quam vilitatem pretij compendiúmque ſectantes colla pariter atque humeros tegunt, quod Mafortes tam noſtro quam ipſorum nuncupatur eloquio, & ita planeticarum, atque birrorum pretia ſimul ambitionémque declinant.* Neque ſolum Mafortes ſed, & recinus ſiue Recinium vocabatur pallium, vt inquit Seruius Æn. 1. ab eo quod poſt tergum reijcitur quod vulgò Mauorte dicitur, & ideo Maſortis voce pro pallio vtitur Fortunatus in vita S. Hilarij lib. 2. Palliolo etiam vtebatur S. Hilarion, apud S. Hyeronimum: Dequo ſic habet *o Omnes diuitias ſuas ei relinquens, Euangelium ſcilicet, & tunicam ſacceam, Cucullum, & palliolum.* De diui Antonij pallio non eſt qui dubitare poſſit: Sanctus enim Hyeronimus in vita S. Pauli Eremitarum authoris, & magiſtri: ſic ſcribit *Dilicnlo Paulus de morte quæ ſibi inſtaret admonens Antonium hortatur, vt pallium quod ab Athanaſio acceperat ad inuoluendum ſuum corpus afferret.* De ſe ipſo ſic loquitur S. Baſilius: *p Satis indiţy ad declarandam animi mei humilitatem eſſe putaui, ſi humili veſte induerer, ſufficeretque mihi ad faciendam eius rei fidem Craſſum, & vile pallium, & Zonam, & è rudi Corio Calceamenta.* Vnde S. Gregorius Nazianzenus loquens De veſtibus Monachalibus quibus ille veſtiebatur. *Huic illi tunica vnica, & pallium tritum, in humoque dormitatio, illuuies, & vigiliæ, eius erant exercitamenta. q*

n lib. 1. de habit. Monach. c. 7.

Vide gloſſ. in nouel. 4. apud Iulian. anteceſſ. ſto la Monicha.

o In vita S. Hilarion.

p Epiſt. ad Euſtach. Epiſcop. Sebaſtiæ.

Denique

Denique Monachi omnes etiam tempore S. Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi Palliati incedebant. *r* *Linteo non oportet Monachum vti, Orarium, planetas, Birros non eſt fas indui,* & infrà *binis palliis, & ſingulis Cucullis contenti erunt ſerui Chriſti.*

q Orat. funeb. in laudem Baſilii.
r S. Iſidor. in reg. monac. cap. 12.

Ex quibus omnibus liquidò conſtat Chriſtianos, & Monachos omnes in veſtibus ſuis, paliis vſos fuiſſe, rejectis aliis quæ vulgò planetæ, & birri vocabantur: de aliis Monachis id totum concedent aliqui de Diuo Patre Auguſtino, eiuſque Eremitis audacter negabunt, facilè tamen, & nullo negotio Palliatos etiam Auguſtinenſes Eremitas oſtendam. Et primò quidem de D. Auguſtino quis id ſine maxima temeritatis nota inficiari poteſt? cum teſtem habeam omni exceptione majorem, non excalceatum ſed calceatum Generalem ordinis Croniſtam Reuerendum Patrem Ludouicum de Angelis, *s* qui vt D. Patrem Auguſtinum Monachalibus indutum veſtibus oſtendat hoc vtitur argumento: quod Neſtarius quidam ipſius S. Patris contemporaneus vocabat S. Patrem Auguſtinum Ciceronem non togatum, ſed palliatum, & ſubdit author, *Et bene Nectarius de Auguſtino Monacho, & palliato*: palliatus ergo incedebat Auguſtinus. Deinde Reuerendus Pater Marquez alio probat validiori argumento antiquitatem habitus Eremitani inſtituti, quodam inſigni loco S. Saluiani Maſſilienſis Epiſcopi, qui S. P. Auguſtini Coëtanus, & ſuperſtes fuit hic enim enumerans ſcelera propter quæ inundationem Wandalorum Deus miſit in Affricam, vnum inter alia enumerat dicens, *intra Affricæ Ciuitates, & maximè intra Carthaginis Muros palliatum, & pallidum, & reſciſis comarum fluentium iubis, ad Cutem tonſum videre tam infœlix ille populus, quam infidelis ſine conuitio, atque execratione vix poterat:* poſteà addit: *Et ſi aliquando aliquis Dei ſeruus, aut de Aegyptiorum cœnobiis, de ſacris Hyeroſolymorum locis, aut de ſanctis Eremis, venerandiſque ſecretis, ad vrbem illam officio diuini operis acceſſit: ſimul vt in populo apparuit, contumelias, ſacrilegia, & maledictiones accepit.* Quæ verba directè, & acutè ponderans. Pater Marques. *t* dicit Monachos illos aduentantes Carthaginem, vel àd Affricæ Ciuitates fuiſſe fratres Eremitas ſancti Auguſtini, quos S. Saluianus de ſanctis Eremis, venerandiſque ſanctis aduentaſſe dicit: & deſcribit Palliatos, Pallidos, & reſciſis comarum jubis ad cutem tonſos: irrideantur modo, ac deſpiciantur cum iſtis palliati, & pallidi Eremitæ diſcalceati S. Auguſtini, & reſciſis comarum fluentium jubis ad cutem tonſi, ſufficiat illis D. Patrem Auguſtinum, ſuóſque Eremitas palliatos fuiſſe: imò etiamſi clerici eſſent. *u* Vnde quia aliqui Preſbyteri Monachi palliis potius quàm birris vtebantur, & indè majorem ſibi ſanctitatem arrogabant concilium Gangtenſe can. 12. ita ſanxit, *ſi quis virorum putauerit ſancto propoſito, id eſt continentia conuenire, vt pallio vtatur tanquam ex eo iuſtitiam habiturus, & reprehendat, vel indicet alios qui cum reuerentia Birris vtuntur, & alia veſte communi quæ in vſu eſt, anathema ſit.*

Chriſtiani & Monachi omnes palliati.
s de vita & laud. S. P. Auguſtini.
t de orig. cap. 8. paragrapho 7.
u Ludouic. de Angelis lib. 4. de vita & laud. S. Aug. c. 1.

Pallium ergo vile, & abjectum proprium erat monachorum indumentum, Birri verò, veſtes magnificæ & lacinioſæ, ſicut planeticæ ſiue planetæ quæ ampliſſimæ erant, & oris errantibus euagantes, totúmque hominem contegebant:

bant:

bant: Clericis concedebantur, qui tamen ſi monaſticam quoque vitam profeſſi eſſent palliis etiam vtebantur. Quare D. Pater Auguſtinus de ſeipſo ſic ait, *x* *offertur mihi verbi gratia Birrũ pretioſum, fortè decet Epiſcopum, quamuis non deceat Auguſtinum fateor enim vobis de pretioſa veſte erubeſco, vt quando veſtis non poteſt eſſe communis, pretium veſtis ſit commune.* D. Fulgentium S. Auguſtini Monachum, & Epiſcopum Ruſpenſem palliatum nobis exhibet P. Marques *z* referens verba authoris vitæ hujus ſancti apud Surium prima die Ianuarij, *Caſulam pretioſam, vel ſuperbi coloris nec ipſe habuit, nec Monachos habere permiſit, ſubtus caſulam nigello, vel lacticineo pallio circundatus inceſſit.* Quibus addit Baronius, *& Hæc author quibus, & vides nullam apud eos diſcriminationem fuiſſe colorum, nũm albo vel nigro pallio vterentur, dummodo quem exhibet in velleribus natura colorem, abſque delectu dum in veſtibus vſu retinerent.* Nomine caſulæ quidam intelligunt cappam ſiue cucullam, & nomine pallioli caputium, *a* ex illis verbis Caſſiani p.7. vbi loquens de pallio monachorum Ægypti, dicit quod colla, & humeros tegebat: hoc tamen intelligi non poteſt de capucio, ſiue cucullo ſolo, de quo iam anteà locutus fuerat cap.4. & ita paruum deſcribit, vt ſolùm caput contegeret vſque ad ſuperiorem humerorum partem, pallium autem, collum, & humeros tegebat, poſſet tamen intelligi de caputio ſimul cum pallio, ſæpè enim aſſutum erat pallio caputium, vt etiamnum videtur in antiqua Imagine ſancti Patris Auguſtini quæ Romæ in ſacrario Baſilicæ Lateranenſis reperitur. Deinde ſubtus caſulam pallium geſtabat S.Fulgentius, caputium autem non fertur ſubtus ſed ſuper cucullam: quare nec nomine pallij intelligitur caputium ſolum, nec nomine caſulæ cappa ſiue cuculla, melius ergo caſula indumentum erat monachi jam facti clerici, vt benè obſeruat Ludouicus de Angelis *b* ſic explicans illud Iſidori, *planeta ſiue caſula non eſt fas vti Monachis*, quæ explicatio congruit verbis ſuprà citatis ex authore vitæ S.Fulgentij c.18. *caſulam pretioſam, vel ſuperbi coloris nec ipſe habuit, nec Monachos habere permiſit*, verũ ergo pallium geſtabat S. Fulgentius ſub illa veſte quæ clerico dignitati conueniebat.

x De communi vita Clericorum

z De Orig. ord. c.4. paragrapho 3.

& tom.6. annal. anno 504.

a P. Herrera fol.70.

b De vita & laud. S.Aug. l.4. c.15. fol. 85.

c lib.1. offic. c.16.

Optimè ergo Reuerendus Pater Herrera in ſua reſponſione pacifica, *d* fatetur pallium partem eſſe integralem veri habitus Auguſtiniani: imo ipſæ conſtitutiones totius ordinis S. Auguſtini Romæ in lucem editæ anno 1625. *e* permittunt fratribus habere pallium nigrum, & ad pectus ligatum, non tamen pallia breuiora more ſæcularium quæ vulgò hac noſtra ætate dicuntur *Ferraiola*, ſed clariùs antiquæ ordinis conſtitutiones, vt ſuprà editæ anno 1284. cap.24. de numero, & qualitate veſtium concedunt fratribus pallia breuiora, *Chlamydes ligatas ante pectus ſine ligatura ſerici, & cuiuſlibet ſpeciei metalli intra loca deferri licebit*: Chlamys enim veſtis erat militaris pallio communi breuior multũ, ac ſtrictior qualem hodie deferunt diſcalceati.

d fol. 150. n.324.

e part.2. c.5.

Sanè quid ad hæc reſponderi poſſit non video, niſi quod hoc pallium debeat eſſe longum, & ad imos vſque pedes defluens, pallium verò noſtrum ad genua tantum protendatur: ſed quis non videt hoc noſtrum magis ad antiquum Monachorum pallium accedere, quod S. Hyeronimus vt ſuprà in vita S.Hilarionis palliolum appellat. Caſſianus *f* Breue, & anguſtum *poſt hæc anguſto*

f lib.1. de

anguſto pallio tam amictus humilitatem, quam vtilitatem pretij, compendiúmque ſectantes colla pariter, atque humeros tegunt. Pallium ergo antiquorum Monachorum colla tantummodo, & humeros tegebat, & ideò palliolum dicebatur ad diſtinctionem birrorum, & planetarum quæ oris errantibus euagantes totum hominem tegebant, & propterea monachis erant prohibitæ. Deinde pallio nihil erat expeditius, vt inquit Tertullianus, *g* & S. Iſidorus *pallium eſt quod adminiſtrantium ſcapulæ contegantur, vt dum miniſtrant expeditius diſcurrant.* Quæ omnia indicant breue ſatis, & curtum fuiſſe itavt ad genua circiter tantum, aut ad medias tibias protenderetur. Vt vult Ioannes Hyeroſolimitanus ſuprà citatus, in deſcriptione pallij Religioſorum: quod ſi ad imos vſque pedes deſcendiſſet maximo ſanè fuiſſet impedimento Eremitis, qui in deſertis habitantes, in omnibus expediti eſſe debebant. habit. Monach. c. 7. *g* lib. de pallio cap. 7.

Simili prorſus pallio induuntur hac ætate omnes ferè Religioſi qui ſtrictam vitæ reformationem amplexi ſunt: quare ergo in diſcalceatis S. Auguſtini id quidam redarguunt, quod in aliis probant, aut ſaltem non contradicunt præcipuè verò cum partem integralem habitus Eremitani velint eſſe Croniſtæ Ordinis etiam conuentuales vt ſuprà oſtendimus: ſimilique indutos aſſerant ſuprà citati authores monachos omnes antiquos, quod tunicæ imponebatur, & ceruicibus circumſtrictim in fibulæ morſu humeris acquieſcebat, à collo vſque ad genua circiter totum corpus operiens, anteriúſque apertum, ſed alibi vndique clauſum, ſuperiùs anguſtum, & inferiùs amplitudine rotunda extenſum, quæ omnia religiosè obſeruata cernuntur in pallio diſcalceatorum, de quo meritò gloriari poſſunt ſe in hoc S. Patris Auguſtini, & antiquorum Eremitarum veſtigia ſequi, & jure hæreditario paternum pallium poſſidere: ſi enim Elizeus ſtatim ac in ſua vocatione, Elias Propheta pallium ſuũ ſuper eũ poſuit, ſecutus eſt eum. *h* Et poſt raptum Eliæ vt leuauit pallium illius, quod ei ceciderat, requieuit ſuper eum ſpiritus Eliæ, & in locum ejus ſubſtitutus eſt. *i* Quare non idem dicemus de diſcalceatis S. Auguſtini in quorum vocatione S. Pater pallium ſuum ſuper eos poſuit: qui poſt raptum, & mortem illius, pallium quod eis ceciderat, non à caſu, ſed ex diuina ordinatione, leuauerunt, & in priſtinum ſplendorem reſtituerunt. Quis eos negare poteſt, verum Auguſtini ſpiritum cum pallio ſuo recepiſſe, huiuſque ſancti Doctoris filios, & hæredes eſſe? Illorum enim dicimur filij quorum mores habitúmque imitamur ſiquidem filij ſimilitudinem Patris habere debent. *k*

h 3. Reg. 19.
i 4. Reg. 2.
k S. Aug. lib. 1. de ſerm. Domini in monte c. 2.

§. VII.

De Sandaliis.

CVm D. Pater Auguſtinus, & antiqui Eremitæ Auguſtiniani palliati fuerint certè nihil aliud geſtabant, niſi quod pallij proprium erat, tunicam ſcilicet ſtrictam, ſtrictis omninò manicis, interulam veſtem, pallium deſuper, *Palliatorum veſtu.*

& ſine calceis, de hac tunica, interula veſte ſcilicet tunicella, & pallio jam egimus. Sola ſuperſunt rejectis calceis, examinanda ſandalia, vt totus ſimilis compleatur habitus diſcalceatórum, contra gymnipodarum, ſandaligerum, & nudipedum omnium acerrimos oppugnatores, nudorúmque calcaneorum callidos inſidiatores, quia verò hæc materia ſatis ampla diſcurſum requirit prolixiorem, quam breuitas hujus paragraphi poſtularet, quibuſdam ſectionibus hanc totam controuerſiam exponam, & abſoluam.

SECTIO I.

De diuerſis calceamentorum generibus.

VT omnis prorſus verborum ambiguitas, & nominum æquiuocatio in in hac controuerſia deuitetur, opere prætium duxi de variis calceamentorum generibus, quæ magis ad propoſitum noſtrum conducunt, breuiter, & dilucidè diſſerere.

Imprimis nomine calceamenti, illud omne intelligitur quod pedibus adaptatur, vnde nomen eſt genericum, ſiue analogum quod conuenit omnibus quæ pedes operiunt: propreteà calceamentum dicitur quaſi indumentum pedum, & D. Pater Auguſtinus, *l calceamenta quibus vtimur coria mortuorum ſunt, nobis tegmina pedum.* Et quia alia ſunt quæ totum pedem contegunt, & vulgò calcei nuncupantur, alia verò ſunt quæ vnam tantum partem: ideò prima vocantur integra calceamenta, *m* alia verò dicuntur ſoleæ, ſandalia, crepidę, caligæ, ſocci, & ſimilia quæ vnam ſolùm pedis partem tegunt: omnia tamen nomine generico calceamentorum, & calceorum comprehenduntur: & ideo, vt ait Toſtatus, *n Licet ſit differentia inter calceamenta, & ſandalia tamen vtrumque ad pedes pertinet, & Chriſtus reliquit aliqua operimenta pedibus, & in hoc concordat cum Iudæis qui calceati exierunt de Aegypto.* Sandalia ergo ad pedes pertinent ſicut & calceamenta integra, & vocantur non quidem integra, ſed aliqua operimenta pedum, qualia Chriſtus conceſſit Apoſtolis, ex eodem Toſtato. *o* Nulla igitur eſt alia differentia inter calceamenta integra ſiue calceos, & ſandalia, niſi quod illa totum pedem cooperiunt: iſta verò aliquam tantum partem. De quibus quid ſentiant authores reſtat dicendum, cum in his conſiſtar tota lis, & controuerſia.

l ſerm. 42. de ſanctis

m Ludolphus de Saxon. Carthuſ. in vita Chriſti c. . Toſtat. in Math. 10. quæſt. 60.

n In Math. 26. qq. 36.

o In Matth. 10. qu. 60.

Sandalium ex Ambroſio Calepino ordinis Eremitarum S. Auguſtini, *p* calceorum genus eſt ſiue caligarum Græci σανδάλιον, ſolam dicunt.

p Lugduni impreſſus anno 1519. verbo ſandalium.

Catholicon Ioannis Ianuenſis Ordinis Prædicatorum. *q Sandalia etiam dicuntur ſubtalares quibus Papa, & Epiſcopi ſolent Miſſas celebrare quales beatus Bartholomæus deferebat ſuper illum autem textum Marci 6. ſed calceatos ſandaliis dicit Beda, vt pes, nec tectus ſit, nec nudus ad terram: & in hiſtoriis dicitur juſſit eos vti ſoleis, id eſt ſandalijs, & peronibus: Item quædam poſtilla dicit ſuper prædictum locum ſandalia ſunt quoddam genus calceamenti, quod eſt ſuperius*

q an. 1285. verbo ſandalium? *Petrus manducator in hiſt. Eccl. ſ.*

rius

rius apertum, inferius tectum ſicut Epiſcoporum. In 12. *actorum dicit Angelus Petro Calcea caligas tuas, in Græco habetur ſandalia tua Eph.*6. *Calceati pedes in præparationem Euangelicæ pacis.*

Dioniſius Carthuſianus, *r de ſandaliis verò dicendum eſt quod ſunt incompleta calceamenta, nec reputantur pro calceis*, quia calcei vulgò ſumuntur pro completis, & integris calceamentis. *r* In Luc c.9

Emanuël Sà, *s* loquens de ſandaliis Apoſtolorum dicit, *Genus eſt calceamenti, plantas ſolum pedum deffendens, ſupernè anſulis ſeu funiculis alligatum: ſoleas quidam appellant. Act.*12. *vertit caligas quod verò Matth.*10. *prohibetur genus eſt calceamenti diuitibus conueniens.* *s* In Marc. c.6.

Videamus modo quid de illis cenſerit D. Pater Auguſtinus, *t Proindè Marcus dicendo calceari eos ſandaliis, vel ſoleis aliquid hoc calceamentum myſticæ ſignificationis habere admonet, vt pes neque tectus ſit, neque nudus ad terram: id eſt ne occultetur Euangelium, nec terrenis commodis innitatur.* Ex quibus ſole clariùs conſtat, ſandalia quoddam eſſe calceamentum, ſiue calceamenti genus, aut calceorum: vt præfati authores expreſsè volũt. Quare non mirum ſi Diuus Marcus, *u* dicat Apoſtolos ſimilibus calceis vtentes, calceatos ſandaliis. *t* Lib.2. de conſenſu Euang. c. 30. *u* cap.6.

Solea *à qua vulgaris noſter ſermo profectus eſt, vn ſoulier, obſtragula non habebat, ſed tantum quibuſdam ligamentis, ſiue ligulis quas anſas vocabant, des courroyes, ſuperiori pedis parti obuinciebatur, eiuſmodi ſunt hæc calceamenta quæ vulgus vocat ſouliers à l'Apoſtolique, quod ijs calceati Apoſtoli Domini pingi ſoleant: x* ſic etiam Rauiſius textor, *z ſolea calceamentum eſt quo calces plantarum obteguntur, cæteris pedum partibus propè nudis.* *x* Baiffius in lib. de re veſti. an 1536. *z* tom.2. officin. de veſtim. gen.

Calepinus ſuprà citatus verbo ſolea, *ſolea quæ ſolo pedis ſubijcitur, quandoque etiam id genus calceorum eſt quo plantarum calces tantum obteguntur, cæteris propè relictis nudis pedis partibus, teretibus supernè pedem vinciens anſis, quas ligulas vocant: alio nomine ſuberes dicuntur, & à Græcis crepidæ, licet hæc differre putent aliqui, dictæ ſoleæ quod ſola pedibus ſubijciantur.* *Quid ſit ſolea?*

Caligæ verò ſic deſcribuntur à Laurentio Beyerlinck in Theattro vitæ humanæ verbo calceus *Iſidorus caligas quales iubetur Petrus induere à caligando, ſiue ligando deriuat: quod nempe ſoleam inferiorem corrigia liget, ſuperiore parte pedis nudata, hinc & calceum feneſtratum vocant nonnulli.* Quare Ludouicus de Angelis Auguſtinianus Cronologiſta quamvis calceatus dicit, *&* caligas eſſe ſandalia pedibus immiſſa, & ſecundùm Papiam caligæ quaſi caligulæ, id eſt, ſandalia dicta ſunt à callo-pedum, vel quaſi à colligando, quia ad pedes ligantur. Et in annotationibus ad Caſſianum verbo caligæ, *genus ſunt calcei Græci σανδάλια, vocant S. Hyeronimus in cap.*02. *Iſaiæ calceamenta inquit ſeptuaginta σανδάλια, id eſt caligas vocant, & Act.*12. *quod Græcè eſt ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου, Latinus interpres tranſtulit calcea te caligas tuas.* Verum tamen eſt quod caligæ aliquando etiam ſumuntur pro tegumento tibiarũ, *a* ſiue ex panno ſiue ferro quales ferebant milites infimi gradus, ſi enim erant ex ære vocabantur Ocreæ, quas geſtabant milites primæ & ſecundæ claſſis; nec tamen mirum videri debet quod caligæ ſint genus calceamenti nam hoc caligarum genus quo nunc vtimur pro tibiarum tegumento, veteres neſciebant. *&* lib. 4. de vita & laud. S. Aug. c. 4. fol. 60. *Quid ſint caligæ.* *a* Rauiſius textor Calepiuus.

Crepida à crepando dici videtur, quod ejus ſolea breue obſtragulum habens

inter incedendum ſubinde calcaneum feriat. *b* Vel ſecundùm Rauiſium textorem de calceamentorum generibus Græcanicum fuit calceamentum coriaceis ſuperuinctum ligulis Gellius, *c* ait Crepidas,& crepidulas eſſe quas Romani ſoleas vocant, *Omnia enim id fermè generis quibus plantarum calces tantum infima teguntur catera propè nuda, & teretibus habenis iuncta ſunt, ſoleas dixerunt, nonnunquam voce Græca crepidulas.*

b Baiffyius ſuprà citatus.
c lib.13.c.20
Quid ſit crepida?

Calopodium genus eſt calceamenti lignei alio nomine dicitur ſoccus, & per diminutionem ſocculus: vndè forſan Reuerendi Patres ſtrictioris obſeruantiæ S. Franciſci in Italia vocantur ſoccolanti nimirum à calceamentis ligneis quæ deferunt, & vocantur Italicè *ſoccoli* à ſocco, dicebatur etiam olim ſoccus genus calceamenti à ſacco deductum, ad cujus ſimilitudinem erat factum,ita quod ligatum ſuprà pedem plicas multas per totum effundebat,quod non tantum erat Comædorum, ſed etiam mulierum. Erat aliud κολοφώνιον ὑπόδημα. id eſt, colophonium calceamentum, dicebatur cauum nam antiqui ferè ſoleis vtebantur, quæ infimam pedum partem tantummodo munirent. *d* Cothurnus tragicum eſt calceamentum quo calceabantur tragœdi, qui in Theatro alta voce dicturi erant, quod genus eſt calceamenti humile in modum crepidarum aliquando etiam ſumitur pro calceamento ſubleuato ſubere, quo mulieres grandiores apparebant. Perones ruſtici calceamenti genus ex Corio crudo,aut pellibus compoſitum, vt vult Seruius: hinc Virgilius, *Crudus tegit altera pero*, altus autem erat ad mediam tibiam quominus luto, aut limo aratorum pedes inficerentur, Iuuenalis,*nil vetitum feciſſe volet quem non pudet alto per glaciem perone tegi,&c.* Vndè etiam arator peronatus à Perſio dictus eſt. Sumitur etiam pro ſaudaliis ex Catholico Ioannis Ianuenſis verbo ſandalium,& Petro manducatore In hiſtoria ſcholaſtica retulimus. Baxeæ erant quædam crepidæ, & calceamenta Philoſophorum: carbatinæ calceamentum erat ruſticum quod ex recentioribus coriis bubulis fiebat. Denique quidam calcei vocabantur mullei, & primùm fuere calceamenta Regum Albanorum purpurei coloris, poſteà verò patritiorum: alij erant Lnnati pro Nobilibus Romanis addita Luna contra talum, Iuuenalis de Quintiliano, *Appoſitam nigræ lnnam ſubtexit alutæ*: alij feneſtrati dimidiatum obſtragulum habentes, de quibus & pluribus aliis vide authores. Hæc modo ſufficiant ex quibus concludendum eſt, alia eſſe calceamenta quæ totum pedem tegunt, alia verò quæ vnam ſolum partem, quæ tamen omnia nomine generico calceamentorum comprehenduntur, quare ſuprà-citati authores imò Diu. Pater Auguſtinus de hoc ſecundo genere calceamentorum tractantes,vnanimi conſenſu dicunt ſandalia, ſiuè ſoleas, aut caligas eſſe genus calceamentorum, ſiue calceorum quibus pedes non integrè cooperiuntur, ſed aliqua tantum pars tegitur: ita vt neque pes tectus ſit neque nudus ad terram, ſed partim nudus partim tectus.

Quid calopodium & ſoccus.
Colophoniū.
d Beyerlinck ſuprà citat. Eraſm in adagiis.
Varia calceament. genera.

His expoſitis difficilis admodum, & perobſcura quæſtio eſt, an Chriſtus, & Apoſtoli, D. Pater Auguſtinus, & Auguſtiniani calceati vel excalceati inceſſerint. Quidam exiſtimant illos excalceatos nullo modo fuiſſe, nec Diuum Auguſtinum diſcalceatos inſtituiſſe. Ego vero fauente Deo in ſequentibus contrarium manifeſtè probabo.

SECTIO

SECTIO II.

Chriſtus, & Apoſtoli aliquando Calceati Sandaliis ſiue Soleis: aliquando nudis pedibus inceſſerunt. Et primo probatur Chriſtum Dominum Sandaliis fuiſſe Calceatum.

ANntequam nodum difficultatis attingam diligenter notandum cenſeo quid ſit eſſe Calceatum, & Diſcalceatum, quidam enim volunt illud tantum dici Calceatum, quod integrum habet, & completum Calceamentum totum pedem cooperiens: illud vero eſſe diſcalceatum quod hoc calceamentum non habet in pedibus quamuis habeat ſandalia ego verò contrarium exiſtimo: ſandalia enim, & ſimilia calceamenta quia ad pedem pertinent, vt ſuprà oſtendimus: & vocantur *des ſouliers à l'Apoſtolique*. Vnde D. Marcus Apoſtolos dicit eſſe ſandaliis calceatos: ideo propriè, & ſtrictè loquendo non tantum illud quod integrum habet Calceamentum dici debet calceatum, ſed etiam quod in pedibus ſandalia geſtat: diſcalceatum autem propriè illud eſt quod nullo calceamentorum genere vtitur ſed nudis omnino pedibus terram calcat, ſi autem religioſi vtentes in pedibus ſandaliis communiter vocentur diſcalceati, inde prouenit quod non modica pars pedis ſit nuda, & diſcalceata, reſpectiuè ad pedem integrè calceatum in omnibus ſuis partibus: & ad differentiam aliquam faciendam ab iis qui calceamenta integra, & completa deferunt: Quia verò ſæpiſſimè non tantum in Sacra Scriptura, ſed etiam apud doctores eſſe diſcalceatum ſumitur in hoc vltimo ſenſu ideo dicendum eſt eſſe diſcalceatum dupliciter ſumi poſſe primo vel eſſe omnino diſcalceatum abſque vllo calceamentorum genere quod proprie dicitur nudis pedibus ambulare, vel non omnino eſſe diſcalceatum ſed aliquo vti calceorum genere ſandaliis nempe, ſoleis, aut caligis quæ totum pedem vt ſuprà dixi non contegunt.

His præſuppoſitis rem ipſam aggredior, & pedeſter in arenam deſcendo nudipes dimicaturus, ſandaliis tantum calceatus tanquam Iudith. *e* Quæ ſolis ſuis ſandaliis rapuit occulos Holofernis. eiuſque ceruicem proprio illius pugione amputauit. *f* Et vniuerſum inimicorum exercitum penitus profligauit. Manſuetum imitabor Dauidem cuius conſtantem animum, & inuictam generoſitatem, aſſumam, qui aduerſus Philiſtæum pugnans ſolo baculo, & funda armatus cum quinque limpidiſſimis lapidibus. *g* In primo lapide funda emiſſo in fronte percuſſit, & proprio illius gladio interfecit, præciditque Caput eius. Sic ego ſimplici armatus baculo qui olim erat inſignis Auguſtinianorum nota, baculo inquam authoritatis ſuffultus, & funda iuſtitiæ, & antiquitatis: cum quinque limpidiſſimis lapidibus, rationibus videlicet, in ſcriptura Sacra, authoritate Sanctorum Patrum, Bullis Pontificiis, Regula, & forma viuendi antiquorum Eremitarum S. Auguſtini, & picturis au-

e cap. 10.
f cap. 16.
g 1. Reg. 17.

 thenti

thenticis, bene fundatis, proprio aduerſariorum mucrone, & argumentis clarè, & dilucide totam litem, & ſandaliorum controuerſiam in fauorem diſcalceatorum abſoluam.

Dico ergo Chriſtum, & Apoſtolos aliquando calceatos ſandaliis, aliquando vero nudis pedibus abſque vllo calceorum genere ambulaſſe, ſicque conciliatæ videntur duæ illæ extremæ Doctorum ſententiæ quorum aliqui exiſtimant Chriſtum, & Apoſtolos calceatos, alij vero diſcalceatos fuiſſe, & ideo quæſtionem hanc problematicam eſſe multi fatentur.

h Lûc. 3.
i Serm. 42. de Sanctis.

Imprimis Chriſtum calceatum fuiſſe ſandaliis manifeſtè demonſtrant verba ipſa D. Ioannis Baptiſtæ qui de Chriſto loquens *h* Sic ait *cuius non ſum dignus ſoluere Corrigiam calceamentorum eius*, Chriſtus ergo habebat calceamenta, quibus ſe eſſe calceatum conſolatur D. Pater Auguſtinus? *Nam de his calceamentis quibus calceati ambulamus, conſolatur me idem. Dominus meus: Si enim ipſe, calceatus non eſſet, non de illo Ioannes diceret non ſum dignus corrigiam ſoluere calceamentorum eius.* His verbis nos cõuictos credunt & proclamant aduerſarij quibus tamen ſententiam noſtram ſtabilire, & confirmare: ac quæ in nos tela vibrant in ipſos retorquere prætendo. Dicunt enim Chriſtum calceatum fuiſſe calceis integris, & completis quod ex verbis allegatis probare conantur, ego autem calceatum tantummodo ſandaliis, iiſdem verbis ſuſtineo. Et primo quidem ex Barrada in concordiam, & hiſtoriam Euangeliorum. *k* Vbi poſtquã ex Apoſtolis calceatis ſandaliis, *l* Chriſtũ pariter oſtendit calceatum in fauorem iſtius ſententiæ quã ipſe amplectitur, adducit ſupra citata verba S. P. Auguſtini *De his calceamentis quibus calceati ambulamus* & poſtea allatis in hanc ſententiam aliis teſtimoniis S. Antonini. *m* Et Chriſoſtomi. *n* Subiungit *Crediderim Dominum calceis vſum fuiſſe deque iis Baptiſtæ verba interpretanda non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum quibus ipſe vtitur* Quibus autem fuerit vſus, ſatis demonſtrant eaque ſequuntur dum ad rationes eorum reſpondet, qui dicunt Chriſtum nudis inceſſiſſe pedibus id eſt abſque vllo calceamento ſic enim ad argumentum deſumptum ex Maria Magdalena, lachrymis rigante pedes Chriſti. *Reſpondemus Chriſtum ſandalia tunc temporis geſtaſſe hoc eſt calceos, qui pedum plantas muniunt, nec pedem Superiori ex parte contegunt: Potuit ergo facile Magdalena pedês eius vnguento vngere, & rigare lachrymis, cappill iſque tergere, quipe qui Superiori ex parte, nudi eſſent: vel potius reſpondendum eſt Chriſtum antiquo ex more in lecto ad ſumendum cibum recubuiſſe detractis calceis, ſiue ſandaliis, ideoque, & vngi & irrigari pedes potuiſſe.* Quare iuxta ſenſum, & opinionem Barradæ Chriſtus fuit calceatus ſandaliis: quod etiam diffuſe probat S. Bonauentura Tom. 1. opuſc. fol. 318. in expoſit. regulæ fratrum Minorum cap. 6. & fol. 430. in Epiſt. de eo quod Chriſtus, & Apoſtoli inceſſerunt diſcalceati: ſcilicet cum ſoleis ſiue ſandaliis.

k Tom. 2. li. 1. cap. 6.
l Marc. 6.
m 3. part. hiſt. tit. 23. c. 1. paragrapho 1.
n Homel. 60. ad pop. Antioch.

Neque obſtat ſi opponatur quod Calceamenta Chriſti de quibus loquitur Ioannes Corrigiam habuiſſe dicantur: ſi enim antiqua forma calceorum, & ſandaliorum reſpiciatur, expreſſius demonſtrat talia calceamenta ſandalia omnino fuiſſe, quæ difficultas ita S. Bonauenturam arctauit vt ad ſanctorum,

myſticas

Myſticas expoſitiones recurrendum putauerit; vel ad modum Prouerbiale dicendi, quod optimè probat ex Gloſſa, & ipſo contextu verborum: nam ibi Ioannes antequam de calceamentis Chriſti loquatur, verbis Myſticis, & parabola vtitur, cum Chriſtum dicit habere in manu ventilabrum, & ſecurim, propterea ſicut per hoc intelligi debet diſtrictio futuri examinis, ſic per calceamenti corrigiam Myſterium incarnationis, vndè gloſſa *calceamentum Incarnationis Myſterium, Corrigia Myſterij ligatura.* Vndè præfatum Verbum tanquam myſticum ſpiritualiter intelligendum eſt: Niſi quis velit ad litteram exponere ſecundùm vſitatum modum loquendi, quo quis eum quem vult excellentem oſtendere, dicit quod non ſit dignus eum diſcalceare, ètiamſi calceamentis non vtatur, quia hoc intelligitur, ſi vteretur: Sicut de homine valde nobili non lauante manus ſuas, poſſet dicere pauper humilis non ſum dignus aquam effundere ſuper manus ejus: alias poſſem expoſitiones afferre quas libenter omitto litterali verborum ſenſui adhærens, quę mihi pro comperto demonſtrant intentum Calcei ſi quidem tunc temporis non ea forma erant quā hodie luxus ingenium efformat, auriculis ſcilicet quæ in Superiori parte pedis ad ornatum religantur, ſed ita pedes cooperiebant, vt ad media vſque crura aſcenderent, & ita ſine aliquo ligamento pedibus conſiſtebant. Do locupletiſſimum teſtem Tertulianum. *o* Sic calceos pingentem *impuro cruri, purum, aut mulleolum inducit calceum*, Vbi Lacerda apud Romanos inquit calcei numquam crurum partem velabant, citans pro ſe Horatium. *p* *Inſanus nigris medium impediet crus, pellibus.* Et illud Iuuenalis, *Cruriſque ſiniſtri dimidium tegmen purum, aut mulleolum inducit calceum.* Quæ calceorum genera adhuc apud Orientales, & Turcas perſeuerant: ipſi enim tales calceos habent in vſu, qui abſque vllo ligamento pedibus conſiſtunt, vt videre eſt apud Turcas, & captiuos qui ex eorum manibus ad nos dilabuntur.

o lib. de pallio c. 6.

p lib. 1. Satyr. 6

Habuiſſe autem habenas, ſiue corrigias ſandalia quibus cruri religabantur, & ita pedibus conſiſtebant docet Idem Lacerda antiquitatum conſultiſſimus ſic enim innuit in ſupra citatis verbis ad cap. 5. Tertuliani de pallio n. 33. *ſolea præter habenas quibus religabantur nihil habebant, quod ſordidari poſſet* vt etiam liquido conſtat ex ipſa deſcriptione ſandaliorum, ſolearum, & caligarum. *q* Et videmus in ipſis ſandaliis noſtrorum excalceatorum, Hiſpaniæ, Carmelitarum, aliorúmque præcipuè iter aliquod ſuſcipentium. Sed quod omnem difficultatem ſoluit, ac perpetuum ſilentium aduerſarijs imponere debet, ſunt verba Guillelmi Durandi Epiſcopi Minatenſis. *r* *Per Ligulas autem quibus pedibus ipſa ſandalia conſtringuntur, illud idem accipimus quod per calceamenti corrigiam Ioannes Baptiſta ſignificauit cum ait cuius non ſum dignus corrigiam calceamenti ſoluere, vnionem videlicet ineffabilem, & copulam carnalem inſolubilem, quibus verbi diuinitas noſtra ſe Carni coniunxit* ergo ſandalia corrigias habent ſiue ligulas quibus ad pedes ligantur, ergo Chriſtus hæc habuit ſandalia de quibus loquitur D. Ioannes dicens ſe non eſſe dignum vt ſoluat corrigiam calceamentorum, puta ſandaliorum eius. Iam hoc expreſſe dixerat idem author citatus *Porro ſecundum quod Capiti ſcilicet*

q Suprà ſection. 1.

r In ration. diuin. offic. lib. 3. rubr. de caligis & ſandaliis.

Chriſto conueniunt Sandalia aliud deſignant Pontifex enim in alterius officio capitis ſui ſcilicet Chriſti, cuius eſt membrum repræſentans perſonam, dum pedibus aſſumit ſandalia, illud Dominica Incarnationis Sacramentum inſinuat de quo Dominus ait in Pſalmo in Idumaam extendam calceamentum meum, id eſt, in gentibus notam faciam incarnationem meam, venit enim ad nos calceata diuinitas, vt pro nobis Dei filius Sacerdotio fungeretur.

s Lib. 1. de diuin. offic. c. 14. de ſandaliis. Hæc omnia confirmat Rupertus. *s Sandalia Pontificis illud ſignificant diuina incarnationis Sacramentum, de quo ipſe in Pſalmo in Idumaam inquit extendam calceamentum meum, id eſt, gentibus notam faciam incarnationem meam: vt enim Sacerdotio fungeretur pro nobis filius Dei noſtra carne quaſi calceatus, in hunc mundum venit, ſandalia ergo Pontificis incarnationem vt dictum eſt ſignificant filij Dei, & pulchrè quod in amictu capitis idem in calceamento pedum ſignificatur, nam & in carne diuinitas latuit, & per carnem eius notitia vniuerſum mundum percurrit, per ligulas quibus ipſa pedibus ſandalia conſtringuntur id ipſum accipimus quod Ioannes Baptiſta per corrigiam calceamenti ſignificaſſe probatur, cum de Chriſto ſponſo loquens cuius inquit, non ſum dignus corrigiam calceamenti eius ſoluere, copulam ergo illam ineffabilem, charitatem ineſtimabilem, vincula ſancti Spiritus inſolubilia quibus diuinitas verbi noſtra carni ſe coniunxit, per ſandaliorum corrigias deſignari accipimus: præterea dum tam ſacrum, támque myſticum Pontifex pedis ſui ſpectat ornatum meminiſſe debet, & ſcire ſe quoque pedem eſſe ſpecioſum iuxta illud quam pulchri ſuprà montem pedes annuntiantis, & prædicantis pacem, &c.*

Quid his verbis clariùs ex quibus conſtat euidenter, perperam illos concludere qui dicunt Patres omnes calceamenta Chriſti ſtrictè pro calceis non verò pro ſandaliis ſumpſiſſe. Secundò Diuum Patrem Auguſtinum aſſeruiſſe Chriſtum Dominum verè ac propriè calceatum inceſſiſſe: Et tertiò myſterium incarnationis non potuiſſe per ſandalia ſicut per calceos figurari: ex iis enim quæ modò retulimus, oculis, ac ſenſu ipſo percipitur ſanctos Patres, calceamenta Chriſti ſumere pro ſandaliis: ſecundò D. Patrem Auguſtinum ſtare pro nobis quod diffuſiùs in ſequentibus oſtendemus, ac [illegible]emum, myſterium incarnationis optimè, imò meliùs per ſandalia figurari quæ aliquam tantum pedum partem ambiunt, & imperfecta vocantur calceamenta, quemadmodum enim vnigenitus Dei Patris filius ſecluſo peccato, aſſumpſit naturam humanam cum ſuis defectibus etiam ſecutis ex peccato, iis tamen exceptis qui plenitudini gratiæ, vel ſcientiæ repugnant, aut qui ex particularium hominum culpis, & a[illegible] ci[illegible]entibus ſequuntur: vnde licet conjuncta fuerit cum verbo diuino, mediante vnione hypoſtat[illegible]ca, ſemper tamen remanſit cum ſuis proprietatibus, qualis eſt verbi gratia circonſcriptio ad locum, & ideò ſpatio d[illegible]fini[illegible]o concludebatur nec poterat eſſe vbique, & omnipotens ſicut verb[illegible]m diuinum: ſunt enim iſtæ proprietates cum natura verbi ident[illegible]ficatæ quæ incommunicabilis eſt, vt omnes di[illegible]unt Theologi cum Diuo Thoma. *t* Sic etiam ſandalia noſtra quamvis imperfecta ſint calceamenta, & ab integro calceo deficiant, naturam humanam à diuino Verbo cum ſuis [illegible] bus aſſumptum [illegible] præſentant, venit enim ad nos calceata Diuinitas in [illegible] ſandaliis calceato figurata.

t 3. part. q. 14

rata. Et ſicut natura humana mediante vnione hyppoſtatica cum verbo diuino conjungitur, ita mediantibus corrigiis ſiue ligulis ipſa ſandalia pedibus conſtringuntur, eo tamen modo quod ſandalia cum deficiant ab integro calceamento totum pedem totaliter,& ex omni parte non cooperiunt quamvis totus pes ſit in ſandaliis, quemadmodum natura humana cum ſuis deffectibus, quamvis perfectè ſit vnita verbo diuino,quod illam perfectè comprehendit, hæc tamen propterea totam verbi diuini naturam, & eſſentiam non ambit, & circumſcribi (eſſet enim vbique, & omnipotens, quod hæreſis eſt vbiquetariorum, qui volebant humanitatem Chriſti omnipotentem fuiſſe,& vbique ſicut Verbum diuinum: vnde vbiquetarij dicti ſunt. Nec vacat etiam myſterio quod pes, ſandaliis calceatus, ex parte infima ſit tectus, & à ſuperiori apertus, diuinitas enim latuit in carne humana, & per hanc notitiam illius habuimus iuxta illud Verbum caro factum eſt & habitauit in nobis: vel dicendum eſt diuinitatem humanitate tegi quæ nobis viatoribus illam reddit inuiſibilem, quamvis à parte ſuperiori ſit aperta beatis illam clarè videntibus: qualem etiam ſe oſtendit, & manifeſtauit Apoſtolis ſuis in monte Thabor. *u* Cum Chriſtus transfiguratus eſt ante eos. Quæ omnia dici non *u* Math.1. poſſunt de calceamento completo quod totum pedem comprehendit.

Objicies per calceamenta de quibus loquitur D. Auguſtinus non poſſe intelligi ſandalia quæ ſunt calcei impropriè dicti,deſuper corium non habentes, calceamenta enim ex eodem S.Auguſtino ſunt coria mortuorum, & nobis tegmina pedum, ſandalia vero non tegunt pedem,ſed pes ijs calceatus,nec tectus, nec nudus eſt ad terram. Ex dictis ſuprà reſpondeo ſandalia noſtra non eſſe quidem perfecta, & integra calceamenta totum pedem tegentia, ſed tantum aliquam illius partem: ita vt pes neque nudus neque tectus dicatur:quod ſufficit ad hoc vt dicantur tegmina pedum: reuera enim maiorem pedum partem tegunt, totam videlicet partem pedis infimam, & duæ illorum corrigiæ partem aliquam ſuperiorem propterea Lyranus vocat illa calceos impropriè dictos, deſuper corium, id eſt, integrum non habentes: ſed tantum feneſtratum, vt dicit Durandus, *x* non enim habent obſtragula integra quæ totum *x* In ration. pedem deſuper tegant,ſed tantum corrigias ex corio,quibus ad pedes ligatur, diuin.Offic. & pars etiam ſuperior ex parte tegatur vnde de illis verè dicendum eſt cum l. 3. rubrica Auguſtino ſandalia quid ſunt?Sandalia quibus vtimur coria mortuorum ſunt, de caligis & nobis tegmina pedum, ſed de his plura ſuo loco. ſandaliis.

Objicies iterum Chriſtum calceatum fuiſſe ex D. Antonino *z* *Chriſtum* *z* 1.part.tit. inquit,*calceatum videre poſſumus in eo quod Baptiſta ait, cuius non ſum dignus,* 23.c.1. para *&c. Petro quoque in Actibus Apoſtolorum dictum fuit ab Angelo accipe caligas* grapho 1. *tuas,& Marcus optimus eius imitator calceamentum ſuum cerdoni obtulit ad reſarciendum,item ex D.Chriſoſtomo quod nunc dicunt*(ait ille)*vellem ipſius,id eſt, Chriſti formam,aſpicere, figuram,calceamenta, &c.* Ad D. Antonini authoritatem dico Chriſtum quidem calceatum fuiſſe ſed ſandaliis, quorum non erat dignus S. Ioannes Baptiſta ſoluere corrigias,& ideò Angelus dixit ſancto Petro accipe caligas tuas, id eſt ſandalia, vt vult ipſemet Chriſoſtomus, *&* *&* In Act. vnde D. Marcus optimus Chriſti imitator, calceamentum ſuum, id eſt ſanda- Apoſt. homel. 26.

 lium

lium cerdoni obtulit reſarciendum, non enim aliud poterat in pedibus geſtare, niſi quod geſtabat D.Petrus,& præceperat Chriſtus Dominus,qui ipſomet referente D.Marco, *a* miſerat Apoſtolos ſandaliis calceatos,alioquin fuiſſet D.Marcus mandatorum Domini præuaricator: ex quibus ad verba D.Chriſoſtomi patet reſponſio deſiderantis videre formam Chriſti,figuram, & calceamenta ſcilicet ea quibus vtebatur,nempe ſandalia, neq; mirum videri debet, ſi non ſolùm ſcriptura ſacra,ſed SS.PP.aliquando pro ſandaliis vtūtur nomine calceamēti,ſandalia enim cū ſint genus,& ſpecies calceamēti, nec ab integro, & cōpleto calceamento differentiam vllam habeant,niſi ſecundum Maius vel minus, quæ non variant ſpeciem, nomine veri calceamenti veniunt. Et proptereà nomine calceamēti vſi ſunt etiam cum de ſandaliis loqui voluerunt,ac prætereà vt oſtēderent Chriſtum,aut Apoſtolos ſic calceatos, illóque cōmuni genere calceamentorum vſos fuiſſe,vt nudis omnino pedibus non inceſſerint.

a Marc.6.

Secundò Chriſtum Dominum calceatum ſandaliis ſiue ſoleis clarè, & euidenter probat Clemens Alexandrinus, pedagogi lib.2. de calceamentis cap.1. Vbi poſtquam,& gemmeorum ſandaliorum varia artificia improbauit,duplex genus calceorum diſtinguit, *calceorum enim vſus hic quidem eſt ad tegendos pedes, alius autem ad propulſandas offenſiones, & à montanis aſperitatibus plantam pedis conſeruans: ſunt itaque mulieribus albi concedendi calcei niſi iter ineant, tunc autem eis vnctis vtendum eſt, neque enim fœminam decet pedem oſtendere,& alioqui mulieri tener eſt ſenſus,vt facilè lædatur:viro autem pulchrè conuenit nullos habere calceos præterquam ſi militet,calceatum enim eſſe non paruam habet affinitatem cum eo quod eſt eſſe ligatum. Optimum quidem eſt exercitationis genus nudis vti pedibus, & ad ſanitatem, & ad expeditam facilitatem: vbi non prohibeat neceſſitas. Quod ſi iter non ingrediamur, nec nudis incedere pedibus pati poſſumus ſoleis vtendum eſt: eas autem Attici vocabant κονιποδας, quod pedes quantum conijcio terræ appropinquarent: tenuis ac ſimplicis calceaturæ teſtis ſufficit Ioannes qui dicebat ſe non eſſe dignum ſoluere corrigiam calceorum Domini, non enim curioſos aut ſuperfluos is habebat calceos, qui veræ philoſophiæ Typum Hebræis oſtendebat.* Hæc ſunt verba Clementis Alexandrini ex quibus Cornelius à lapide. *b* Vir vtique doctiſſimus probat Chriſtum portaſſe ſandalia ſiue ſoleas, *tales*, inquit, *ſoleas geſtaſſe Chriſtum docet Clemens Alexandrinus lib. 2. cap.* 11. & quidem benè quidquid in contrarium dicat Doctor quidam Neotericus qui vult præfatum Cornelium ipſum fontē minimè conſuluiſſe, ſed ex aliquo Authore riuulum extortum hauſiſſe, quaſi verò vir eruditiſſimus,& in Scripturis diuinis,Sanctorúmque Patrum lectione verſatiſſimus, Clementis Alexandrini pedagogi libros tres non legerit: cum probat ſoleas ſiue ſandalia portaſſe Chriſtum Dominum, ex verbis ſuprà citatis Clementis Alexandrini lib.2. pedagogi c. 11. quæ ſi ſtudioſè examinentur, & mentem Authoris inſpiciamus veriſſimum dixiſſe Cornelium à lapide euidenter cōnſtabit: diligenter itaque in his verbis notandum eſt, primò duplex diſtingui genus calceorum, vnum cujus vſus eſt ad tegendos pedes,alterum verò ad propulſandas offenſiones,& conſeruandas pedum plantas: primi generis ſunt calcei integri,& integri, & cōpleti ſiue ſint albi,aut vncti quos mulieribus

b In Act. Apoſt.12.

ribus concedit, & viris prohibet: hos enim vult nùdis incedere pedibus, niſi militent, aut aliqua prohibeat neceſſitas: ſecundi verò generis ſunt ſoleæ, quas vocant attici *κοίλαι* quæ quidem totum non contegunt pedem, ſed tantum partem illius, & præſeruant ab offenſionibus, & montanis aſperitatibus: & hos calceos concedit viris etiamſi aliquod iter non ſuſcipiant, qui nudis pedibus incedere non poſſunt, alioquin viros ſemper vult nudis pedibus incedere. Et hos calceos vult abſque dubio portaſſe Chriſtum Dominum cum ſubdit tenuis, ac ſimplicis calceaturæ teſtis ſufficiat Ioannes, qui dicebat non eſſe dignum ſoluere corrigiam calceorum Domini, non enim curioſos, aut ſuperfluos, is habebat calceos qui veræ philoſophiæ Typum Hæbræis oſtendebat, ſic enim licet ratiocinari Clemens Alexandrinus vult tantum mulieres calceos geſtare propriè dictos, viros verò nullos omnino habere, id eſt, nec eos qui totum pedem contegunt, nec alios qui non totaliter cooperiunt, & vocantur ſoleæ, ſed eos nudis pedibus incedere prætendit, quod ſi militent, aut alia exigente neceſſitate id non poſſunt, etiamſi iter non ingrediantur tunc ſoleas concedit quibus nulla tenuior, aut ſimplicior calceatura inueniri poteſt, ergo cum calceos Domini vocat tenuem, ac ſimplicem calceaturã intelligit de ſoleis, aut ſandaliis, non autem de calceis integris, & completis, quæ cum pedem contegant tenuis, ac ſimplex calceatura dici non poſſunt, neque alios calceos habere poterat Chriſtus Dominus qui veræ Philoſophiæ Typum Hebræis oſtendebat, non ſolum quia ſuperfluam rerum temporalium, & terrenarum curam conculcandam Iudæis docebat, verbo, ſed etiam opere, in habitu veræ philoſophiæ Chriſtianæ, pallio videlicet ſine calceis, & tegmine *c* talis erat habitus Philoſophorum Chriſtianorum vt ſuprà notauimus, *d* & infrà dicemus ſectione ſeptima, quod etiam confirmatur ex Palmero in Tertullianum. *e Nempe calceatus Chriſtianorum, qui & Græcorum crepidæ aut ſoleæ, quibus imæ tantum calces, ſeu plantæ tegerentur*, quid his verbis clariùs dici poteſt? Quid adhæc in contrarium afferri poſſit non video, audio tamen aliquem adhuc mutientem in ſuprà citatis verbis, Clementem Alexandrinum nequidem verbum habere de ſandaliis Apoſtolicis, quin imò ſupponere eos calceatos fuiſſe, cum milites, & iter agentes expreſsè calceatos inducat: procul dubio aut verba non intelligit, aut violenter nimis in ſuam ſententiam adducere conatur, quid enim intelligit per ſoleas quas iis concedit author qui nudis pedibus incedere nequeũt niſi ſandalia Apoſtolica, quæ etiam ſoleæ vocantur, *f* vndè D. Pater Auguſtinus, *g* dicit Apoſtolos fuiſſe calceatos ſandaliis vel ſoleis, malè ergo concludit Clementem Alexandrinum ſupponere calceatos Apoſtolos, quia inducit calceatos milites, & iter agentes quaſi aliquid commune haberent Apoſtoli, cum militibus ocreatis, aut caligatis, aut etiam cum iter agentibus, aut non agentibus, ſua enim milites habebant calceamenta ab aliis diſtincta ocreas videlicet, aut caligas, ex ferro vel ære: neque ex eo quod Clemens Alexandrinus ſoleas permittat iter non facientibus qui non poſſunt nudis pedibus incedere, indè ſequitur ergo ſupponit iter agentes eſſe calceatos, quia iſtos non propterea à nuditate pedum excludit ſi id poſſint, aut ſaltem à ſoleis, iter enim agentes ſi poſſint nudis pedibus incedere, tenentur id facere,

c Lucian. in Philot. deſcribens habitum Chriſtianum.
d paragraph 6. de pallio & 7. de ſandaliis.
e De pallio cap. 5.
f Suprà ſection. 1. verbo ſandaliũ
g Lib. 2. de conſ. Euãg. cap. 30.

hos enim vult nullos habere calceos niſi militent, aut prohibeat aliqua neceſſitas, ratione cujus debeant portare ſoleas, aut etiam calceos integros, neque hic loquitur Clemens Alexandrinus de iter agentibus vt poſſint, vel debeant in via calceos geſtare, niſi militent, aut ob aliquam neceſſitatem : imò Contrarium ſuadetur cum dicit vſum alium calceorum nempe ſolearum eſſe ad propulſandas offenſiones, & à montanis aſperitatibus plantas pedum conſeruandas, quod non diceret niſi iter agentes ſimiles etiam, id eſt, ſoleas geſtare deberent, Apoſtoli autem nec milites fuerunt, nec ob aliquam neceſſitatem etiamſi totum orbem circumierint, calceos completos in pedibus habuerunt, nec ſemper nudis pedibus propter diuturnas eorum peregrinationes inceſſerunt : ſed tantummodo ſoleis, ſiue ſandaliis juxta mandatum Domini vſi ſunt, qui miſit eos calceatos ſandaliis vt in ſequenti ſectione diffusè probabimus.

Tertiò, Chriſtum geſtaſſe ſandalia euidenter probatur ex Anaſt. Bibl. in Nicol. 1. Baronio anno 861. & Ioanne Seuerano Congregationis Oratorij Romani presbytero in ſuis ſacris monumentis ſeptem Eccleſiarum almæ vrbis, quorum vltimus refert in cappella vulgo ſancta ſanctorum ſupra ſcalam Sanctam ædificata inter alias Inſignes reliquias fuiſſe ſandalia Domini noſtri, quæ certis ac ſtatutis temporibus præcipuè in feſto exaltationis ſanctiſſimæ crucis, ab Eminentiſſimis Cardinalibus cum præputio eiuſdem Chriſti Domini, Sacro Sancta Saluatoris imagine, & aliis proceſſionaliter portabantur, ſummo Pontifice nudis pedibus ad Baſilicam S. Ioannis Lateranenſis procedente : Alij verò dicunt quod Ioannes Epiſcopus Rauennas de multis exceſſibus coram Nicolao ſummo Pontifice accuſatus, & præcipuè quod quaſdam Epiſcoporum ſcripturas adulteraſſet, quæ in Archiuio Eccleſiæ Rauennatis conſeruabantur, eántque authenticæ obedientiæ debitæ proteſtationes, quam ſedi Apoſtolicæ antiſtites Rauennates præſtare tenebantur, poſt promulgatam contra ipſum à ſummo Pontifice excommunicationis ſententiam, facti tandem penitens, & contritus ad ſynodum venit, vbi aliam manu propria obedientiæ ſuæ erga ſedem Apoſtolicam iuxta ſolitum prædeceſſorum ſuorum ſcripſit confeſſionem, quam ſupra Crucem, & ſandalia Domini noſtri, ac Sacro ſancta euangelia poſuit, coram omnibus Iurans, & proteſtans intelligibili voce ſe illud omne inuiolabiliter obſeruaturum quod in illa ſcriptura continebatur, Præterea in Imagine Beatæ Virginis Mariæ de populo à B. Luca vt creditur depicta, videtur Chriſtus Dominus ſandaliatus : Sicut, & in multis aliis, de quibus dubitare omnino temerarium eſſet, maximè vero cum ipſa adhuc videantur ſandalia, & tangi poſſint. Neque alia calceamenta ferre poterat Chriſtus Dominus, qui in ſuo veſtitu, & cibo, quamdam communem viuendi formam ſecutus eſt, communis autem vſus erat, vt Homines in his regionibus ſandaliis calceati incederent : Vnde Nicolaus de Lyra loquens de ſandaliis Iudith. *h Induítque ſandalia pedibus ſuis, id eſt, calceamenta æſtiualia corium deſuper non habentia.* Et D. Hyeronimus *i* In illa verba Iſaiæ, *Solue ſaccum de Lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis,* ſic ait, *precipitur Iſaia vt depoſita ſaccea tunica &c. Et calceamentis è pedibus quæ ſeptuaginta ſandalea, id eſt Caligas vocant nudus, & diſcalceatus*

h In ca. 10. Iudith.

i In Iſai. l. 5 cap. 20.

ceatus incederet. Calceamenta ergo ordinaria Iſaïæ quæ deponere debebat erāt ſandalia, & de facto Prophetæ omnes, aut nudis omnino pedibus, aut calceati ſandaliis depinguntur. Accedit teſtimonium D. Thomæ. *k* Qui dans rationem, cur Chriſtus Apoſtolis ſuis calceamenta prohibuerit hanc aſſignat ſicut de auro, & argento *, vt apud omnes pauperes reputarentur: Vnde Apoſtolus 1. Corinth. 1. non multum potentes elegit Deus, ideò voluit quod abiecti eſſent, pauperes enim in partibus Orientis vadunt diſcalceati, vtuntur tamen quibuſdam quæ ſandalia dicuntur, & fiunt de paleis: ideò volebant, vt irent ſicut pauperes illius patriæ.* Scilicet cum ſandaliis quibus etiam D. Ioannes Baptiſta vſus eſt, vt refert du Breul in ſuis Antiquitatibus Lutetiæ Pariſiorum fol. 354. dicens Ioannem ducem Aruerniæ, & Bituricum, comitémque pictauienſem Ioannis Galliarum Regis filium, ſibi per literas Apoſtolicas, conceſſum vnum ex calceis, ſiue ſandaliis D. Ioannis Baptiſtæ, Monaſterio Carthuſienſium vallis viridis Pariſienſis ſumma liberalitate donaſſe. *k* In Math. 10.

Ex quibus probatur vltimo Chriſtum calceatum ſandaliis inceſſiſſe, quia ſuos Apoſtolos ſic ambulare præcepit, id enim Chriſtus tantum fecit, quod ſuos Apoſtolos facere voluit qui primo cœpit facere, & docere, & maximè ridiculoſum eſſet aſſerere aliter Chriſtum aliter Apoſtolos vixiſſe, & Chriſtum regulam non ſeruaſſe, & Apoſtolos aliud quam Chriſtum habuiſſe perfectionis exemplum. Tota ergo difficultas eſt, an ſuos Chriſtus Apoſtolos ſic incedere voluerit, quod facilè ſequenti ſectione demonſtrabo.

§. III.

Probatur Apoſtolos ſandaliis fuiſſe Calceatos.

Adeò clarum, & euidens eſt D. Marci teſtimonium. *l* in fauorem ſandaliorum Apoſtolicorum, vt nullus omnino ſuperſit ambigendi locus, quis enim non videat aut videre nolit? Apoſtolos expreſsè Domini mandato calceatos fuiſſe, *& præcepit eis ne quid tollerent in via niſi virgam tantum, non peram non panem, neque in Zona æs ſed calceatos ſandaliis, & ne induerentur duabus tunicis,* ſandaliis ergo iuxta præceptum Domini vtebantur Apoſtolo, qualia iubet Angelus Apoſtolo Petro accipere, vt conſtat ex illo Act. 12. vbi nos legimus, *calcea te caligas tuas,* Græcè legitur *ζωσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου,* Id eſt, præcingere, & ſubliga ſandalia tua, œcumenius verò in hunc locum ſic legit *præcingere, & ſubliga ſoleas tuas,* ſandalium autem, vt iam diximus eſt calcei genus ad inſtar ſolearum quibus antiquitus Romani vtebantur, & Græci, vnde, & ſoleati homines dicebantur qui ſoleis vtebantur, quæ infimam tantum pedis partem tegebant, ideſt plantæ ſubſtratæ à ſcrupulorum punctionibus pedem præſeruabant, & ſu ernè co rigia vel fibula ne ebantur: ſimiles ſanè, ſotularibus illis quibus nunc re gioſi . mi Patres diuerſorum Ordinū Reformati vtuntur, qui cum Chriſti *l* Marc. 6.

viram, & paupertatem, nec non Apoſtolicæ vitæ perfectionem in aliis, maximo cum virtutum nitore imitentur, ſimilem etiam incedendi formam in ſandaliis profitentur.

Neque obiiciat nobis criticus aliquis gloſſam interlineatem ſuper eumdem locum Act.12. *exemplum datur non ſine calceamentis ambulandi, Angelo iubente, & Petro complente.* Soluitur enim ex D. Bonauentura per initium eiuſdem interlinearis, vbi dicitur *Caligæ ſunt calceamenti genus*, & communiter ſandalia vocantur vt ſuprà diximus, ſine quibus non erat ambulandum,

Apoſtolos verò ſic calceatos diffusè probat S. Bonauentura in opuſculo de ſandaliis Apoſtolorum ex gloſſa ad Epheſ.6. & Math.10. vbi dicitur ſandaliis, vel ſoleis vſos fuiſſe Apoſtolos ex picturis, & cælaturis antiquarum Apoſtolicarum imaginum, & nouarum in quibus omnibus vel cum ſoleis, vel nudis pedibus exprimuntur: Item ex ipſis ſandaliis Apoſtolorum, & Chriſti diſcipulorum, quæ vſque in hodiernum diem pleriſque in locis, ad huius veritatis adſtipulationem, & deuotionem fidelium reſeruantur, ſicut cernimus in ſolea Sancti Petri quæ adhuc Romæ ſeruatur: in ſandaliis S. Andreæ, quæ ſe vidiſſe affirmat Cornelius à lapide in locum Act.12. ſimilia iis quibus vtuntur Reuerendi Patres Capucini, & Patres noſtri, & ab Hiſpaniis vocantur *Alpargatas.* Idem in Eccleſia oruetenri dicitur ſeruari inter alias reliquias, aliud ſandalium S. Petri, quidam verò volunt eſſe Sancti Andreæ Apoſtoli.

Accedit teſtimonium Petri manducatoris in Hiſtoria ſcolaſtica titulo quod Apoſtoli miſſi ſunt cum poteſtate curandi, *Secundùm Marcum ſoleis, vel ſandaliis iuſſi ſunt vti id eſt peronibus.* Sed quid Clarius verbis Angelici doctoris ſancti Thomæ. *m Calceatos,* inquit, *pedes in præparationem Euangelij pacis, in ſignum huius miſit Apoſtolos Dominus Marci 6. Calceatos ſandaliis, quæ habent ſubtus ſoleas: Per quod ſignificatur Eleuatio mentis à terrenis: & aperta ſunt ſuperius, per quod ſignificatur promptitudo ad Diuinam Sapientiam.* Audiamus D. Chriſoſtomum in Act. Apoſt. Homel. 26. Vbi loquitur de S. Petro *dixitque Angelus ad illum præcingere, & ſubliga ſandalia tua: Iterum hoc loco oſtendit quod non, & dolis euaſit, nullus enim feſtinans, & euadere fugiendo volens tantam diligentiam adhibet, itaut etiam ſandalia accipiat, & ſe præcingat.*

m Epiſt. ad Epheſ.ca.6.

Vſus ſandaliorum in Eccleſia.

Quare in huius rei confirmationem modo etiam communiter ſandalia calcei Apoſtolici nuncupantur, eorúmque vſus in hodiernum vſque diem in Eccleſia, in memoriam vitæ Apoſtolicæ retinentur. Vnde in quibuſdam anni ſolemnitatibus Eminentiſſimi S. R. E. Cardinales Summo Pontifici in Capella aſſiſtentes iis vtuntur: Imò, & Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores, eadem celebraturi aſſumunt, *Celebraturi igitur Pontifices, pedes interea dum dicuntur quinque Pſalmi in præparatione Euangelij pacis caligis, & ſandaliis calceantur: Quorum pulchritudinem admirabatur Propheta dicens, quàm ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona vnde Apoſtolus ad Epheſios calceati pedes calceamentis virtutum, & in Euangelio legitur*

Dominum

Dominum miſiſſe Diſcipulos ſuos Sandaliis calceatos vtique in præparatione Euangelij pacis, ſi enim calceati non eſſent quomodo ſuper ſerpentes, & ſcorpiones calcare potuiſſent: cogitent igitur Epiſcopi cur ita calceati ſunt: imitentur eorum exempla, quorum imitantur calceamenta. Et paulò pôſt, *habent autem de ſubtus integram ſoleam deſuper verò corium feneſtratum, quia greſſus Prædicatoris, & ſubtus debent eſſe muniti ne polluantur terrenis, iuxta illud Dominicum excutite puluerem de pedibus veſtris, & ſurſum aperti quatenus ad cognoſcenda myſteria ſeu cæleſtia reuelentur*, hic vides perfectam ſandaliorum noſtrorum delineationem quæ calceamenta virtutum, & calceamenta Euangelica in præparatione Euangelij pacis, myſticè appellantur: multâque alia myſteria continent, quæ calcaneorum nudorum inſidiatores in ſolis calceis completis reperiri volunt, quæ tamen Alcuinus, *n* agnoſcit, ac proſequitur in ſandaliis, *ſandalia de ſubtus habent ſoleam integram, & plantam pedis cooperiunt ne blaſphemus infidelis ignorans verbum Dei illud contemnere, & ignominioſè tractare poſſit: deſuper verò habent corium feneſtratum, & apertum vt fidelis ſufficientem habeat doctrinam*, alia nobis indicat myſteria Diuus Pater Auguſtinus, *o vt pes neque tectus ſit neque nudus ad terram, id eſt, nec occultetur, Euangelium, nec terrenis commodis innitatur.* Imo verò Carnotenſis *p ſandalium eſt liber Scripturæ, & pes Epiſcopi Prædicator, qui ſuper ſandalium, & non ſuper terram ambulare debet, ne terrenis commodis innitatur: deſuper non omnino eſt apertum, ſed feneſtratum, ne omnia Euangelica Sacramenta omnibus indignis reuelet.* Et Epiſcopus ſandalia calceans vt Miſſam celebret Dominicæ incarnationis calceamentum denotat, inquit Rupertus, de quo vide ſuprà ſectione 2.

n Lib. de diuin. offic.

o Lib. 2. de conſen. Euang. c. 30.

p Sermo. de ſignif. indum. Sacer.

Nec ſolùm Epiſcopi, ſed omnes etiam olim Sacerdotes imò Diaconi calceati ſandaliis Miſſam celebrare, & per comitatum diſcurrere tenebantur, ſic præcipiente ſacroſancta Epiſcoporum Galliæ Synodo à Bonifacio collecta anno 742. Modò tamē ſolis Epiſcopis ſandaliorum vſus permiſſus eſt, vt optimè notauit Durandus *q* in ſuo rationali qui ſex tantum aſſignat ornamenta Epiſcopis, & Sacerdotibus communia: ſcilicet, Amictum, Albam, Zonam ſeu cingulam, & ſtolam, manipulum, & caſulam ſeu planetam: nouem verò ſolis Epiſcopis concedit, videlicet caligas, ſandalia, ſuccinctorium, tunicam, dalmaticam chyrotecas, mitram, annulum, & baculum paſtorale. Quando autem agit de ſandaliis, ſic ait, *Diaconi non debent vti compagis, id eſt, ſandaliis, neque mappulis, id eſt, calceamentis Epiſcopalibus abſque indulgentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali: olim enim vtebantur quia eorum erat diſcurrere per comitatum, hodie ergo nec ipſi, nec Sacerdotes vtuntur. Sed Epiſcopi ſolum, vt per veritatem ſandaliorum notetur varietas officiorum.*

q Lib. 3. de indum. Sacerd. & Pontific.

Ex quibus liquidò conſtat maximo ſemper in honore fuiſſe ſandalia, tanquam vera Chriſti, & Apoſtolorum calceamenta: contra eos qui volunt nomen ſandalij tam malè audire apud Origenem, vt inſinuet ſignificare doctrinam hęreticam ex eo quod dicat, *r Omnis ſermo hæreticus, nec calceatus omnino, nec omnino diſcalceatus eſt*, quaſi dicat ſandaliatum. Quis vnquam ſimilem audiuit conſequentium, quam planè ridiculam eſſe euidenter patebit: ſi ſinceram, & Germanam Origenis mentem expoſuerimus. Loquitur ergo in

r In Math. 22.

Yy illo

illo loco de duobus animæ viris, quorum prior fuit ſermo Moſaicæ legis, ſecundus autem Euangelicus ſermo, cui nubit omnis anima recta, mortua lege:propinquus autem qui non vult accipere fratris ſui vxorem habetur omnis hæreſiarcus ſermo. & propterea accedit ad eum anima ſancta, & ſub præſentia ſeniorum excalceat eum calceamentum eius vnum, & ſic ignominat eum quia contra legem agit, omne enim dogma, quoniam ex occaſione veritatis Scripturarum naſcitur, plerumque in aliqua quidem parte verum dicit, in alia autem falſum: in qua ergo parte falſum dicit, in ea parte arguitur, & conuictum ab anima ſancta excalceatur à colore veriſimilis erroris ſui, quod fuerat calceatum. Et ideo omnis Hæreſiarcus ſermo nec ad plenum excalceatus eſt nec ad plenum calceamentis ornatus.

Hæc ſunt ipſamet verba Origenis, ex quibus vides quam male inferant ergò ſandalia ſignificant doctrinam hæreticam, vbi enim in toto illo capite de ſandaliis loquitur, ſanè nec verbum quidem reperitur, ratione cuius poſſit aliquo modo dici pedem ſandaliatum, id eſt, vt ipſi volunt nec omnino calceatum, nec omnino diſcalceatum hæreticam repræſentare doctrinam. Id enim eſt contra veram Origenis intelligentiam, qui tantum in hoc loco loquitur de illo propinquo nolente accipere vxorem fratris ſui defuncti, qui vnum pedem omnino nudum, & excalceatum habebat: & alterum calceatum, & propterea optimè repræſentat ſermonem hæreticum qui plerumque in aliqua parte verum dicit, in alia autem falſum; Vnde concludit omnis ſermo Hæreſiarcus, nec ad plenum excalceatus eſt, nec ad plenum calceatus.

Sed illi proprio Marte, & malè affecto ſenſu inferunt quaſi ſandaliatum cum nullo modo ſandaliis, aut pedibus ſandaliatis, nec explicitè, aut æquiualenter loquatur: falſum enim eſt de ſandaliato dicere quod pedem vnum nudum habeat, & excalceatum, alium veró calceatum, vtrumque ſiquidem ſandaliis calceatum habet. Quare idem omninò iſtis reſpondere poſſem quod Chriſtus Dominus reſpondit Saducæis qui ad deffenſionem errorum ſuorum

s Math. 22. hoc præferebant exemplum de lege Moſaica, *s* præcipiente vt ſi quis mortuus fuerit non habens filium ducat frater ejus vxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo, *erratis*, ait illis Ieſus *neſcientes Scripturas*, errant & illi non intelligentes Scripturas, & falsò Origeni viro vtique doctiſſimo imponentes, quaſi de ſandaliis malè audiat, qui illa tanti ſemper fecit, & nuditatem pedum tanto in honore habuit, vt per multos annos abſque omni calceamento nudis tradatur inceſſiſſe pedibus. Quaſi verè ſandalia doctrinã repræſentent hæreticam, quæ Auguſtiſſimum Dominicæ incarnationis myſterium, doctrinam Euangeliorum, omniúmque virtutum myſteria ſignificant, vt ſuprà ex D.P. Auguſtino Ruperto, Alcuino Durando, & Iuone Carnotenſi probauimus, ſed dubia magis, & in omnibus ſuſpecta videtur contraria doctrina.

Verum vlterius progrediamur, aliámque probationem ab Alphonſo Toſtato quæramus, viro vtique doctiſſimo, & in ſacris literis vſquequaque verſatiſſimo, qui reddens rationem cur potius puluerem de pedibus quam de aliis par-

t q. 83. in ribus exutiebant Apoſtoli ſic ait, *t Quia hoc erat in teſtimonium, quod pedibus ſuis ingreſſi eſſent in vrbem, vt in prædicatione proficerent, & excluſi ſunt ſic dicit*

dicis Hyeronimus ſuper Mathæum: puluis excutitur de pedibus in teſtimonium laboris ſui, quod ingreſſi ſunt ciuitatem, & Prædicatio Apoſtolica vſque ad illos peruenit, & ſic tenendum eſt quod ſolum puluerem pedum excuterent, quia actuum tertiodecimo dicitur de Paulo, & Barnaba, quia excuſſo puluere receſſerunt: modus autem excutiendi fortè erat quod puluis calceamentorum excuteretur, quia puluis eorum dicitur puluis pedum. Apoſtoli autem calceamenta non habebant, vt patet ſuprà in litera, & Lucæ 10. ſed habebant ſoleas quæ vocantur ſandalia Marc.6. ſcilicet calceatos ſandaliis, tollentes ergo ſoleas de pedibus collíderent eas inuicem, & ſic puluerem de illis excuterent contra ciuitatem, nam de pedibus puluerem extergere poterant, vel radere: ſed non excutere, & tamen excutiebant vt dicitur hic, & Marc.6. & Lucæ 9. ergo ſoleas collidebant, ex quibus ſequentia colligo. Primò Apoſtolos non habuiſſe calceamenta integrà, ſed ſoleas quæ vocantur ſandalia. Secundò debuiſſe excutere puluerem in ſignum laboris ſui, & quod pedibus ſuis ingreſſi eſſent ad eos, vt in prædicatione Euangelij proficerent vnde collidentes ſandalia ad inuicem ſic puluerem de illis excutiebant, vel vt ait Barradas Tom.2.li.9.c.12. de Miſſione Apoſtolorum folio mihi 648. dici poteſt non excalceaſſe ſandalia, ſed pedes exterſiſſe vel excutiſſe aliquo in lapide, vel ligno. Tertio Paulum, & Barnabam Apoſtolos ſic feciſſe cum à ſpiritu ſancto ad opus prædicationis inter gentes miſſi, & ab Antiochia Piſidiæ in qua verbum Dei annuntiabant, excuſſo puluere pedum in eos, venerunt Iconium vnde conſtat ipſos fuiſſe non ſolum in Iudea prædicantes, ſandaliatos: ſed etiam apud gentes ad quas miſſi fuerant: neque in his ante paſſionem Domini fuiſſe diſpenſatos, cum poſt illam ſic inceſſerint, puluerémque de ſandaliis excuſſerint, de quibus plura in ſequenti ſectione.

Afferrem adhuc Abdiæ Babylonici teſtimonium dicentis Apoſtolos fuiſſe ſandaliatos, poſſem dicere inter Græcos, & Rutenos omnes cum ſandaliis depictos eſſe. D. Marcum ruptam ſandalij ſui corrigiam, cuidam reſarciendam dediſſe. Sandalia D. Bartholomæi vigintiquinque ſpatio annorum ſpatio attrita non fuiſſe, ſed hæc omnia ſufficiant quæ quemlibet quamvis obſtinatum, & malè affectum conuincere debent, vt fateatur Apoſtolos calceatos fuiſſe ſandaliis: quid enim in contrarium allegari poteſt? Et quis hoc negare audet? Quod clamant lapides, teſtantur picturæ, aſſerunt ſacræ Scripturæ, vox populi, & vniuerſalis Eccleſiæ confirmat, probant Sancti Patres, quod oculi vident, manus palpant, & tot myſteria manifeſtant, ac etiamnum hodiè in Baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe, ad læuam infrà altare Majus collocata videtur ænea ſtatua S. Petri, cujus ſandaliatis pedibus quotquot fideles ingrediuntur capita ſua in ſignum obedientiæ ſubmittere poſſe gloriantur: ſanè ſi hoc feciſſent ſandaliorum cenſores, ſolearum Chriſti, & Apoſtolorum non eſſent infamatores.

Præterea in libro cui titulus Roma ſubterranea à Paulo Aringho Romano congregationis Oratorij Preſbytero nouiſſimè in lucem edito. *u* Hæc referuntur, *& quidem enarratis hactenus nonnulla notatu digna ſubtexeamus in iiſdem quibus paſſim vt videre eſt ſubterranea Roma illuſtratur tabulis, ſacratiſſima*

u tom. cap.28. fol. 592.col. paragraph. 3.

Chriſti,& Apoſtolorum imagines,plerumque calceatos ſandalijs pedes præ ſe ferunt quæ ſubſtratas quidem ſoleas continent , in ſuperiori autem parte aperta ſunt & corrigiis inuicem ad commodè ambulandum reſtringuntur : porrò ſandalia iſthac effictas quaſdam ſoleas intuentibus exhibent, cuiuſmodi obſeruantiores potiſſimum Franciſcani Capucinorum familiæ , atque inſtituti deferre ſolent , quæ communi Italorum voce vulgo ſcarpe à l'Apoſtolica *appellantur. Antiquiſſimum verò eorundem exemplar in conſpicuo , ac celebri Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini S. R. E. Vice-Cancellarij muſæo aſſeruatur.*

Reſpondebit Criticus quidam , ad locum Scripturæ Marci 6. ad ſandalia Apoſtolorum quæ etiamnũ hodie extant,ad picturas,& cœlaturas antiquarũ, & nouarum imaginum Apoſtolorum cum ſandaliis , & authoritates Sanctorum Patrum , id totum referendum eſſe ad primum illud tempus quo nudipedes, vel ſandaliis calceati Apoſtoli in Iudæa per caſtella, & ciuitates prædicaturi pergebant : non autem ad illud quo reſtitutis omnibus,vſque ad marſupium,ad totius orbis conuerſionem à Chriſto ſunt miſſi: Apoſtoli enim nudipedes tantum, aut ſandaliis calceati fuere,dum in Iudæa verſabantur : poſteà verò dũ in vniuerſum orbẽ diſperſi ſunt,nec nudipedes, nec ſandaliis calceati inceſſerunt. Sed quis non videt, ex iis quæ ſuprà diximus Diuum Paulum,& Barnabam etiam ad gentes poſt Chriſti paſſionem miſſos habuiſſe ſandalia: Item Diuum Marcum ſandalium ſuum reſarciendum dediſſe quod Diuus Antoninus vocat calceum , quia tali calceo vtebantur Apoſtoli vnde ipſemet Marcus dicit Chriſtum Apoſtolos ſuos miſiſſe ſandaliis calceatos. Quare non mirum ſi Abdias hunc calceum appellet ſandalium , cujus ſcripta quamvis in multis pro Apochriphis habeantur, tamen in hoc verum dixit cum aliundè ex Scripturis , & Sanctis Patribus , id manifeſtè probetur. Præterea longè probabilius eſt ſandalia Apoſtolorum quæ modò reperiuntur , & pro reliquiis piè à Chriſti fidelibus venerantur , non eſſe illa quæ in Iudæa deferebant , ſed potius quæ inter gentes geſtabant : ſi enim illos non vidiſſent ſandaliatos , eorum imagines minimè ſandaliatas , repræſentaſſent , ſed potius omninò calceatas , ſi veros calceos in pedibus habere vidiſſent. Ad hæc Diuus Marcus, Sanctus Thomas , & alij abſolutè dicunt Chriſtum miſiſſe Apoſtolos calceatos ſandaliis , abſque vlla temporis reſtrictione : itavt poſteà habuerint calceos integros & completos, neque in hoc ante Paſſionem Domini diſpenſati fuerunt , vt ſectione quinta oſtendam, vbi Apoſtolos antè paſſionem nudis pedibus inceſſiſſe, poſteà verò ſandaliati fuerint. Denique hoc tandem habemus , & abſque vlla contradictione Chriſtum , & Apoſtolos aliquo ſaltem tempore fuiſſe ſandaliatos de his plura in ſequentibus.

* *
*

SECTIO I V.

SECTIO IV.

Probatur Chriſtum Dominum, & Apoſtolos aliquando nudis omnino pedibus inceßiſſe.

IAm ſuprà oſtendimus Chriſtum Dominum, & Apoſtolos ſaltem aliquando fuiſſe calceatos, nunc reſtat probandum aliquando etiam nudis omnino inceſſiſſe pedibus. Et primò quidem id magnifeſtè oſtendo ex ipſomet Euágelio in quo Chriſtus Apoſtolis ſuis vſum calceamentorum interdicit Math. 10. *Nolite poſſidere aurum, neque argentum neque pecuniam in zonis veſtris: non peram in via neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.* Lucæ Item 10. *Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta.* Et Lucæ 22. alloquens Apoſtolos ait *quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis nunquid aliquid defuit vobis &c* Quæ ſane ad litteram debent omnia intelligi iuxta mentém & ſententiam D. P. Auguſtini *x* qui hunc vltimum locum explicans ſic ait *neque in eo quod ex Euangelio commemorauimus, verba tantum Domini fuerunt, ſed obtemperantium quoque Diſcipulorum facta ſecuta ſunt.* Ideſt iuxta mandatum Domini, nec ſacculum, aut peram ferebant in via, & ideo Math. 10. *Eſurientes eius Diſcipuli, cœperunt ſabbato vellere ſpicas vt manducarent.* Non ergo aliquid portabant, & conſequenter nec calceamenta ſed nudis pedibus incedebant Apoſtoli, & tamen nihil illis defuit. Et ſi Apoſtoli calceamentis non vtebantur, neque Chriſtus vtebatur id enim quod iuſſit ipſe fecit.

x lib. 22. cõtra fauſt. cap. 77.

Hanc etiam ſequuntur ſententiam multi alij non infimæ notæ Doctores, ác Sancti Patres *z* ex quibus aliquos hic tantùm ſeligam, & primò D. Hyeronimum Epiſt. ad Euſtôch. de Cuſtodia virginitatis. *Et Moyſes & IESVS naue nudis pedibus iubentur incedere. Et Diſcipuli ſine calceamentorum onere, & vinculis pellium ad predicationem noui Euángelij deſtinantur, & milites veſtimentis Ieſu, ſorte diuiſis caligas non habebant quas tollerent: nec enim poterat habere Dominus quod prohibuerat ſeruis*: Item epiſt. ad Ageruch. circa medium *Apoſtoli toto orbe peregrini non æs in zona, non virgam in manu, non calligas habuere in pedibus* Quidam ſcribunt non calceos habuere in pedibus. Prætereà in Amos cap. 3. *Vnde & Apoſtoli abſque calceamentis, & vlla mortui animalis pellicula nudis pedibus iubebantur incedere.*

Fauent etiam S. Criſoſtomus ſuper Math. homilia vltima *Apoſtoli vna cum tunica & diſcalceati circuibant totum mundum, & ſuperabant*: Item homel. 34. in Matth. *iam vero vt intelligant nouum hoc eſſe belli genus, & inſolitum preliandi morem cum illos nudos mitteret, vna indutos tunica, ſine calceis abſque virgâ, & abſque Zona, & pera, & ab excipientibus ali iuberet, non fecit hic dicendi finem, ſed inexplicabilem virtutem ſuam proferens, etiam ſic euntes inquit, manſuetudinem tamen ouium oſtendite, quamuis ad lupos ituri. &c.*

z Lyran. Math. 3. Luc. 7. Dyon. Carth. eod. cap. & in Luc. c. 22. D. Bonau. in vita Chriſti cap. 28. Ephi. l. 2. t. 1. hær. 52. & l. 3. t. 2. hæt. 23. Brunò de Imag. c. 9. Toſt. q. 68. in c. 3. Math. Cornel. Ian. 5. in c. 16. Concor. Euang. did. ſtell. in c. 3. Lucæ Math. Toring. in

Prætera in Math. 10. in illud *non poſſideatis aurum* &c. *Non dixit non accipiatis*

replicat. contra Burge. in cap. 1. Marc. S. Hyeronimus. Origenes Greg. Nazian. Chriſoſtomus Eutymius Ambroſius Antoninus &c.

piatis vobiſcum, ſed non poſſideatis, vt ſi, & aliunde ſumere poſſent, recuſarent tamen, ac pernicioſam hanc ægritudinem fugerent, quo quidem recepto multa profectò præparantur, atque comparantur. Primum nulla de diſcipulis poteſt eſſe ſuſpicio, deinde ab omni ſeculari Cura, ſic ipſos liberos reddit, vt prædicationi ſolum vacare poſſint, ad hæc immenſam eius potentiam ipſis patefacit, quod, & poſtea commemorauit dicens., nunquid vobis tunc aliquid defuit, quando vos nudos, & abſque calceis miſi Et paulo poſt *quid autem vt peram non habeant in via, nec duas tunicas, nec virgam, nec calceos? quanam de cauſa eis iniunxit? exactiſſimè certe ſublimioris vitæ fundamenta voluit iacere: ſic & in Superioribus nullam de craſtino die curam ipſos habere hortatur, nam cum ad vniuerſi terrarum orbis magiſterium ipſos miſſurus eſſet, non iniuria ad Angelicam vt ita dixerim diſciplinam, ex humana vita traducit, ab omni cura rerum ſecularium liberos reddens, vt vni rei, Prædicationi videlicet euangelij ſolummodo vacarent.*

Dioniſius Carthuſianus in Luc. 22. loquens de Apoſtolis *Nudis pedibus inceſſerunt ſicut, & Chriſtus in ſignum contemptus huius mundi.* S. Ambroſius libro de fuga ſeculi cap. 5. *Tranſi ſicut Moyſes, vt videas deum Abraham, Iſaac, & Iacob, & videas viſum magnum: Sed ſi videre vis ſolue calceamentum pedum tuorum, ſolue omne vinculum iniquitatis, ſolue vincula ſæculi, relinque calceamentum quod terrenum eſt. Ideo Ieſus ſine calceamento, auro, & argento Apoſtolos deſtinauit, ne ſecum terrena portarent, qui enim bonum quærit non in Calceamento, ſed pedum velocitate, & decoro laudatur, dicente ſcriptura quam ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona ſolue ergo calceamentum pedum tuorum, vt ſpecioſi ſint ad Euangelizandum.* Origenes in libro Regnorum homil. vnica. *Ego puto quod propterea, & Apoſtolis ſuis Saluator præcepit ne haberent calceamenta in pedibus ſuis: Vt ipſorum pedes qui currebant ad vitam æternam omni carerent mortalitatis inditio, quippe illam vitam incederent, quæ dicit ego ſum via, veritas, & vita.* S. Antoninus tertia parte ſummæ tit. 31. cap. 8. de Apoſtolis *& dedit Chriſtus formam exterioris conuerſationis, dicens nolite portare ſæculum, nec peram nec pecuniam, nec calceamenta nec duas tunicas habeatis, gratis accepiſtis gratis date, & huiuſmodi inducens eos ad paupertatem, & auſteritatem vitæ, iſta enim multum ædificant auditores* Ex quibus plane intelligis Chriſtum voluiſſe, vt Apoſtoli ad literam ſine calceamentis ambularent, inducens eos ad paupertatem, & auſteritatem vitæ. Et propter alias rationes myſticas, & morales in præfatis authoritatibus deſcriptas.

& Orat. 12. Vnde non miror ſi Sanctus Gregorius Naziazenus. & Ex D. Bonauentura in opuſculo de Sandaliis Apoſtolorum *optauerit Homines videre, qui vixerent ad exemplum Prædicatoris Euangelij Chriſti, nudis pedibus incedentes, propter regnum pauperes, propter paupertatem reges*, taleſque vult eſſe Prædicatores, & diſcipulos Chriſti *ſimili modo ſiquis Diſcipulus ad Prædicandum Euangelium mittitur frugalitati, ac ſimplicitati ſtudeat; quippe præter id quod nec æs nec Baculum, nec duplicem tunicam habeat, & nudis pedibus iter facere oporteat, vt pulchri pedes Euangelizantium pacem, atque omne bonum appareant.*

reant. Tandem D. Bonauentura multis in locis, in vita Chriſti, in Regulam Fratrum Minorum, & in Apologia pauperum *Obſecro ſi Chriſtus nudis pedibus Minimè inceſſiſſet qualiter rationabiliter de Phariſæo conqueſtus fuiſſet dicens aquam pedibus meis non dediſti.* Poſtea concludit *Chriſtus nudis pedibus inceſſit, & Apoſtoli ad mandatum ipſius* quare optimè Euſebius Cæſarienſis. *a* Refert Origenem voluiſſe præcepta Euangelica admplenda eſſe, *Ante omnia vero præcepta Euangelica, & voces Saluatoris ſummo amore, & ſtudio implenda eſſe cenſebat, quibus præcipitur duas tunicas non habendas, nec calceamentis vtendum, nec de craſtino cogitandum.* Et ſequitur *Ita denique per multos annos, abſque omni calceamento nudis traditur inceſſiſſe veſtigiis.*

a lib. 6. Eccl. hiſt. c. 3. de laudibus Origenis

Sed quod obſtinatiſſimum quemque conuincere debet ſunt ipſamet veſtigia pedum Chriſti nudis pedibus impreſſa lapidibus, qui pluribus in locis ab iis perſpiciuntur, qui pietatis ergo terram ſanctam, ſacrataque Chriſti loca inuiſunt, voluit enim Saluator noſter iis locis inquibus inſigne aliquod opus faciebat, aperta, atque explorata humilitatis & paupertatis ſuæ monumenta relinquere. Imprimis vero Burchardus in deſcriptione terræ ſanctæ *b* Refert in Vrbe Nazareth in deflexu ſupercilij Collis vnde impij eiuſdem Nazareth accolæ Chriſtum præcipitem agere decreuerant, locum etiam nunc videri, vbi cum tranſiens per medium illorum ibat, ſe abſcondit, contrahente ſe rupe, & intra ſe ſuo opifici parante latibulum, linquo rugæ veſtimentorum Chriſti, & pedum Chriſti veſtigia impreſſa cernuntur. In Monte Oliueti vbi Chriſtus orauit ad Patrem, vt transferretur ab eo Calix, & factus in Agonia Sanguinem Sudauit, adhuc cernuntur Lapidi impreſſa manuum, genuum, & pedum Chriſti nuda veſtigia. Adeo vt etiam digitorum Chriſti pedum excauata veſtigia conſpiciantur. *c* Proximus eidem loco alius oſtenditur lapis in quo extremi digiti manuum, ac pedum Chriſti, genua quoque Marmori inſculpta cernuntur, quo in loco Chriſtum à militibus tradunt captum, & in terram proſtratum. *d* Mirabileque eſt illud quod ex eo lapide, nihil ne ferreis quidem inſtrumentis abradi poteſt. In Vrbe Tyro ſaxum magnum in maxima veneratione ſeruari teſtatur idem author. *e* E quo Chriſtus ſermones ad populum habebat, vbi vero pedes Chriſtus fixit nunquam puluerem poſſe conſiſtere. In littore maris Galileæ veſtigia nudatorum Chriſti pedum Marmore excepta adhuc viſuntur, quando Chriſtus Diſcipulis apparuit, dixitque eis habetis hic pulmentarium: cum vero Chriſtus aſcenſurus eſſet in cœlum in loco vnde aſcendit, veſtigia pedum ſuorum lapidi impreſſit, ex quibus apparet Chriſtum facie ad occidentem conuerſa in cœlum aſcendiſſe. *f*

b 1. part. c. 6. paragrapho 8.

c Idem c. 7. parag. 46.

d ibidem

e cap. 2. parag. 5.

Chriſtianus Adricomius in deſcriptione Hyeruſalem n. 192. dicit, etiam quod Romæ extra portam quæ antiquitus dicebatur Carpena nunc autem porta S. Sebaſtiani, in loco qui communiter appellatur *Domine quo vadis* Chriſtus fugienti ex Vrbe Petro obuiam factus, Marmoreo lapidi vbi apparuit pedum ſuorum veſtigia inſculpſit: lapis autem ille Chriſti pedum plantas præſe ferens, inter reliquias Eccleſiæ S. Sebaſtiani ſeruatur, quem ego quamuis indignus, vidi, tetigi, oſculatus ſum dicens *adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius.*

f c. 7. parag. 46.

Neque vero mihi aliquis obiiciat, cũ Chriſtus Petro fugienti, & diſcipulis in mari laborantibus apparuit, aut ex Oliueti vertice aſcendit in cœlũ, iam à Mortuis Surrexerat, Glorioſúmque Corpus circumferebat, ideo nihil mirum ſi abſque calceis incederet. Sed tenui Cauillo ſolidas oppono rationes, imprimis enim probabile eſt Chriſtum poſt reſurrectionem, in ea forma & habitu veſtimentorum apparuiſſe, quam etiam ante mortem circumferebat: tum vt à Diſcipulis cognoſceretur, tum vt veritatem ſuæ Reſurrectionis oſtenderet, præcipuè vero cum in cœlum aſcendit, voluit enim cum Diſcipulis prius manducare, vt ſe eum oſtenderet in cœlum aſcendere, quem ante mortem Magiſtrum habuerant. Ideo ſi nudipes videri voluit, nudipes etiam prius incedebat. Deinde vera ſaltem ex iis licet tutò inferre ergo ſaltem poſt Reſurrectionem Chriſtus nudis pedibus ambulabat. Sed quid ad nuda pedum veſtigia reſponderi poteſt, Chriſto viuente lapidibus impreſſa? an non ea parte conuincunt Chriſtum nudipedem inceſſiſſe. Forſan dicet aliquis ad hæc, & ſimilia Chriſti pedum nuda veſtigia, ſiue in lapidibus, ſiue in alueo torrentis cedron impreſſa, hinc non augurari Chriſtum nudis ſemper iter egiſſe pedibus, quod ſanè neque ego auguror. Dico enim Chriſtum aliquando nudis tantum inceſſiſſe pedibus, vnde nec Minimum quid noſtris aduerſatur ſandaliis. Volo enim aliquando etiam ſandaliis fuiſſe calceatum.

O admirabilem Chiſti humilitatem, ô ineffabilem noſtra cauſa ſuſceptam vilitatem, vt nudis pedibus, ſummus Rex Gloriæ terram conculcaret. Dicamus ergo cum S. Brigitta *Domine mi Ieſu-Chriſte, Magiſter bone, benedicantur, & perenniter adorentur pedes tui beatiſſimi: quia cum magno dolore tuo per aſperiorem viam, quam alios docuiſti in hoc modo diſcalceatis pedibus ambulaſti.*

Denique ſicut in ſandaliis multa contineri Myſteria, in præcedenti ſectione oſtendimus: ita in perfecta nuditate pedum non pauca communiter

g exod. 3. S. Patres agnoſcunt. Cum dixit Deus Moyſi *g Solue calceamenta de pedibus*

h cap. 5. *tuis locus enim inquo ſtas terra ſancta eſt* & Ioſue *h Solue calceamentum de pedibus tuis locus enim in quo ſtas Sanctus eſt fecitque Ioſuë, vt ſibi fuerat imperatum, & nudis pedibus terram promiſſionis ingreſſus eſt.* D. Bernardus homelia in ſignum magnum, dicit ſolue calceamenta de pedibus id eſt inuolucra pone carnalium cogitationum, & D. P. Auguſtinus vult terram Sanctam ingredientes renuntiare debere mortuis operibus. *Quid tam terra Sancta quã Dei Eccleſia, in illa ergo ſtemus, calceamenta ſoluamus id eſt mortuis operibus renuntiemus.* Calceamentorum item ſolutio, humilitatis, & ſubmiſſionis, ſeruitutis quoque, & ceſſionis teſſera, ac nota erat: & propterea hic erat mos in Iſraël inter propinquos, vt qui fratris mortui vxorem, & hæreditatem illius nollet accipere, omnique iuri ad illa, renuntiare ſe declararet, vt firma eſſet

i deut. 2. ceſſio, exueret homo calceamentum vnum, & daret propinquo ſuo *i* oſten-

& ruth. 4. dens eo ſymbolo quod deinceps ius haberet calcandi, & colendi hereditatem, vt propriam hinc ſanè ſumpſit occaſionem criticus quidam dicendi diſcalceatos iuri propinquitatis cedere, quia contra legem hoc eſt D. Auguſtini regulam, normam, & inſtitutum poſitis calceis incedant: ſed quam malè hoc aſſerat, ex infra dicendis manifeſtè conſtabit: falſum enim eſt nos diſcalceatis incedere

cedere pedibus contra regulam, & inſtitutum S. Auguſtini. Præterea domus diſcalceati, domus humilitatis, & ſubmſſionis eſt, expuat in faciem diſcalceatorum quantum voluerit? tot in illos retortis opprobriis, & contumeliis: operietur ipſemet ſicut Diploide confuſione ſua, nec cedent propterea iuri propinquitatis: ſi enim tibi calceos integros concedunt, ipſi nec vnum quidem ſoluunt: ſed vtroſque pedes ſandaliis habent calceatos ne iuri propinquitatis cedere cogantur, cedebat ille iuri propinquitatis, qui cum nollet fratris ſui vxorem ducere, vno tantum pede excalciabatur: ſed quare iuri ſuo cedent diſcalceati, qui nullo pede nudo, ſed duobus ſandaliatis pedibus fratris ſui vxorem, regulam videlicet Auguſtinianam, auſteramque antiquorum Patrum viuendi normam ſemper habuerunt, nec vſquam ducere recuſarunt, cedent tamen omnibus aliis, et ſe omnium infimos libenter agnoſcent.

Nec Myſterio vacat quod Deus cum ſummi Pontificis Araon veſtem diligentiſſime præſcriberet, pedibus tamen calceos non adſcripſit, ideo non nulli in ſignum honoris, & reuerentiæ, puritatis, & innocentiæ illum nudipedem faciunt. Et Guillelmus Durandus k dicit veſtimentum pedum non habuiſſe originem ab Araon, qui in iudea duntaxat conuerſabatur, ideoque neceſſe non habuit: ſed ab Apoſtolis quibus dictum eſt euntes docete omnes gentes. Dauid in ſignum doloris, perſecutionem Abſalon fugiens in montem Oliuarum nudis pedibus ſeceſſit.

k lib. 3. de ſandalijs

Clemens Alexandrinus in illis ſimplicitatem conuerſationis agnoſcit. Tertulianus virilitatem. Bernardus mentis Munditiam. Origenes, & Rupertus gentilitatis deſponſationem. Dyoniſius Areopagita, puritatem, & diuinæ ſimplicitatis ſimilitudinem: Chriſtus ergo, & Apoſtoli quia ea omnia virtutum Ornamenta profitebantur, nudis ſaltem eos pedibus aliquando inceſſiſſe creditur.

SECTIO V.

Quæ de ſandaliis, & nuditate pedum Chriſti, & Apoſtolorum dicta Sunt, contra extortas quorundam expoſitiones Magis Confirmantur meliuſque ſtabiliuntur.

PRauus ille cenſendus eſt auditor, & veritatis accerrimus impugnator, qui manifeſta vult obſcure intelligi, tenebraſque in luce meridiana inueniri: quid Clarius verbis ſaluatoris diſcipulis ſuis calceamenta prohibentis? quid euidentius tot expreſſis ſanctorum Patrum teſtimoniis? & quid certius aliis in hanc materiam adductis probationibus: & tamen aliqui cæcutientes, & in ſandaliis ſiue caligis caligantes, quærunt in luce tenebras, & manifeſta obſcure intelligere volunt dum veritatis Euangelicæ regulam ſole meridiano

clariorem, ſuis myſticis, ſed exrortis expoſitionibus obſcurare, & obnubilare præſumunt: volunt quippe mandatum Domini diſcipulis factum de non portandis calceamentis, miſticè & non ad litteram: vel de non portandis duplicibus calceamentis debere intelligi. Secundò tale præceptum ad tempus tantum datum fuiſſe, in quo poſteà ante paſſionem ab ipſo Domino diſpenſati fuere. Tertiò Apoſtolos ſandaliis tantummodo per id tempus fuiſſe calceatos, quo in Iudæa prædicaturi remanſerunt: cum autem ad gentes miſſi ſunt integros habuiſſe calceos, & hæc eſt ſumma doctrinæ quorundam in ſuis reſponſionibus, vt omnem verborum Chriſti Domini, & Sanctorum Patrum vim, & efficaciam eludant. Sed ne quid indiſcuſſum remaneat, hæc omnia denuò ſigillatim, & adamuſſim examinanda ſunt. Dicit ergo Matth. 10. *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, &c. Neque tunicas, neque calceamenta neque virgam.* Et Luc. item 10. *Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta,* & cap. 22. *quando miſi vos ſine ſacculo & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis, &c.* Ex alia vero parte Marc. 6. Dicitur Apoſtolos habuiſſe ſandalia, *ſed calceatos ſandaliis*, Ex quibus manifeſtè apparet Chriſtum Dominum apud Mathæum, & Lucam Apoſtolis ſuis calceamenta prohibuiſſe, apud verò S. Marcum ſandalia conceſſiſſe; vnde inter hos ſanctos Euangeliſtas quædam videtur eſſe contrarietas, ratione cuius, eorúmque omnium quæ objici, & reſpondeti poſſunt, quomodo hæc expreſſa Domini præcepta intelligi debeant ex veris Sanctorum Patrum expoſitionibus diligenter diſcutiendum eſt.

Imprimis D. Bonauentura in opuſculo de ſandaliis Apoſtolorum, & in Apologia pauperum diffuſè probat hæc Domini præcepta de non portandis calceamentis, non tantum ſpiritualiter, ſed etiam ad litteram debere intelligi: ſicque ab Apoſtolis obſeruata: ſi enim vt ait S. Doctor ſpiritualiter tantum, ab Apoſtolis intellecta, & ſeruata fuere, ergo & illud quod ibi inſeritur gratis accepiſtis gratis date, & illud infirmos curate, mortuos ſuſcitate, & illud nolite poſſidere aurum & argentum. Quam quod perniciosum ſit, & Euangelicæ veritati aduerſum nullus ignorat, vbi quæſo eſſet illud Petri, *aurum & argen-*
l Act. 3. 6. *tum non eſt mihi*, l *& illud pecunia tua tecum ſit in perditionē*, m & illud danſ-
m Act. 8. 20 que illi manum erexit eam in ſuſcitatione tabithæ. n Hæc ergo ſi ab Apo-
n Act. 9. 41. ſtolis ad litteram intellecta, & ſeruata fuerunt, ergo & illud de calceamentis ab Apoſtolis non portandis, quæ prædictis ſine medio connectuntur. Confirmatur ex Gl[illegible], Mathæus & Lucas memorant Dominum dixiſſe diſcipulis vt nec vir[illegible]m ferrent, Marcus nequid tollerent niſi virgam tantum: ſed illi acci-[illegible] realiter virgā Marcus verò per virgā poteſtatē intelligit accipiendi neceſſaria à ſubditis: ſicut ergo Mathæus, & Lucas virgam realiter accipiunt, ſic
o Epiſt. ad & calceamenta, hæc D. Bonauent. qui ex S. Gregor. o Trifariè ſcripturæ modū
p 7. 15. ſumit, ſunt enim quæ hiſtoricè, vel ad litterā intelligi nequeunt, vt illud Iob, *p*
q 3. 3. *ſuſpendium elegit anima mea*, & illud q *pereat dies in qua natus ſum*, verum enim ſuſpendium anima ſuſtinere non poteſt, nec perire dies qui jam pertranſiit. Quædam hiſtoricè, moraliter, & allegoricè intelliguntur: quædam verò in quibus qui ſenſum literæ negligit, oblatum ſibi veritatis lumen abſcondit: certum

çertum eſt autem ex prædictis, trium Euangeliſtarum ſententias ſuperius allegatas non primò genere, ſed in ſecundo, & tertio contineri, cùm veram, & hiſtoricam miſſionis Apoſtolorum narrationem contineant, in qua præcipitur quomodo in victu, habitu, & calceamentis procedere debeant, quæ licet in ſe multas habeant myſticas, & morales ſignificationes, hiſtoricè tamen & ad Germanum literæ ſenſum ſumi debent: quare Chriſtus Dominus vt jam ſuprà tetigi, *r* ante paſſionem ſuam, Apoſtolos ſuos interrogans, dixit eis, quando miſi vos ſine ſacculo, ſine pera, & calceamentis, an vobis defuit aliquid? Reſponderunt nihil, quod ſanè ſole clariùs demonſtrat Apoſtolos ſine calceamentis, baculo, & pera inceſſiſſe: & ad litteram mandatis Domini obtemperaſſe. Hoc verbis expreſſis docet Diuus Pater Auguſtinus, *s* in hunc locum Lucæ 22. *Quid ergo nunc reſpondebunt cum idem ipſe*, loquens de Chriſto, *dicit anteà miſi vos ſine baculo, & pera, & calceamentis, & nihil vobis defuit, nunc autem qui habet ſacculum tollat ſimiliter, & peram, & qui habet tunicam vendat, & emat gladium, iam enim intelligunt quemadmodum nulla inconſtantia præcipientis, ſed ratione diſpenſantis pro temporum diuerſitate præcepta, vel conſilia, vel permiſſa mutentur: nam ſi dicunt certi myſterij gratia hoc de tollendo ſacculo, & pera, & emendo gladio loquutum fuiſſe, cur non admittunt certi myſterij gratiâ, eundem vnum Deum tunc Prophetas gerere bella iuſſiſſe, nunc gladios prohibuiſſe, neque enim in eo quod ex Euangelio commemorauimus verba Domini tantum fuerunt, ſed obtemperantium quoque diſcipulorum facta ſecuta ſunt. Nam & tunc ſine bacculo, & pera ierunt, & nihil eis defuit ſicut eius interrogatio, & eorum reſponſio declarauit.* Conſtat ergo præceptum hoc Euangelicum non tantum fuiſſe verba Dominica, & certi myſterij gratia prolata, ſed etiam obtemperantium Apoſtolorum facta ſecuta fuiſſe, nam, & tunc ſine baculo, & pera ierunt, & conſequenter ſine calceamentis quæ ſimiliter cum bacculo, & pera prohibita fuerant: & tamen nihil eis defuit, vt ex Chriſti interrogatione, & Apoſtolorum reſponſione euidenter patet. Et ſi in his poſteà pro temporum diuerſitate aliqua facta ſit diſpenſatio, hæc tantum fuit vt qui anteà ſine calceamentis nudis pedibus ambulare tenebantur, poſtmodum calceati ſandaliis incedere poſſent.

r ſect. 4.

s lib. 22. cõtra Fauſtum cap. 77.

Quomodo intelligitur præceptum Domini de non portandis calceamentis.

Diuus verò Thomas hæc eadem Domini verba, ſecundùm S. Hyeronimum ad literam exponit, *dicit ergo, nolite poſſidere aurum, & notanda ſunt verba quæ ſequuntur, quia dicit iſte*, id eſt S. Mathæus, *nec calceamenta, Marcus dicit calceati ſandalijs, item iſte dicit nec virgam, Marcus dicit quod Virgam, ideò hæc verba ſunt dubia, & difficilia: quod enim nolite &c. aut eſt præceptum aut conſilium, ſed iſtud certum eſt quod eſt præceptum, quia ita dicitur I E S V S præcipiens eis &c. Sed Apoſtoli, & fuerunt Apoſtoli, & fuerunt fideles, aut ergo fuit eis præceptum in quantum fideles, aut in quantum Apoſtoli, ſi inquantum fideles, ergo ad hoc tenentur omnes fideles: Et hæc fuit quadam hæreſis, vt ait Auguſtinus, quæ dicebat quod nullus poſſet ſaluari, niſi hi qui nihil poſſident, & hæc fuit hæreſis Apoſtolicorum. Item alia hæreſis fuit quod nullus ſaluaretur, niſi diſcalceatus pergens, & hæc fuerunt hæreſes non quia malum præciperent, ſed quia non obſeruantibus præcludebant viam ſalutis, ſi au-*

tem precipitur eis in quantum Apoſtoli tunc omnes Prelati qui ſunt ſucceſſores Apoſtolorum ad hæc tenentur: ſed eſto quod iſti non malè fecerunt? nonne Paulus malè fecit qui portabat, & accipiebat à quibuſdam, vt alijs daret: ideo difficultatem habent hæc verba. Quam ſoluit duobus modis primò ſecundùm S. Hyeronimum exponendo ad litteram hoc Domini præceptum non quòd fuerit de neceſſitate ſimpliciter ſed propter officium Apoſtolatus, & ſecundùm illud tempus, *& ideò dicendum quod fuit vna via ſecundum Hyeronimum exponendo ad litteram quod præcepit aliquid propter officium Apoſtolatus, & non quod ſit de neceſſitate ſimpliciter, ſed ſecundum illud tempus, vnde ante paſſionem præcepit nihil ferre*, id eſt neque aurum, neque argentum, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta. Malè hic infidelis quidam interpres ac gloſſator addit ſupple duplicia, ſed tantum vt irent calceati ſandaliis, neque enim hæc verba in ipſo textu Diui Thomæ reperiuntur qui ad litteram mandatum Domini ſecundùm D. Hyeronimum exponens non potuit illud de duplicibus calceamentis intelligere de quibus nunquam locutus eſt Diuus Hyeronimus, qui ſuprà citatis locis voluit Apoſtolos, ex præcepto Domini nudis inceſſiſſe pedibus. Quare Diuus Thomas juxta verum illius ſenſum dicit Chriſtum ante paſſionem præcepiſſe Apoſtolis, vt nihil ferrent, & ſtatim proſequitur *in Paſſione autem* Luc.22. *Dicit quando miſi vos ſine baculo, & pera nunquid aliquid defuit vobis: & ſequitur, ſed nunc qui habet ſacculum emat ſimiliter, & peram: & qui non habet vendat tunicam, & emat gladium, vnde ante paſſionem miſſi ſunt ad Iudæos; apud autem Iudæos erant conſuetudo quod ſuis debebant prouidere Magiſtris: ideò nihil ferre præcepit, cum eos mitteret ad Iudæos*, nota nihil ferre, *ſed iſta non erat conſuetudo in gentibus ideò cum miſſi ſunt ad gentes, data eſt eis licentia portandi ſumptus*, non dicit calceamenta, *portabant igitur quando prædicabant aliis, quam Iudæis: & quia quædam ſunt ad neceſſitatem, alia quibus emuntur neceſſaria, & hoc eſt quod dicitur quod quædam ſunt diuitiæ artificiales, vt veſtes, & calceamenta: ideò vtrumque prohibet.* His verbis dat rationem Diuus Thomas cur Apoſtoli apud Iudæos nihil ferre poterant: nempe quia talis apud illos erat conſuetudo quod ſuis debebāt prouidere Magiſtris: at verò inter gentes quia hoc non erat in vſu tunc poterant portare ſumptus, vnde pro diuerſitate temporum diuerſa quoquè fuere præcepta, alias poſteà aſſignat rationes cur Chriſtus prohibuerat aurum, & argentum perā, & duas tunicas, *dicit ergo nolite &c. quia omnis pecunia vel eſt de auro, vel de argento, vel de ære: ideò prohibet ne poſſideant aurum, nec argentum: vnde dicebat Petrus argentum, & aurum non eſt mihi, quod autē habeo hoc tibi do Act.3. & quare hoc Deus præcepit, vna ratio eſt quia Dominus mittebat pauperes ad prædicandū ideò poſſet aliquis credere quod non prædicarent niſi propter quæſtum, vt igitur iſta ſuſpicio amoueatur, ideò præcipit nihil portare: Item ad tollendum ſollicitudinem, quia ſi eſſent circa hoc nimis ſolliciti, impediretur Verbum Dei. Item prohibet diuitias quia ſubueniunt in neceſſitate, & quia poſſent dicere non feremus aurum, non argentum, ſed peram poſſumus, vbi portabimus oua, & panem quæ ſunt neceſſaria ad victum: & iſtud prohibet non peram in via. Et quare hoc prohibuit dicit Chriſoſtomus, vt oſtenderet eis virtutem ſuam, quia ſine his poterat eos mittere*

vnde

Duplex ratio cur calceamenta prohibeãtur.

vnde Luc.22. quando miſi vos ſine baculo, & pera, nunquid aliquid defuit vobis, &c. Ergo fecit vt oſtenderet virtutem ſuam. Item quantum ad veſtimentum, neque duas tunicas, non quod non haberent niſi vnãm tunicam, ſed quod non haberent duo paria ueſtimentorum, ita quod vnum reconderent, & aliud induerentur : vndè nomine vnius tunicæ intelligit vnum veſtimentum, qui habet duas tunicas det vnãm non habenti. His aſſignatis rationibus duplicem affert quare Chriſtus prohibuerit calceamentã, dicens, *neque calceamenta, & quare prohibuit! Duplex eſt cauſa eadem ratione qua aurum & argentum, id eſt,* non vt duplicia calceamenta portarent quod malè quidam exponunt non enim hoc dixit Angelicus Doctor, ſed vt ſuprà expoſuit de auro, & argento, quia nempe Dominus mittebat pauperes ad prædicandum, ideò poſſet aliquis credere quod non prædicarent, niſi propter quæſtum : vnde aurum, & argentum prohibuit, ſic etiam prohibuit calceamenta, quia *Dominus mittebat eos vt apud omnes, pauperes reputarentur : vnde Apoſtolus 1.Corinth.1. non multum potentes elegit Deus, ita voluit quod abiecti eſſent, pauperes enim in partibus Orientis vadunt diſcalceati : vtuntur tamen quibuſdam quæ ſandalia dicuntur, & ſiunt de paleis, ideò volebat vt irent ſicut pauperes illius Patriæ : alia ratio ideo quia ſicut docuit Plato quod homines non multum cooperirent, nec pedes, nec caput : ideò vt firmaret eos vt magis robuſti eſſent ad ſuſtinendum præcepit eos ire diſcalceatos.* Ex quibus vides quod ad litteram Chriſtus calceamenta ſuis prohibuerit Apoſtolis, vt ab omnibus pauperes reputarentur : & ad onera Apoſtolatus fortiter ſuſtinenda fierent robuſtiores, vnde diſcalceatis incedere pedibus, aut ſandalia tantum ſicut pauperes partium Orientalium geſtare debebant.

Alia interpretatio de non portandu calceamentu duplicatu.

Alij volunt quidem hoc de non portandis calceamentis mandatum ad litteram debere intelligi, alio tamen modò illam exponunt, videlicet prohiberi calceamenta mutatoria, id eſt præter calceamenta quibus pedes induta habetis ne ferrè alia quæ iis attritis induatis, fundatur hæc opinio in his verbis apud Math.10. *neque duas tunicas habeatis neque calceamenta,* id eſt, neque habeatis duas tunicas, neque duo paria calceamentorum: vel nec duplicatas portare tunicas, neque duplicata calceamenta : huic ſententiæ fauere videtur D. Pater Auguſtinus, [r] ex Diuo Thoma loco ſuprà citato, poſtquam hoc Domini mandatum ad litteram expoſuit ſecundùm mentem Diui Hyeronimi, aliter poſteà ex mente D. Patris Auguſtini ſic interpretatur, *Auguſtinus per aliam viam vadit, dicens, quod hæc non ſunt præcepta nec conſilia, ſed ſunt permiſſiones, ita quod abſtinere magis eſt conſilium, quam implere : vnde ſenſus eſt, Nolite, &c. id eſt, non eſt negotium, vt alia calceamenta poſſideatis, præter hæc quibus eſtis calceati.* Quod ſanè deducitur ex verbis Sancti Patris Auguſtini, *calceamenta inquit cum dixit non eſſe portanda, curam prohibet, quia ideò portanda cogitantur vt non deſint.* Qui enim duplicia portat calceamenta non modicam habet curam ne deſint, iiſque attritis quibus pedes habet calceatos, nudis cogatur incedere pedibus. Ideò ne talem curam habeant Apoſtoli, duplicata prohibentur calceamenta. Sed vt melius Diui Auguſtini mens innoteſcat, totum ipſius textum exponamus, loco citato quærit quomodo Mathæus

[r] lib. 2. de conſen. Euang. c. 30.

 Marco,

Marco,& Lucæ congruat: maximè de virga quam ſecundùm Mathæum dicit non ferendam, ſecundùm Marcum autem ſolam ferendam: & de calceamentis atque veſtibus Apoſtolorum, quod ita ſoluit, *vt intelligamus ſub alia ſignificatione dictam virgam quæ ſecundùm Marcum ferenda eſt, & ſub alia illam quæ ſecundùm Mathæum, & Lucam non eſt ferenda.* Vult itaque ſanctus Doctor virgam litteraliter ſumptam ſub diuerſis tamen ſignificationibus ab Euangeliſtis ſumi, *vt illud quod dictum eſt nec virgam, intelligatur nec minimas quidem res,* aliqui enim equis vtuntur, alij verò virga ſuſtinentur, ideò illud etiam minimum prohibuit vt ipſo totaliter conſiderent ſecundùm illud Pſalmi, virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt, *quod verò adiunctum eſt niſi virgam tantum, intelligatur quia per poteſtatem à Domino acceptam, quæ virgæ nomine ſignificata eſt, etiam quæ non portantur non deerunt, vtrumque ergo Dominus dicit, ſed quia non vtrumque vnus Euangeliſta commemorauit, putatur ille qui, virgam ſub alia ſignificatione poſitam tollendam dixit, ei qui virgam rurſus, aliud ſignificantem non tollendam dixit eſſe contrarius: ſed iam ratione reddita non putetur.* Sic etiam de calceamentis, cum Mathæus dixit non eſſe portanda, videtur contrarius Lucæ dicenti, Apoſtolos ſandaliis ſiue ſoleis fuiſſe calceatos, ratione tamen reddita nulla erit contrarietas, Mathæus enim ſub vna ſignificatione calceamenta non portanda dixit, Marcus verò ſub alia portanda ſcripſit: *ſic & calceamenta cum dicit Mathæus in via non eſſe portanda, curam prohibet qua ideò portanda cogitantur, vt non deſint. Hoc & de duabus tunicis intelligendum eſt, ne quiſquam eorum præter eam quam eſſet indutus, aliam portandam putaret, ſollicitus ne opus eſſet cum ex illa poteſtate poſſet accipere: proinde Marcus dicendo calciari eos ſandaliis, vel ſoleis aliquid hoc calceamentum myſticæ ſignificationis habere admonet, vt pes neque tectus ſit, neque nudus ad terram: id eſt, nec occultetur Euangelium, nec terrenis commodis innitatur: & quod non portari, vel haberi duas tunicas, ſed expreſſius indui prohibet dicens, & ne induerentur duabus tunicis: quid eos monet non niſi dupliciter ſed ſimpliciter ambulare, ita Dominum omnia dixiſſe partim propriè partim figuratè, ſed Euangeliſtas alia iſtum, alia illum inſeruiſſe ſcriptis ſuis, &c.*

D. Thomas in Matth. cap. 10.

Ex his ſequitur quod ſicut Mathæus dicit ad literam quod virgam non ferant Apoſtoli, *u* ita etiam, & calceamenta: eadem enim ratione de calceamentis Apoſtolicis portandis, & non portandis loquitur ſanctus Doctor, ac de virga ferenda, & non ferenda: ita tamen ad literam intelligenda ſunt, vt ſub diuerſis ſignificationibus ſumantur ab Euangeliſtis, Diuus enim Mathæus prohibet portanda, ne vllam Apoſtoli curam habeant, & ſolicitudinem ne deſint, ſed iis ſint contenti quibus calceati incedebant, nempe ſandaliis: & ideò Diuus Marcus hæc calceamenta ſub alia ſignificatione dixit ab Apoſtolis portanda: dum ait illos ſandaliis calceatos, videlicet vt pes neque tectus ſit, neque nudus ad terram, id eſt, nec occultetur Euangelium, nec terrenis commodis innitatur: vnde partim propriè, & ad litteram, partim myſticè & figuratè hæc dicta ſunt à Domino, propriè quia reuera calceamenta fuere prohibita, & ſandalia conceſſa: myſticè verò quia ſub diuerſis ſignificationibus prohibita fuere, & non prohibita: ex quibus ſequentes elicio concluſiones.

u D. Thom. in Matth. cap. 10.

Dico

Dico primò ex mente Diui Patris Auguſtini, calceamenta à Chriſto Domi no, & Euangeliſtis ita ad literam ſumi, vt multas etiam habeant myſticas, & morales ſignificationes, conſtat enim de facto, & realiter calceamenta fuiſſe prohibita itavt non alia portauerint, præter ea quibus calceati incedebant, id eſt, non duplicia ferrent, vt optimè explicat D. Thomas ſuprà citatus, in qua ſignificabatur Apoſtolos nullam debere curam habere in portandis aliis calceamentis, ne illa deeſſent quibus erant calceati: quænam autem erant hæc calceamenta, niſi ſandalia quibus ait Marcus Apoſtolos calceatos. Et hæc ad literam etiam exponit Diuus Pater Auguſtinus ſub alia tamen ſignificatione, & ſenſu myſtico nempe vt pes neque tectus ſit, neque nudus ad terram, id eſt, nec occultetur Euangelium, nec terrenis commodis innitatur. Et ſic certiſſimum eſt calceamenta prohibita fuiſſe, & conceſſa, & in ſenſu litterali, & myſtico ſimul ſub diuerſa tamen ſignificatione: quare partim propriè, partim figuratè omnia dicta, & facta ſunt, Diuúmque Mathæum, & Lucam ſenſum vnum expoſuiſſe, Marcum verò alium, prætereà ſenſus myſticus in litterali ſemper fundari debet, vnde ſi ſandalia in ſenſu myſtico optimè exponuntur, illis debuerunt vti Apoſtoli vt pedem neque tectum, neque nudum ad terram haberent: falſa alioquin fuiſſet myſtica illa ſignificatio. Tandem ſi literaliter ſumũtur calceamenta, ergo & ſandalia quibus tantum calceati incedebant Apoſtoli; nulla enim alia habebant, aut habere poterant calceamenta, quare

Dico 2. calceamenta, & ſandalia non differre eſſentialiter, ſed eadem eſſe quod euidenter colligitur ex D. Auguſtino, S. Thoma, & alij qui tantopere in conciliandis Euangeliſtis tanquam ſibi inuicem contrariis, & oppoſitis ſudarunt: Quarum vnus dixerat calceamenta non eſſe portanda, alius vero portanda ſandalia, nulla autem poteſt eſſet contrarietas, aut contradictio niſi de eodem reſpectu eiuſdem, ſi autem ſandalia differrent à calceamentis, neque eadem eſſent, nulla potuiſſet eſſe contarietas, aut contradictio inter portanda ſandalia, & non portanda calceamenta: Quia non de eadem re, ſed de differentibus, quæ conſequenter nullam important cõtradictionem, fuiſſet quæſtio, Neque tot expoſitiones adinueniſſent S. Doctores ſenſus enim fuiſſet planus, & euidens nolite portare calceamenta ſed portate ſandalia quæ non ſunt calceamenta. Sic autem non exponit D. Auguſtinus vt tollat contrarietatem, ſed ad ſenſus Myſticos reccurrit, itaut præceptum de non portandis calceamentis factum ſub vno ſenſu intelligi debeat, mandatum vero de geſtandis ſandaliis ſub alio: cenſuit ergo calceamenta & ſandalia non fuiſſe diuerſa ſed eadem, quod ſole Clarius conſtat ex eo quod ibidem loquens de ſandaliis ſiue ſoleis Apoſtolicis, nomine calceamenti vſus fuerit, rationem aſſignans cur ſic eos Chriſtus miſerit calceatos, *aliquod hoc calceamentum Myſticæ ſignifficationis habere nos admonet.* Huic ſententiæ ſubſcribit Maldonatus in Math. 10. qui ait calceamenta, & ſandalia Græcè ὑποδήματα, & σανδάλια, eadem eſſe, & probat ex act. 12. quo in loco hæc ſunt Angeli verba ad Petrum, *calcea te caligas tuas*, Græcè ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου, id eſt, ſubliga ſandalia tua hinc vult effici, ὑποδήματα, & σανδάλιά σου, eadem eſſe quia nempe hæc ſubligabantur, ſicut, & calceámenta totum pedem tegentia,

Sandalia & calceamenta non differũt eſſentialiter

præterea eadem eſſe ſatis ſuperque probant ea quæ ſupra diximus ſectione 1. & 2.

Dico 3. Nullo modo eum qui pertinacius huius loci litteræ de non portandis calceamentis adhæret hæreſim diſcalceatorum ſapere, vt pertinaciter quidam aſſerunt. Conſtanter enim aſſero etiam ad literam calcementa ſecundum Domini mandatum, aut conſilium, ſiue permiſſionem minimè Apoſtolos portare debuiſſe, vt ſupra expoſuerunt multi ſancti Doctores: nec tamen propterea pro hæreticis habiti ſunt. Hæreticus enim ille profectò cenſendus, eſt qui pertinacius literę malè intellectæ contra verum illius ſenſum adhæret: tunc ſiquidem litera occidit ſpiritus autem viuificat: qui autem literam bene intelligit, illiuſque germanum ſequitur ſenſum, verus Doctor Catholicus cenſendus eſt: quare vt aduerſariis reſpondeam non aliis vtor verbis, quàm D. Bonauenturæ *x* Et S. Thomæ *z* Si prius tamen cum iſto notauero, *quod fuit quædam hæreſis, vt ait Auguſtinus quæ dicebat quod nullus poſſet ſaluari, niſi hi qui nihil poſſident, & hæc fuit hæreſis Apoſtolicorum: item alia hæreſis fuit quod nullus Saluaretur niſi diſcalceatus pergens; & hæc fuerunt hæreſes non quia malum præciperent, ſed quia non obſeruantibus precludebant viam ſalutis.* De hac hæreſi loquitur D. Auguſtinus, *&* His verbis, *eſt alia hæreſis nudis pedibus ambulantium, ex eo quod Dominus dixerit ad Moyſem vel ad Ioſuë ſolue calceamentum de pedibus tuis, & quod Iſaias propheta nudis pedibus iuſſus ſit ambulare, Inde ergo hæreſis eſt, non quia propter corporis caſtigationem, & afflictionem ſic ambulant: Sed quia teſtimonia taliter intelligunt*, & ad hoc referre nituntur, *attendas igitur inſenſatus, & perfidus quod diuina teſtimonia dupliciter his aptare poſſunt, per modum videlicet conſilii, vel præcepti. ſi quis igitur ad nuditatem pedum, & carentiam loculorum ſic diuina coaptat eloquia, vt ea per ſcripturam aſtruat eſſe præcepta, & neceſſaria ad ſalutem, tanquam nullus ſaluari poſſit, niſi nudis pedibus incedat, & loculis careat dupliciter errat, ſcilicet nudis pedibus ambulantium, & manichæorum*, aut Apoſtolicorum: *Si quis verò ad hoc aptare nititur diuina teſtimonia tanquam ſint conſulta, & ſupererogatoria, & ad ſalutem expedientia non eſt cenſendus hæreticus ſed verus Chriſti Diſcipulus: Et hic fuit ſenſus S. Auguſtini contra Fauſtum. a Vbi aperte demonſtrat quod aliqua Euangelij documenta perfectis conueniunt, ſine quorum Obſeruantia, imperfecti ſaluari poſſunt: Et quod ſententia Manichæorum fuit ad hoc omnes indifferenter adſtringi, non ergo dicit Fauſtum erraſſe quia hæc diceret intelligenda ad litteram, ſed quia diſcernere noluit inter conſilia & præcepta.* Neque ergo S. Patres, & nos errabimus dicentes aut præcepta illa Euangelica propter officium Apoſtolatus, Apoſtolis data, non fuiſſe de neceſſitate ſimpliciter, ſed ſecundum illud tempus: Aut fuiſſe permiſſiones ſiue conſilia non quidem ad ſalutem neceſſaria, ſed expedientia, vnde quando aliquid eſt permiſſum, aut conſultum, ſi non fiat non eſt peccatum, quidquid autem plus fit ſupererogationis eſt ſic D. Thomas in Math. 10.

x in Apol.
z in Math.
& to. 6. lib. de hæreſ. 68
D. Bonauẽt.
a lib. 5. c. 2.

Prætereà reſponderi poteſt ex Beyerlinchk in theatro vitæ humanæ, verbo calceus fuiſſe quidem diſcalceatos hæreticos teſte S. Auguſtino, qui volebant

Chriſtianos nudis omnino pedibus incedere excalceatos, exemplo Chriſti, & Apoſtolorum, quos tamen ſandalia geſtaſſe ex Superioribus conſtat, ideò malè intelligebant Scripturas, quæ aliundè nullo modo his legibus Chriſtianos neceſſario adſtrinxerunt.

Tandem reſpondeo illos hæreticos de quibus loquitur D. Pater Auguſtinus fuiſſe ni fallor Monachos quoſdam Ægyprios de quibus Caſſianus D. Auguſtini contemporaneus lib. 1. de habitu Monachali cap. 10. refert quòd cum accederent ad altare celebraturi, aut Sacro-Sancta myſteria recepturi caligas ſiue ſandalia deponentes nudis pedibus incedebant iuxta illùd quod dictum fuit ad Moyſem, & Ieſum naue, ſolue calceamentum de pedibus tuis, &c. *quibus tamen caligis quamquam licitò vtantur vtpote mandato Domini conceſſis act..12. Marci 6. nequaquam tamen pedibus eas inhærere permittunt, cum accedunt ad celebranda, ſeu percipienda Sacro Sancta Myſteria illud æſtimantes etiam ſecundum litteram cuſtodiri debere, quod dicitur ad Moyſem vel ad Ieſum filium Naue, ſolue calceamentum de pedibus tuis locus enim inquo ſtas terra ſancta eſt.* Hæretici ergo poterant eſſe non quod ſandalia geſtarent quæ conceſſa erant: non quod ea deportarent ad ſacra myſteria accedentes, hoc enim in ſignum maioris cultus, & reuerentiæ fieri poterat. Sed quia ſic fortaſſe ad litteram intelligebant illud quod dictum eſt ad Moyſem, & Ieſum naue vt ad id omnes neceſſario tenerentur, & ſub peccato obſeruare obligarentur: ſoluere Nempe Calceamenta in loco ſacro: & hoc eſt quod indicauit D.P. Auguſtinus cum dixit *inde ergo hæreſis eſt non quia propter corporis caſtigationem, & afflictionem ſic ambulant, ſed quia teſtimonia taliter intelligunt*, & ad hoc referre nituntur.

Obiicies ex loco ſupra D. Auguſtini non inferri ad litteram ita prohibita fuiſſe calceamenta vt nudis omnino pedibus inceſſerint Apoſtoli, ſed tantum, vt præter ea quæ habebant in pedibus alia non poſſent ferre, quibus in defectum aliorum calcearentur. Reſpondeo hoc ſaltem nos habere quod prætendimus calceamenta nempe quibus vtebantur Apoſtoli fuiſſe Sandalia quibus nec pes tectus erat, nec nudus ad terram vt ait ſanctus doctor, & farentur omnes fuiſſe Apoſtolorum calceamenta dum in Iudea morabantur: hæc magis patebunt ex ſequentibus.

Hæc omnia diffusè confirmat Caietanus *b* in hæc verba *Non peram in via, neque duas tunicas neque calceamenta, intellige mutatoria, ita quod numerus binarius non ſolum determinat tunicas, ſed calceamenta: Manifeſte enim apud Marcum miſſi ſunt in calceamentis ſandaliorum* & paulò pòſt *hæc enim omnia ad litteram vt ſonant Chriſtum ordinaſſe Apoſtolis ſeruanda, teſtatur ipſe Chriſtus Luc 22. dicens quando miſi vos ſine ſacculo, & pera nunquid aliquid defuit vobis* Item in hæc verba, *c Non peram non panem neque in Zona æs. ſed calceatos ſandaliis* quærit cur è contra Mathæus dicat neque calceamenta ſic ait, *ſolutio eſt quod apud Mathæum duplicata calceamenta inhibentur, hic vero mittuntur calceati ſandaliis iuxta illorum morem, non enim fecit eos vendere calceos, & emere ſandalia*, ſed tantum prohibuit, ne duplicata ferrent vnde paulo poſt *ex induſtria itaque Marcus dixit quod miſit eos calceatos*

b in Math. 10.

c Mar. 6.

ſandaliis, provt erant calceati, *ne erraremus in Matheo intelligendo Ieſum prohibuiſſe calceamenta*, ſic etiam ait Luc. 10. *Neque calceamenta, id eſt, mutanda, non prohibet enim calceamenta quibus erant calceati vt clarè patet apud Marcum*, qui vult eos ſandaliis calceatos inceſſiſſe, quare optimè Barradas
d in Math. d in illa verba, *neque calceamenta, Matheus ſcribit calceamenta Apoſtolis prohibita fuiſſe à Chriſto, at Marcus ait conceſſa ſandalia quæ ſunt calceamenta, quid ergo dicendum? Reſpondeo ſenſum Domini eſſe, neque calceamenta portetis, alia præter ſandalia, quæ in pedibus habetis. Apoſtoli calceati erant, ne alia præter ea calceamenta, id eſt, ſandalia ſumant prohibet.*

Hanc ſequitur ſententiam Maldonatus in Math. 10. vbi poſtquam recenſuit loca Math. 10. & Marc. 6. de calceamentis Apoſtolorum, loquens de Chriſto, ſic ait, *quaſi ſandalia quæ ſoleæ erant ſolùmque tegebant plantam, conceſſerit, calceos prohibuerit, vt videtur Hyeronimus hoc loco, & Sanctus Auguſtinus l. 2. de conſenſu Euangel. cap.* 30. Malè ergo, & perperam Diuum Auguſtinum in ſuam trahere ſententiam prætendunt aduerſarij, *Sed vix ego mihi perſuadeo tam ſubtiliter Chriſtum inter calceos & ſandalia diſtinguere voluiſſe, &c.* Vult enim ſandalia & calceamenta non differre, *Quomodo ergo Matheus prohibuiſſe, Marcus conceſſiſſe Chriſtum dicit, facilè & benè noui, quidã interpretes reſpondent cum dicit hoc loco Matheus neque calceamenta intelligendum eſſe ἀπὸ κοινοῦ δύο, duo, ſicut dixerat neque duas tunicas, quemadmodum, & Iuuencum, libro ſecundo Hiſtoriæ Euangelicæ olim poëtam interpretatum video nec plantis tegmina bina itaque idem Matheus & Marcus: contrariis in ſpeciem verbis dicunt, nam Matheus ſignificat prohibuiſſe Chriſtum ne Apoſtoli duo aut plura calceorum paria, quaſi de futuro ſolliciti ſecum ferrent, & Marcus ſignificat iuſſiſſe Chriſtum vt illa ipſa ſandalia quibus tunc calceati erant, non plura ferrent*, id eſt, ne duplicata ſandalia portarent, ſed iis quibus calceati erant deberent eſſe contenti.

Quidam aliter reſpondent calceamenta non concedi apud Mathæum, ſandalia verò permitti apud Marcum, ſandalia verò à calceamentis eſſe diuerſa, quia hæc totum pedem contegunt, illa verò partem illius duntaxat. Sic Toſtatus e in illa verba, *nec calceamenta intelligitur de calceamentis integris li-*
e quæ. 60. in 10. *cebat tamen eis habere ſoleas quæ vocantur ſandalia.* Et Emanuel Sà f loquens
f in Marc. 6 de ſandaliis Apoſtolorum *genus eſt calceamenti plantas ſolum pedum deffendens, supernè anſulis ſeu funiculis alligatum, ſoleas quidam appellant Act. 12. vertit caligas, quod verò Matth. 10. prohibetur, genus eſt calceamenti diuitibus conueniens*, qualia ſunt calceamenta completa quæ totum pedem contegunt: & ideò prohibita Apoſtolis, quibus tanquam pauperibus & abjectis ſimplex calceatura conueniebat ideóque conceſſa fuere ſandalia, ſola pauperum hominum, & abjectorum vera calceamenta. Sic etiam Cornelius Ianſenius cap. 55. in Matth. 10. vbi dicit, *calceamenta Apoſtolis ea fuiſſe prohibita quæ totum pedem tegerent: ſandalia verò conceſſa, quæ plantam quidem pedis deffenderent ab incurrentibus viæ incommodis, verum ſuperiorem pedis partem ſinerent nudam.* Titelmanus verò in Math. 10. *Denique neque calceamenta vos habere patior integra, cum non ſint vobis neceſſaria, ſed ſandalia ſufficiant.*

Placet.

Placet mihi illa Euthymij literalis expoſitio, viri vtique diuinarum literarum compilatoris eximij in hæc verba Math. 10. g *Neque peram ad viam, neque duas tunicas, neque calceamenta,* vbi vult Chriſtum Math. 10. & Luc. 10. prohibuiſſe calceamenta: poſteà verò Marc. 6. conceſſiſſe ſandalia, itavt nudis pedibus inceſſerint, poſteà verò ſandalia aſſumpſerint, *dignum eſt autem vt quæramus quomodo Mathæus, & Lucas dicunt vixiſſe vt illi neque calceamenta neque baculos haberent, Marcus verò ait ſola hæc eis permiſiſſe, id eſt, ſandalia cum dicit eos calceatos ſandalijs, quid ergo dicendum eſt? quod primum quidem ita intulerit ſicut Mathæus & Lucas dixerunt*, id eſt, quod nulla portarent, aut poſſiderent calceamenta, *poſtmodum autem permiſerit eis vt calcearentur tantum ſandaliis, & retinerent baculum ad pedum cuſtodiam, & ſuſtentamentum corporis demittens ſe ad imbecillitatem eorum propter laborem, qui ab itinere prouenit.* g de Apoſt. electione.

Nec miror ſi Diuus Mathæus qui Euangelium ſcripſit pro Iudæis dixerit Chriſtum Apoſtolis ſuis calceamenta prohibuiſſe, quia in Iudęa nudis pedibus ambulabant, poſteà verò ad gentes miſſi, data priùs licentia à Chriſto Domino ſandaliis vſi ſunt, vnde Diuus Marcus qui Romæ, vel ſecundùm alios in Ægypto pro gentibus ſcripſit Euangelium, ſandaliis calceatos exhibuit. Ex his omnibus, & quæ in ſequenti ſectione adducentur facilè erit ſoluere, quæ in contrarium opponuntur, & oſtendere quàm malè dicta ſanctorum Patrum exponant, ſicque futiliter vim & efficaciam argumentorum noſtrorum eludere præſumant.

SECTIO VI.

Soluuntur omnes in contrarium factæ obiectiones, & aduerſariorum reſponſiones reſpuuntur.

QVamvis ex ſupradictis multa eorum quæ nobis oppoſita fuêre confutata ſint, & ex iiſdem quæ adhuc ſuperſunt facilè ſolui poſſunt, ne tamen ..us remaneat, ambigendi ſcrupulus, per ſingulas partes objecta nobis in contrarium fieri ſolita, & reſponſa jam partim diſcuſſa, in hunc locum remiſimus excutienda.

Imprimis ad ea quæ dicunt Apoſtoli non ſenſu literali ſed myſtico calceamenta fuiſſe prohibita jam ſuprà Euangelica teſtimonia, ſanctorúmque Patrum, & ſacræ Scripturæ expoſitorum authoritates oppoſuimus, & ex iis non ſolùm ſenſu myſtico, ſed literali Chriſtum Dominum calceamenta ſuis prohibuiſſe Apoſtolis diffusè probauimus.

Reſpondent ſecundò Apoſtolos non abſolutè calceamenta portare prohibitos, ſed duplicia metu futuræ neceſſitatis, ſed dico primo ſacram Scripturam

nullo modo de duplicatis calceamentis loqui. Sed de duabus ſolùm tunicis, quia tamen quamplures ſacræ Scripturæ interpretes ſic exponunt, ideò ſuprà oſtendi non de duplicibus calceamentis integris & perfectis, ſed de duplicatis ſandaliis debere intelligi quæ portare non poterant Apoſtoli.

Arguunt tertiò Apoſtolos ſandaliis quidem fuiſſe calceatos, per id tempus quo in Iudæa prædicaturi commorabantur, cum verò ad gentes, & [illegible] nationes miſſi ſunt. Et pecuniam & geminas tunicas, & calceamenta integra non verò ſandalia portaſſe ſecum, Domino ſic prouidè diſponente, & pro tempore ablata reſtituente.

Ad hæc omnia, Reſpondeo primo juxta mentem Euthymij ſuprà citati Apoſtolos primum nudis inceſſiſſe pedibus, poſteà verò ſandaliis fuiſſe calceatos, vndè ſuprà citatus Durandus ſectio 3. *Et [illegible] Euangel[illegible] Dominum miſiſſe diſcipulos ſuos ſandaliis calceatos vsq[illegible] pacis, ſi enim calceati non eſſent* ſupple ſand[illegible] *ſuper ſerpentes, & ſcorpiones calcare potuiſſent.* Sandalia ergo ha[illegible] Apoſtoli etiam ad gentes miſſi. Vnde optimè Beyerli[illegible] cibo *calcem* ſic ait, *Chriſtum & diſcipulos [illegible] ſandal[illegible] verſim [illegible] quomodo enim tot itinera nudis pedibus [illegible].* [illegible] ab hoc præcepto de non portandis calceamentis [illegible] ante paſſionem ſuam Chriſtus Dominus dixit illis, *h Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? [illegible] nihil: dixit ergo eis, ſed nunc qui habet ſacculum tollat ſimiliter & [illegible] qui non habet vendat tunicam ſuam, & emat gladium.* Ex his [illegible] tur miſſos quidem fuiſſe Apoſtolos ad prædicandum ſine ſacculo, pera, & nihil defuiſſe, poſteà tamen in illa [illegible] nullam omnino de portandis calceamentis factam fuiſſe mentionem: ſed tantummodo de ſacculo, pera, & gladio, vndè appoſitè D. Bonauentura in opuſculo de ſandaliis Apoſtolorum, ſuper illud Luc. 22. Quando miſi vos, &c. *Gloſſa dicit ſic non eadem viuendi regula perſecutionis, qua pacis tempore diſcipulos informat, miſſis quidem diſcipulis ad prædicandum, nequid in via tollerent præcipit, inſtante autem mortis articulo, & tota illa gente paſtorem ſimul, & gregem perſequente congruam tempori regulam decreuit, permittens vt tollant victui neceſſaria. Ex [illegible] Gloſſa patet quod ad regulam Apoſtolicam pertinet nihil in via tollere, & [illegible] ne calceamentis incedere, & licet perſecutionis tempore aliquid in via tollere permittat, de calceamentis tamen portandis etiam per[illegible] tempore nec textus innuit nec Gloſſa.* Et Diuus Thomas ſuprà citata lectione præcedenti loquens de Apoſtolis *cum miſſi ſunt ad gentes data eſt eis licentia portandi ſumptus* non autem loquitur de calceamentis quæ cum non ſint ad vitam ſimpliciter neceſſaria, ideò neque perſecutionis tempore cum cæteris vllo modo credendum eſt reſtituta.

b Luc. 22.

Tertiò ad hominem ſic contra aduerſarios arguo ſi à Chriſto Domino verè & ad litteram in comportandis poſteà ſecum calceamentis ſacculo, & pera diſpenſati fuere Apoſtoli, vt ipſimet fatentur, ergo prius verè & ad litteram hæc erant illis prohibita, quod tamen non admittunt [illegible] è contrà ſi hujuſm[illegible]

rebus, ſenſu non literali ſed myſtico, vt volunt, prohibiti fuere. Ergo non ad literam, ſed myſticè conceſſa tantum fuere calceamenta, ſi tamen fuere conceſſa quod non admitto.

Quarto ad hominem, fatentur iſti prohibitos tantummodo fuiſſe Apoſtolos, ne duplicia ſecum portarent calceamenta, ſed iis tantum contenti eſſent quibus calceati erant, quæ volunt fuiſſe ſandalia quibus vtebantur in Iudæa commorantes, vnde prohibita tantum fuere duplicata ſandalia, ergo quando diſpenſati fuerunt, & ab hoc præcepto abſoluti, non potuit eſſe alia diſpenſatio, niſi [illegible] duplicata non poterant ferre ſandalia, duplicata ſecum poſtea [illegible], ejuſdem enim rei fit diſpenſatio, cuius erat facta prohibitio. [illegible] in duplicatis ſandaliis facta erat prohibitio, ergo & de portandis poſtea duplicatis ſandaliis conceſſa tantum diſpenſatio eſſe potuit. Et ſic nullo modo reſtituta fuere integra & completa calceamenta.

Quintò reſpondeo ex Cayetano in hæc verba ſuprà citata Luc. 22. *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, &c.* Chriſtum Dominum non propterea mutaſſe præcepta priùs facta, nec reuocaſſe libertatem eundi prædicatum ſine ſacculo [illegible] pera: ſed declaraſſe tantum pro diuerſitate temporum Apoſtolis [illegible] portare [illegible], & peram quod idem intelligen[illegible] de [illegible] calceamentis, ſandaliorum, quæ etiam ſecum ferre poterant, [illegible] quibus ſup[illegible] idem author. Hic autem ſic ait, *Non dicit tollite ſed in tertia perſona qui habet marſupium pecuniæ portet ſecum, nec propterea mutat mandata, nec reuocat libertatem eundi prædicatum ſine baculo, & pera: ſed declarat quandoque licitum fore portare ſacculum, & peram & quia hoc communiter imperfectioris vitæ diſcipulis declarabat, ideò Apoſtolis qui perfectiores erant non dixit tollite ſed in genere in tertia perſona dixit, qui habet, tollat: libertates [illegible] iſta quam illa quando miſi vos ſine ſacculo, & declarantur illa congrua prædicationis tempori, iſta vero congrua quandoque perſecutionis tempori cum diſcipuli iniqui reputabuntur.* 1 Sect. præcet. in Mattheũ 10. & Marc. 6.

Dico ſextò, cum Diuo Baſilio in quæſtionibus compendio explicatis quæſt. 251. In qua quærit quomodo aliquando interdicit Dominus portare crumenam, & peram ad viam, aliquando verò dicit, ſed nunc qui crumenam habet, tollat ſimiliter, & qui non habet vendat pallium ſuum, & emat gladium: ſic reſpondet, *hoc declarat idem Dominus dum ait, oportet enim adhuc hoc perfici in me [illegible] cum iniquis reputatus ſum, ſtatim enim poſtquam completa fuit prophetia de gladio dicit Petro conuerte gladium tuum in vaginam ſuam, omnes enim qui [illegible] acceperint, in gladio peribunt: vt non ſit præceptum. Sed nunc qui habet [illegible] tollat, aut tollet ſic enim mul[illegible] exemplaria habent: Sed prophetia [illegible] Domini, quod Apoſtoli obliti donorum, & legis Domini gladios accepturi eſſent, [illegible] autem Imperatiua ſermonis ſpecie prophetica ſæpè numero vſa eſt ſcriptura ex multis locis manifeſtum eſt, velut eſt illud fiant [illegible] rum orphani & diabolus ſtet à dextris eius, & quæcunque alia,* [illegible] præceptum Domini de tollenda crumena, & pera, aut ven[illegible]ica, ſiue pallio vt emerent gladium, ſed prophetia Domini præd[illegible] quod Apoſtoli

ſtoli gladios eſſent accepturi, ibi autem nulla omnino fit mentio de calceamentorum reſtitutione.

Dico ſeptimò primam illam Apoſtolorum ad Iudæos miſſionem, prælusionem quandam fuiſſe cæterarum miſſionum cum in orbis diuerſas regiones extra Iudæam miſſi ſunt: ideóque credendum eſt, vt inquit Barradas k Apoſtolos quæ fuerant prohibita in prima miſſione quoad fieri poterat obſeruaſſe in aliis miſſionibus.

k tom. 2. l. 9. c. 12. de miſſione Apoſt. in illa verba dignus eſt enim operarius &c.

Tandem Diuum nobis obiiciunt Chriſoſtomum in locum Pauli ad Romanos c. 16. ſalutate priſcam, & aquilam ex cuius authoritate ſequentes eliciunt concluſiones quarum prima eſt ad tempus tantum, nempe triennio vſum ſacculi, duplicis tunicæ, & calceamenti Duplicis, Apoſtolis fuiſſe prohibitum. Secunda, horum omnium vſum reſtitutum, & expreſſe calceos. Tertia plus eſſe ſandalia quam ſimplices calceos. Quarta Apoſtolos vniuerſum orbem peragraturos, calceamenta portaſſe. Vt autem ex D. Chriſoſtomi verbis quiſque videre poſſit quam malè, & perperam præfatas inferant propoſitiones, totoque cælo à veritatis ſcopo oberrent verba plane aurea S. Doctoris hic ſubiiciam *Operæ pretium his fuerit in medium aliquid afferre de quo frequens eſt quæſtio, & quidnam? hoc dicebam morem Apoſtolicorum calceorum non nihil nobis conferre vtilitatis, ſed cum hoc dico incidit mihi lex quam Chriſtus poſuit dicens non poſſidete aurum, neque argentum, neque aliud quid in Zonis veſtris, neque calceos, neque virgam in via. Manifeſtum autem eſt Petrum habuiſſe ſandalia. Vnde cum Angelus eum dormientem excitaret, & è carcere educeret, ait calcea te ſandalibus tuis, & Paulus Timotheo ſcribit penulam quam reliqui trade &c. quid dices Paule Chriſtus Iubet non habere calceos, tu autem penulam habes, & alius ſandalia.* Iam ex his liquidò conſtat, Diuum Chriſoſtomum loqui de calceis Apoſtolicis ſiue ſandaliis, quibus calceati erant Apoſtoli, de quibus hic aliqua dicere proponit quæ nobis magnam conferant vtilitatem, ſed ſtatim illi occurrit difficultas propter legem Domini quæ prohibebat Apoſtolis habere aurum, argentum, & calceos, & tamen Petrus inquit habet ſandalia, & Paulus Penulam, quaſi vellet dicere, Chriſtus prohibuit duas tunicas, & calceos, & tamen Paulus contra hanc legem habuit penulam, quæ eſt veſtis denſa ac vilis que nebuloſo ſeu pluuioſo tempore ſupra tunicam aſſumebatur. Et Petrus ſandaliis vſus eſt id eſt calceis, ſi enim ſandalia non fuiſſent calcei contra præceptum Domini non videretur feciſſe D. Petrus ſandaliis calceatus incedens. Non ergo dicant ex mente Chriſoſtomi plus eſſe ſandalia quam ſimplices Calceos imò potius fateri debent ſandalia veros eſſe Calceos, ſolum enim hic intendit S. Doctor Chriſtum Dominum Apoſtolis ſuis prohibuiſſe quoſcumque calceos, vt neque etiam ſandalia ferre poſſent, quæ ſimplices ſunt calcei totum pedem non integrè cooperientes, & vocantur à S. Thoma calceamenta pauperum, quibus cum vteretur D. Petrus contra mandatum Domini de non portandis calceis peccaſſe videtur, ſubdit poſtea. *Cum videant gentiles interdum fidelium aliquos pluribus veſtiri amiculis, continuo eis legem Chriſti obiiciunt, & dicunt nonne præcepit vobis Chriſtus, ne habeatis duas tunicas, vel calceamenta quomodo ergo*

do ergo vos legem illam prænaricamini &c. Hac ergo difficultate propoſita exeo quod D. Paulus habuerit penulam, & Diuus Petrus ſandalia contra legem Domini duas tunicas & à fortiori penulam, ac etiam ſandalia prohibentem, concludit huius legis Obſeruantiam non omnibus, ſed ſolis Apoſtolis, neque pro ſemper ſed ad certum, & determinatum tempus imperatam fuiſſe, ab illa enim Chriſtus Dominus, ante ſuam paſſionem eos abſoluit cum dixit illis *ſed nunc qui habet Marſupium tollat, & peram &c.* Itavt potuerint poſtea ſandaliorum habere calceamenta, quemadmodum ante paſſionem Chriſti D. Petrus habuit qui antea, ſine vllis calceis nudis incedebat pedibus. *Videndum eſt in huiuſmodi quibus, & quando ea Chriſtus imperauerit non enim obiter, & nudè inquirenda ſunt hæc: ſed operæ pretium fuerit ſimul, & perſonam, & tempus, & omnia hæc diligenter perſcrutari: itaque cum hæc diligenter conſideramus inuenimus quod ipſa non ſint omnibus imperata, ſed ſolis Apoſtolis: & neque illis in omne ſed ad præſcriptum, & determinatum tempus, & vnde hoc manifeſtum? ex dictis ipſis: dicit enim vocatis duodecim Diſcipulis dixit eis, in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum, ne intraueritis, ite potius ad oues domus Iſraël quæ perierunt, infirmos curate, Dæmones eijcite: gratis accepiſtis gratis date: ne poſſideatis aurum &c. Paupertatem ſignorum poteſtate, leuem, & facilem reddens &c. ſi præcepta ſunt hæc Solis Apoſtolis, quid in cauſa eſt, quod, & præceptum fuerit, ne haberent calceos, vel geminas veſtes, Inuenti ſunt eos poſſidentes, nam alius poſſedit penulam alius vero ſandalia,*quæ conſequenter vi huius præcepti ſub nomine calceorum erant prohibita ſed quando nam inuenti ſunt cum penula, & calceis, ſiue ſandaliis niſi poſt paſſionem vt ſupra explicat D. Chriſoſtomus de S. Petro qui iam ab hac lege abſolutus, Angelo ſic iubente calceauit ſe ſandaliis ſuis. *Quid igitur, ad hæc dicemus Chriſtus neque Apoſtolos ſemper huius legis neceſſitate adſtringi voluit, ſed & eos abſoluit ab hac lege cum iam ad ſalutarem Crucem iturus eſſet, & vnde hoc liquet? Ex Saluatoris ſermonibus, nam paſſionem aggreſſus, vocatis illis dixit, cum vos mitterem, ſine marſupio, & pera, aliquid ne deerat? At hi reſpondentes dixerunt nihil, ipſe autem dicebat eis, ſed nunc qui habet marſupium tollat, & peram, & qui non habet vendat veſtem ſuam, & mercetur gladium, iam fortè dicet aliquis Apoſtolos quidem his dictis à crimine abſolutos, ſed vltra quæritur quare Chriſtus contra præceperit, nam interdum dicit ne poſſideatis peram, interdum autem qui non habet Marſupium tollat, & peram, quare hoc fecit? Sane admodum digne hoc fecit pro ſua ſapientia, curaque quam pro Diſcipulis gerebat ab initio enim vocationis hoc faciebat, vt Diſcipuli periculum virtutis ſuæ facerent, & poſt hac in orbem terrarum exituri hoc exemplo animati ſe magis fiderent. Verum vbi iam potentiam ſuam agnoſcere cœperunt voluit vt, & ipſi domi virtutis ſpecimen aliquod preberent, permiſitque ipſoſmet ſuas ferre tentationes, ne ſcilicet perpetuo otioſi reſiderent, & ad finē vſque in omnibus quaſi pueri geſtarentur. Et quemadmodum qui artem docent natandi, principio multa diligentia Diſcipulos geſtant, poſt vnum autem, & alterum, & tertium diem ſubtracta dextera, illis præcipiunt, vt ſe ipſos iuuent, & nonnunquam illos parumper mergi ſinunt itaut, & multum ſalſuginis ſorbeant, ita*

ſane, & cum Diſcipulis ſuis Chriſtus faciebat, nam initio nihil eos pati ſinebat, vel paruum vel magnum: ſed vbique aderat muniens, & circumuallans eos, facienſque vt omnia vbertim eis affluerent: cum vero tempus eſſet vt ipſi virilitatem ſuam declararent, ſubtraxit aliquandiu beneficium, præcipiens eis, vt etiam per ſe ipſos multa perficerent, atque ob hanc cauſam cum non habebant calceos, vel Zonam, vel bacculum, vel as nihil eis deerat, dicit enim non vobis aliquid deerat, & reſpondentes dixerunt nihil. Cæterum quo tempore permiſit eis vt marſupium haberent, & peram, & calceos Inueniebantur, & eſurientes, & ſitientes, & nudi incedentes, vnde liquidum cur paſſim eos periclitari, & affligi ſinit, nempe vt mercedem aliquam habeant &c.

Ex his iuxta Diui Chriſoſtomi mentem, ſequentes, contra ſupradictas deduco concluſiones, primò quidem mandatum iſtud Chriſti Domini temporale extitiſſe, itavt non potuerint Apoſtoli durante tali præcepto, ſacculum param, duas tunicas, & calceos poſſidere, ſed tunc temporis nudis inceſſiſſe pedibus vndè malè dicitur hic vſum tantum duplicis calceamenti fuiſſe prohibitum, nuſquam enim D.Chriſoſtomus, de prohibitione duplicis calceamenti locutus eſt, ſed hic, & alibi ſemper voluit calceos ſimpliciter, & abſolutè fuiſſe prohibitos.

Secundò ex Chriſoſtomo calceos fuiſſe reſtitutos, non tamen integros, & completos vt volunt aduerſarij ſed ſandalia ipſa ſiue calcei quos ſanctus Doctor vocat Apoſtolicos, quibus inuentus eſt Diuus Petrus poſt Chriſti paſſionem calceatus, neque enim alia potuerunt calceamenta reſtitui niſi ea quibus poſteà calceati apparuerunt Apoſtoli. Et hæc fuit cauſa cur Diuus Chryſoſtomus dixerit mandatum Domini de non portandis calceis fuiſſe ſolum vſque ad paſſionem Chriſti, poſtquam Diuus Petrus caligis ſiuè ſandaliis vtebatur.

Objicies caligas ſumi ab Authoribus pro tibiarum indumentis, & pro ocreis piſcatorum: reſpondeo verum eſſe, aliquando ſic ſumi; nego tamen hoc in loco ſic accipi poſſe, cum & ſeptuaginta interpretes, ſancti Patres & quamplures ſacræ Scripturæ expoſitores pro caligis vertant ſandalia, vna enim & eadem vox caligas & ſandalia pariter denotat, vt Papias peruetuſtus inter Grammaticos, & Diuus Bonauentura ediſſerunt, & à Iulio Nigronico tractatu ſatis erudito quem de antiquorum caliga edidit, egregiè comprobatum eſt & ſuprà lectione 1. 2. & 3. diffuſè probaui caligas eſſe ſandalia, & ſandalia, calceamenta pedum.

Tertiò ex mente Chryſoſtomi ſandalia non plus eſſe quam ſimplices calceos vt iam oſtendi, imò minus eſſe, ſunt enim calceamenta non integra quæ etiam Apoſtolis ante Chriſti paſſionem prohibita erant, omne ſiquidem calceorum genus prohibuerat Dominus. Vnde quærit S. Chriſoſtomus cur S. Petrus contra præceptum Domini de non portandis calceis, his tamen vſus fuerit, ſandaliis calceatus incedens, & reſpondet ante paſſionem Domini fuiſſe Apoſtolos ab hoc mandato abſolutos, ſicque poſtea diuum Petrum ſandaliis ſiue caligis calceari potuiſſe.

Quartò, Diuum Petrum adhuc in Iudæa commorantem non calceis integris,

ſtris, ſed ſandaliis vſum fuiſſe: neque illum Romam profecturum, neque alios Apoſtolos, vniuerſum orbem peragraturos, alia portaſſe calceamenta ex ſupradictis nemini dubium eſſe poteſt.

Denique vt quiſque videre poſſit quam malè, & in vanum allatas ſuperiùs *l* S. Hyeronimi authoritates, quidam eludere præſumant, cum ad prim.am Epiſtolæ ad Euſtochium de cuſtodia Virginitatis. *Et Moyſes, & Ieſus naue, nudus in terram Sanctam pedibus iubentur incedere, & Diſcipuli ſine calceamentorum onere, & vinculis pellium ad Predicationem noui Euangelij deſtinantur, & milites veſtimentis I E S V ſorte diuiſis caligas non habebant, quas tollerent, nec enim poterat habere Dominus, quod prohibuerat ſeruis.* Reſpondent quod ſi milites Chriſti caligas partiti non ſint, quas non habebat, nec igitur ſandalia Chriſtus ipſe portauit: nec benè ſequitur quod non poterat habere Dominus quod prohibuerat in ſeruis, nuſquam enim ſandalia, ſeu caligas prohibuit, ſed conceſſit Apoſtolis. Sed contra, ſenſus verborum S. Hyeronimi diligenter inſpiciendus eſt, qui in hoc loco de iis tantum loquitur qui nudis omnino pedibus inceſſerunt: deinde vult etiam Diſcipulos Chriſti nudis pedibus ſine calceamentorum onere, & vinculis pellium, id eſt, ſine ſandaliis quæ vincula pellium habent, deſtinari ad Euangelium: Quare non mirum videri debet ſi eum loquitur de veſtimentis I E S V fortè diuiſis dicat caligas tunc temporis non habuiſſe ſiue ſandalia, hæc enim habere non poterat quæ Diſcipulis ſuis prohibuerat cum dixit illis Luc. 10. *Nolite portare ſacculum, neque peram neque calceamenta*, vide quæ ſuprà ex D. Chriſoſtomo diximus. Secundò reſpondet D. Bonauentura, *m* hic aliter Diuum Hyeronimum vti nomine caligarum quam ſuprà habitum eſt pro ſandaliis, neque gratis hoc dicitur cùm in hoc loco loquatur tantummodo de veſtimentis Ieſu ſorte diuiſis, inter quæ ſandalia numerari non poſſunt, quare aliquid aliud intelligendum eſt, ſicut cum in eadem Epiſtola loquitur Sanctus Doctor de quibuſdam Monachis apud quos *affectata erant omnia, laxa Manicæ, follicantes caligæ, veſtis graſſior crebra ſuſpiria.*

l Sect. 4.

m In Reg. fratrū minorum c. 2.

Ad aliam authoritatem ex Epiſt. ad Ageruch. *Apoſtoli toto orbe peregrini, non æs in Zona non virgam in manu, non caligas habuere in pedibus.* Primò dicunt id intelligi debere de tempore, quo in Iudęa verſabantur: ſed malè quomodo enim Iudæa ſola totum terrarum orbem continere, aut repreſentare poteſt, niſi ad ſenſum aliquem Myſticum: vel potius phantaſticum gratis omninò recurrere velint: deindè tunc temporis quo in Iudęa morabantur, vt ipſimet fatentur caligas ſiue ſandalia geſtabant, ergo non de ſola Iudęa id intelligere debemus. Reſpondent ſecundò Apoſtolos toto orbe peregrinos caligas ſiue ſandalia habere debuiſſe, præcipiente Domino eos ſandaliis calciari, quæ etiam Petrus iubente Angelo poſt paſſionem reſumpſit. Hæc quidem licèt vera ſint ſæpiſſimè tamen ſine caligis, & ſandaliis nudis pedibus inceſſerunt, vt enim ſuprà diximus ex Caietano liberum illis erat, aut cum ſandalis, aut nudis omnino pedibus ambulare, ſacculum, & peram portare, vel non portare, pecunias habere, aut non habere. Sæpiſſimè tamen non habebant, nec habere curabant, temporalia contemnentes, dignus enim

 erat

erat operarius mercede ſua,ideóque D. Hyeronimus dicit *Apoſtolos toto orbe peregrinos non æs in zona non virgam in manu , non caligas habere in pedibus*, deinde quidam legunt, *non calceos habuere in pedibus* , quia caligæ ſiue ſandalia, reuera ſunt calcei quamvis non integri,& completi. Sed quidquid ſit de aliorum expoſitionibus? Vult D. Hyeronimus abſque vlla Gloſſa Apoſtolos ſine calceamentis, & vinculis pellium,& caligis nudis pedibus inceſſiſſe : vnde in Amos 3. *Apoſtoli abſque calceamentis,& vlla mortui animalis pellicula nudis pedibus iubebantur incedere , quod certè non feciſſent ſi aliquo calceamentorum genere fuiſſent calceati.*

Cernis puto ſi rectè ſapis(candidè lector)ex his omnibus Chriſtum Dominum,& Apoſtolos nudis aliquando pedibus ambulaſſe, interdum verò ſandaliis calceatos, has ideò in medium protuli ſanctorum Patrum authoritates, non quia calceamenta integra , & completa reprobanda cenſeam : nec quia ſic calceatos de vlla imperfectione notare velim : cum & calceatorum, & diſcalceatorum habitus , & loculos habentium , & non habentium poſſeſſiones conſiderationibus, & cauſis diuerſis Domino placeant, & multiformi quadam varietate Sponſam Chriſti circundatam, decoram,perfectam,& admirabilem reddant. Tu igitur (vt iiſdem Diui Bonauenturæ verbis loquar) qui Euangelij Doctores & ſectator ſi hujus Euangelicæ perfectionis apicem non attingis vſu , attingas ſaltem affectu pio , affatu veridico , & Catholico intellectu , & noli Euangelij candidiſſimam Margaritam tortis expoſitionibus conculcare : noli contra Euangelicorum pedum nuditatem pelles mortuas deffenſare , ſi enim contra ſententias Euangelij calceamenta deffenderis , timendum eſt ne duas tunicas , & cum pera pecuniam deffendere contendas.

n Opuſc. de ſand. Apoſt. & in Apol. paup.

Sed vlterius progrediamur ex Iudæa cum Apoſtolis in vniuerſum orbem ſandaliorum noſtrorum calceamenta extendamus : ibi enim non ſolùm Apoſtolos ſed eorum ſucceſſores , antiquos Chriſtianos , & Monachos , aut nudis pedibus, aut ſandaliis calceatos inceſſiſſe videbimus.

SECTIO VII.

Probatur Eccleſiæ primitiuæ Chriſtianos , & Monachos omnes olim fuiſſe Diſcalceatos.

NVllo prorſus negotio rem propoſitam expediemus ſi Tertullianum virum vtique tam in diuinis quam in ſæcularibus ſcripturis doctiſſimum & ipſius antiquitatis fideliſſimum obſeruatorem conſulamus,qui in libro de pallio cap.7. oſtendit præſtantiam vſus Chriſtiani quem in toto libro deffendit incedendi excalceatis pedibus , *calceos nihil dicimus , proprium togæ tormentum, immundiſſimam pedum tutelam, verùm & falſam,quem enim non expediat in algore & ardore rigere nudipedem quàm in calceo vnguipedem* (vel vncipedem) quemadmodum ſcilicet incedebant gentiles , *magnum inceſſui munimentum*

nimentum ſutrinæ Veneria proſpexere perones effœminatos, vbi doctiſſimus Lacerda, *o* ſatis innuit nudos pedes geſtare ſolitos qui propriè eſſent Chriſtiani quà factum fuit vt hac de cauſa ludibrio à gentibus Chriſtiani haberentur quare Lucianus in philopat. ſic oratione pingens Chriſtianum dicebat, *Pallium putre ſine calceis, & tegmine capitis incedens detonſa coma*, vt docet etiam Palmerus in notis ad Tertulianum libro de pallio.

o In notis n.26.2.

Porrò non ita nudos pedes habuiſſe Chriſtianos, & maximè Affricanos quin ſoleis ſiue ſandaliis ſuffulti incederent docet Alexander ab Alexandro, *p* & accinit infrà Tertullianus dicens, *ſi quid calceatus inducitur mundiſſimum opus eſt aut pedes nudi magis, certè viriles magis quam in calceis*, quod annotans Palmerus, ſic ait, *nempe calceatus Chriſtianorum qui & Græcorum crepidæ aut ſoleæ quibus ima tantum calces ſeu plantæ tegerentur ſic interpretor quod de Germanico ſcribit Tacitus inceſſiſſe illum pedibus intectis, ſic quod Dio de Galigula*, ἀνυποδήτοις βουλομένοις, *id eſt, diſcalceatis volentibus permiſiſſe ludos ſpectare, ſic inquam interpretor non vt nudis pedibus eſſent ſed vt ſoleati tantum & crepidati*: ſic etiam Lacerda ſuprà citatus, *q ſoleæ quæ merè ſolo conſtabant mundiſſimum opus erat nihil quippe ſordidi, aut immundi in illis viſebatur, nam præter habenas quibus religabantur nihil habebant quod ſordidari poſſet, & calcei ex pelle facti & vſque ad medium crus aſcendentes luto ſemper aut puluere opleti immunditiam oſtendebant*. Et certè ſolemne erat Affricanæ Eccleſiæ vt Tertullianus inquit, *r Græcatim non minus depalari ſiue depillari*, vt dicunt Palmerus & Mercerius in ſuis annotationibus ad Tertulianum, *quam amiciri*, hoc eſt Græcis Chriſtianis ſe in habitu conformari qui corpus capillis denudabant, pallio amiciebantur & Apoſtolorum more ſandaliis vtebantur, ſic enim Clemens Alexandrinus jam ſuprà citatus eos inſtituit, *pulchrè autem viro conuenit nullos habere calceos, &c. Optimum quidem eſt exercitationis genus nudis vti pedibus & ad ſanitatem, & ad expeditam facilitatem vbi non prohibeat neceſſitas, quod ſi iter non agrediamur nec nudis incedere pedibus pati poſſumus ſoleis vtendum eſt*, ſic excalceatis pedibus ambulaſſe Tertullianum manifeſtè colligitur, ex eo quod rejecta toga, pallio veſtiretur more Chriſtianorum, & conſequenter, non calceis quod proprium erat pallij ſed ſimplici calceatura ſandaliorum, ſiue ſolearum vtebatur: ideóque cum à quodam inconſtantiæ notatus eſſet, librum de pallio compoſuit, in quo illius vetuſtatem, & commodum vſum edocet: ac pedum nuditatem contra calceos, immundiſſimam pedum tutelam maximè commendat.

p Lib. 5. c. 18

q n. 35. 3.

r De Pall. c. 4.

Nec mirum videri debet, ſi ad exemplum Apoſtolorum olim Chriſtiani ſimplici cultu, & calceatu ſandaliorum vſi fuerint, quod etiam multis ſæculis obſeruatum conſtat: illorum enim veſtigia in omnibus ſe imitari poſſe gloriabantur: quare ex Diu. Bonauentura, *s* in vita Beati Martialis Epiſcopi Lemouicenſis, quem in Gallias miſit Sanctus Petrus: ſic habetur *Sanctus Domini Martialis pergens ad prædicandum non equo vehebatur, aut aſino: non quolibet jumento; nec calceamenta propriis induebat pedibus, ſed juxta Domini, & Magiſtri ſui Ieſu Chriſti ſententiam, quam ipſe ſibi, & alijs Apoſtolis inculcarè ſolebat, vt pergentes de ciuitate in ciuitatem, non ſacculum, neque peram ſecum tollerent.*

s Opuſc. de ſand. Apoſt.

S. Martialis nudis pedibus incedebat.

B. Fronto cũ ſandaliis.

rem, nec calceamenta, nudis incederet pedibus, imitator Chriſti, atque Beati Petri Apoſtolorum Principis conſanguinei ſui, in omnibus quæ ipſe Dominus præcepit exiſtere curabat.

In vita ſimiliter B. Frontonis Epiſcopi Petragouicenſis, à B. Petro ordinati: ſic legitur. Beatus fronto caſtra, & vrbes, & vicinia loca calceatus tantum ſandaliis peragrans, gentium cateruis diuini Verbi ſemina erogabat: prætereà in ſanctarum Marthæ, & Magdalenæ vitis, habemus quod vel ſandaliis vtebantur vel nudis pedibus incedebant.

SS. Martha & Magdal. nudipedes, vel ſandaliatata.

t Nilus abbas, in axet. Alan. copus dial. l. 2. c. 5. & 6. canis, com. de ver bo Dei corrup. l. 1. Hyeron. in vit. S. Hilar. & Pauli Theodoreus in Lauſ. hiſt. c. 41. ſeuer. ſulpit. in vita S. Martini Dial. 1. c. 2. ſſi 14. Niceph. hiſt. Eccleſ. c. 19. Caſſian. de in it. Monach. c. 1. 2. optat. mileu l. 2. Contra Parmen. & alij.

Quare antiqui Monachi, imò & Neoterici Apoſtolicam vitam æmulantes, nudis etiam veſtigiis incedere voluerunt: ſic legitur in vitis Sanctorum Patrum, in Monachorum perfectorum laudibus, & multis in locis habetur apud Authores, t optimè Sanctus Hyeronimus libro contra Iouinianum reprehendit ipſum, quod cum priùs tanquam perfectus Monachus nudis pedibus incederet, poſteà à perfectione apoſtatans Monachali, calceamenta deaurata portabat: mira dicit Caſſianus libro primo de Habitu Monachali capite decimo, vbi de Monachorum Ægyptiorum calceamentis ſic loquitur, *calceamenta vero velut interdicta Euangelico præcepto recuſantes cum infirmitas corporis, vel matutinus hyemis rigor, vel meridiani æſtus feruor exegerit, tantummodo caligis ſuos muniunt pedes*, id eſt ſandaliis quibus pedes leuiter occupantur, & tenuiter implicantur: vt colligitur ex ſequentibus, *hoc interpretantes vſum earum, vel Dominica permiſſione ſignari, vt ſi in hoc mundo conſtituti cura, & ſollicitudine carnis huius omnimodis exuti eſſe non poſſumus, nec ab ea penitus prævalemus abſolui, ſaltem occupatione leui, & implicatione tenui neceſſitatem corporis explicemus, &c. Quibus tamen caligis, quamquam licitò vtantur vtpote mandato Domini conceſſis, Act. 12. & Marci 2. Nequaquam tamen pedibus, eas inhærere permittunt: cum accedunt ad celebranda, ſeu percipienda ſacroſancta myſteria, illud æſtimantes etiam ſecundum litteram cuſtodiri debere, quod dicitur ad Moyſen, vel ad IESVM filium naue, ſolue calceamentum tuum locus enim in quo ſtas terra ſancta eſt.* Quod ſanè ad altare accedentes in ſignum honoris, & reuerentię, ac deuotionis ergo id agere potuerunt. Si autem hoc ita ad literam cuſtodire voluerint vt id fuerit à Domino præceptum tanquam ad ſalutem neceſſarium, & ab omnibus obſeruandum æſtimarint, proculdubio vt ſuprà diximus hæreſim ſapiebant nudis pedibus ambulantium, licitò autem recuſantes calceos integros, & completos vtebantur ſandaliis, vtpotè mandato Domini conceſſis: vndè malè dicitur illos Caſſianum acriter arguere, ex eo quod ad literam intelligentes Scripturas calceos deponerent, eſſent enim ſimiliter reprehendendi Apoſtoli, & alij Sancti Patres ac Religioſi qui nudis pedibus, aut ſandaliis calceati inceſſerunt, ſed eos ſolùm reprehendit quia exiſtimabant, etiam ad literam neceſſariò debere obſeruari quod dictum eſt ad Moyſem, vel Ieſum filium naue, ſolue calceamentum de pedibus tuis, &c.

Prætereà Diuus Gregorius ex Monacho Epiſcopus Nazianzenus, vir tantæ doctrinæ, integritatis, & eloquentiæ, vt nec aduerſarij quidem vllatenus contradicere auderent, oratione duodecima, non longè à principio, in laudem

quorun

quorundam Religioſorum ſui temporis poſt ipſorum diſperſionem lugens, & flens *deſiderabam*, inquit, *& intentis, ac pendentibus oculis requirebam ſanctum illum canentem chorum, laudem & gloriam offerentium Deo, qui in lege Domini meditantur die ac nocte, qui ad exemplum, & commotionem melioris vitæ omnibus viuunt, legis Dei atque Euangelij Chriſti taciti Prædicatores, in quibus quoque habitus præfert virtutis inſignia, hirſutum caput, incultis, & horrentibus comis, pedes nudi, & Apoſtolis ſimiles, indumenti vilitas arrogantiam ſæculi ſuperbiámque condemnans: Zona ipſo ſuo neglectu pretioſior, parum quid cohibens neceſſitati.* Item Pachomius in regula. n. 120. mentionem facit caligarum, ſiue ſandaliorum *pellicula, & caligula & cingulum, & ſiquid aliud perierit, qui perdiderit increpabitur.*

Neque ſolùm hic vſus diſcalceatis pedibus incedendi, apud antiquos fuit Monachos: ſed etiam ad modernos tranſiit, & adhuc hodie laudabiliter cum maxima populorum ædificatione perſeuerat: imprimis Benedictus Haſtenus Ordinis Sancti Benedicti Monachus, *u* tradit caligas quas Sanctus Benedictus ſuis conceſſit Monachis pro indumentis pedum, genus eſſe calceamentorum quibus qui vtebantur pedes habebant infernè tectos, supernè nudos: ſicut vtuntur Capucini, quem morem ſcribit à Sanctis fluxiſſe Patribus: præſertim Caſſiano: caligas autem genus eſſe indumenti pedum non incongruè colligitur ex eo quod, qui calceamenta conficiant vocentur apud Italos *caligari* quæ fuſiùs videre poteris apud eundem loco citato. Hinc factum arbitror Reuerendos Patres Reformatos Sancti Bernardi vulgò Fulienſes Ordinis Ciſtercienſis Sancti Benedicti, diſcalceatis pedibus cum ſoccis ligneis, ſiue calopodiis incedere voluiſſe: ſic inſtitutos à Reuerendo Domino Ioanne de la Barriere Abbate Fulienſi anno Domini 1587. Qui omnes in huius ſanctæ reformationis principio præter alias victus, & habitus auſteritates nudis pedibus abſque vllo calceamentorum genere incedebant.

u In ca. 55. regulæ S. Benedicti.

Quare non mirum ſi Diuus Petrus Damianus S. R. E. Epiſcopus Oſtienſis, Eremita & Prior Monaſterij Sanctæ Crucis de Auellana, Ordinis Sancti Benedicti, inter alias auſteritates hanc pedum nuditatem cum ſuis Heremitis profeſſus fuerit, ſic enim refert, Ioannes Monachus in eius vita cap. 5. *De vini vſu quid memorem cum niſi pro ſacrificio ſeu forſitan pro ægro, vinum ibidem tunc prorſus deeſſe feratur? Nudipedalia paſſim per eremum cunctis temporibus exercebant: in cellis verò nec caligas induebant, &c. Petrus verò* loquens de Diuo Damiano *hoc commune ſignum longè vigilando præueniens, &c.* Et deindè *Nec quiſpiam abſque ineuitabili neceſſitate calceamenta ſibi indueret, donec communiter, Pſalterium ſingulis diebus compleuiſſent.* Imò ipſemet Damianus opuſcul. 14. De Ordine Eremit. fontis Auellani. Sic ait, *Illud etiam non minima pars pœnitentiæ eſt quod omni tempore, ſiue æſtate, ſiue hyeme, non calceis non ocreis vtuntur in cellulis, ſed nudis ſemper cruribus, & pedibus eſt conſuetudo permanere, exceptis his qui graui moleſtia infirmitatis vrgentur.* Fuiſſe verò ordinis *Sancti Benedicti*, omnia teſtantur illius opera, in omnibus ſiquidem penè titulis tractatuum inſcribitur *Monachus Ordinis Sancti Benedicti*, & ipſemet

D. Petrus Damianus ord. S. Benedicti.

opuſc. 13. de perfect. Monach. expreſsè profitetur ſe regulam Sancti Benedicti obſeruare. *At fortaſſis obijcitur quia præter id quod commune eſt ſpeciale cuiquam venienti de ſæculo ieiunium in regula non iubetur: ad quod facilè reſpondemus quia Beatus Benedictus ſua quidem præcepta Monachis edidit: ſed iudicantes de peccatoribus ſacros Canones non deſtruxit, &c. Nam ſi aliter nunquam ieiunare debemus nec aliam agere pœnitentiam, niſi quæ in eadem regula ſancta præcipitur cur ibi iuſſum eſt vt ieiunium à Priore frangatur propter hoſpites, niſi præcipuus dies ieiunij ſit, &c. Neceſſariò conſitere quia ſanctus vir non ſola quæ ſcripſit obſeruare nos voluit, & dum ſua condidit edita præcedentium Patrum non caſſauit.* Sed Clarius in ſermone quem compoſuit in Feſto ſancti Benedicti & pro Titulo habet, *Homelia 9. in laud. S. Benedicti*, quæ ſic incipit, *In huius Patris noſtri præcipua ſolemnitate totis eſſet viribus incumbendum niſi nobilis lingua Gregorij totum eius itinerarium ſermone magnifico collegiſſet.* Quare multum hallucinantur illi qui eum Ordini Auguſtiniano adſcribunt, errantes in ſimilitudine nominis quod habebat commune peccatoris, cum alio Petro Damiano pariter Rauennate eius ferme contemporaneo, qui fuit Clericus, & Clericorum Pater, hic cum videret multos, in Clericis abuſus vt corruptos eorum mores compeſceret condito Monaſterio in littore maris Adriatici in B. Virginis honorem Regulam ex ſanctis Patribus confectam præſcripſit, & Paſcali 2. Pontifici maximo confirmandam tranſmiſit. Petrus autem Damianus Rauennas Monachus fuit ſanctæ Crucis Eremi de Auellana Ordinis ſancti Benedicti congregationis Colombæ S.R.E. Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, creatus à Stephano Papa IX. anno 1058. & Fruentiæ in Monaſterio Beatæ. Virginis extra muros Spiritum Deo reddidit die vigeſimaſecunda Februarij anno milleſimo ſeptuageſimoſecundo. ætatis ſuæ 66. ibique ſepultus eſt, alter verò in Portuenſi Adriatici litoris à ſe fundato Monaſterio diem extremum clauſit.

Hyeron. Rub lib. 5. hiſtor. Rauen.

Succedit glorioſus Chriſti ſignifer Franciſcus, qui Spiritu ſancto reuelante, juxta literalem intellectum præcepti Dominici de non portandis calceamentis, ordinem ſuum & Regulam inſtituit Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis, & etiam ſeruauit. Tandèmque iuxta hunc intellectum per ſe ad prouidentiam ſignis præcedentibus confirmationem meruit obtinere, ait autem in Regula cap. 2. *& qui neceſſitate coguntur poſſint portare calceamenta* vbi calceamentorum deportationem indirectè tantum ipſa regula interdicit, cum illa ſolummodo in neceſſitate permittat, extra quam nemini licet calceari, ſed nudiſpedibus quiſque incedere debet, & qui aliter facit aliquam ſupponit diſpenſationem, aut minorem, aut maiorem, aut maximam. Quare in expoſitione quatuor Magiſtrorum ſuper hanc regulam ſic dicitur, *Omne quod ad calceamentum pertinet diſpenſationis eſt, minoris vt in ſoleis, aut maioris vt in ſoleis, & in caligis*, ſiuè tibialibus, *aut maximæ vt in ſotularibus, & caligis:* & hæc fuit cauſa quod primi Patres huius ſanctæ Religionis Seraphicæ, Apoſtolorum & Sancti Franciſci veſtigia ſequentes ferè omnes ſine diſpenſatione nudis pedibus ambulauerint, & legitur in Cronicis fratrem Ioannem Parent primum poſt Diuum Franciſcum Miniſtrum Ordinis

Generalem, & fratrem Ioannem de Parma alium item Generalem, nudis omnino pedibus, vnáque contenti tunica, totum ordinem viſitaſſe: fuit præterea, & adhuc in Hiſpania floret reformatio Recollectorum, qui priùs vocati fratres de caputio, poſteà de Euangelio, & diſcalceati per antonomaſiam dicti ſunt: eo quod nudis omnino pedibus, abſque ſandaliis, aut ſoccis incederent. Tandem Reuerendus Pater Mathæus de Baſchi, ex Patribus de Obſeruantia celebrem Capucinorum reformationem incœpit, & nudis ipſe omnino pedibus ambulabat: licet autem hic modus nudis pedibus incedendi in ordine Seraphico ab origine fuerit obſeruatus: quia tamen id in regula directè, & expreſsè non præcipitur, & in Euangelio legimus etiam Apoſtolos ſandaliis fuiſſe calceatos, manifeſtum eſt in illa vſum ſandaliorum minimè prohiberi, vnde ſemper in communitatibus fratres vſi ſunt ſandaliis, aut ſoccis, quod notauit S. Bonauentura, *x* cum ait, *ſandalia à læſione pedum conſeruant ſed non tegunt, ſicut ſunt ſoleæ fratrum noſtrorum*, ex quibus concluditur in Ordine fratres nudis pedibus inceſſiſſe aliquando verò ſandaliis calceatos, ſicut & Apoſtoli fecerunt, vt ſuprà diffusè probaui ſect. 2. 3. & 4.

Marcus de Vlisbo. 3. parte Cron. l. 9. cap. 18.

x In Luc. 10.

De Sancto Dominico ex Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini, celeberrimi fratrum Prædicatorum ordinis fundatore, legimus itinerando nudis pedibus ambulaſſe, quamvis poſteà cum oppida, & ciuitates ingrederetur calceamenta ſumeret: ſicque ſuas hominibus celabat mortificationes, omnémque mundi applauſum, ac ſuperbiæ occaſionem deuitabat, *quæ etiam bonis operibus inſidiatur vt pereant*. *z*

Sanctus item Norbertus Archiepiſcopus Magdeburgenſis ordinis præmonſtratenſis inſtitutor Apoſtolico Spiritu plenus, inter alias auſteritates nudis pedibus etiam brumali rigore incedens Prædicationi Verbi Dei, ſe totum ex animo dabat: Vndè de illo ſic ait Cronologia Monachi Altiſiodorenſis *anno* 1118. *Gelaſius Papa indicto Remis Concilio tranſgrediens Alpes in Gallias venit, ad quem vir Dei Norbertus nudis vt erat incedens pedibus acceſſit, eique animi ſui propoſitum pandens licentiam, & authoritatem ſeminandi vbique Verbum Dei accepit.*

z Auguſtin. in regula.

Beatus etiam Laurentius Iuſtinianus Patriarcha venetus, & congregationis Canonicorum S. Georgij in alga Venetiarum fundator, ſic ſuos Fratres ſub regula Sancti Auguſtini informauit, vt ſi eſſent Nouitij Calopodiis calceati incederent: ſi verò profeſſi, & Officio fungerentur Clericali, calceos geſtare poſſent. Certiſſimum etiam eſt Sanctum Franciſcum de Paula nudis omnino pedibus ambulaſſe, quamvis modo quos inſtituit Fratres ob nimiam quam profitentur victus auſteritatem calceis vtantur. Denique in Ordine Carmelitano, alios eſſe video excalceatos, alios item in Ordine Sanctiſſimæ Trinitatis redemptionis captiuorum, qui omnes Apoſtolicam vitam æmulantes cum maximo decore, vberes fructus in Eccleſia Dei producunt.

Obiicies melius eſſe pro doctrina veritatis calceatum eſſe quam diſcalceatum, ne ſcilicèt impediatur Verbum Dei. Sed attendat ille quod nulla forma aptior eſt Euangelij propagandi, quam illa in qua per totum orbem Euangelium prædicatum eſt, quod nudis pedibus factum eſſe ex Superioribus liquet

fateor

fateor pœnam eſſe aſperam, inquit Sanctus Bonauentura in Regula Fratrum Minorum cap.2. *Pedum nuditatem, in hyeme quidem apparet propter frigiditatem, in æſtate autem grauior eſt, propter duritiam maiorem, qui calor plus opprimit terræ glebas quam frigus, & ſole aſcendente cum gelu reſoluitur in hyeme, exſiccatur amplius in æſtate, calor etiam findit, & frangit grauiter pedes nudos, & tamen ipſi fratres cum Apoſtolo in frigiditate, & nuditate ibant gaudentes, nec algoribus hyemis, nec ardoribus æſtatis hactenus dimiſerunt, quin nudis pedibus adierint remotiſſimas partes mundi.* Hoc ſanè fecerunt quamplures Religioſi diuerſorum Ordinum, qui Apoſtolorum exemplo ad extremas orbis regiones, & barbaras quaſque nationes diſcalceatis pedibus, diſſeminandi verbi Dei gratia ſe contulerunt: & quotidie conferunt. Et Græci, Euangelium Prædicantes vt refert idem Seraphicus Doctor, & quos cernunt pecuniam non accipere, nec calceatos incedere, ſed ſandaliis vel ſoleis vti, Apoſtolicos nuncupant, & vt Chriſti diſcipulos venerantur. Monachi etiam Indiæ ſicut ille retulit D. Bonauenturæ, qui hoc vidit calceamentis non vtuntur nudis pedibus incedentes.

& opuſc. de ſandal. Apoſtol.

Quid amplius dicam neſcio non ſolùm Chriſtus, & Apoſtoli, Chriſtiani, & Monachi hanc nuditatem pedum profeſſi ſunt: imò etiam ipſi gentiles Deum adorabant Diſcalceati, vnde Pytagoras *Deum operto capite, & diſcalceatus adora.* Nudipedalia antiquitus apud Romanos populo indicabantur, cum nudis pedibus iubebatur populus in publicis ſupplicationibus pluuiam inuocare, vt refert Tertullianus in ſuo Apologetico aduersùs gentes cap. 40. ſic etiam apud Iudeos in honorem Dei fiebant nudipedalia apud Ioſephum libro 2. de bello Iudaico & ſummus Sacerdos tabernaculum fœderis & Sancta Sanctorum diſcalceatus ingrediebatur: Soli ſuperſunt teneiluli quidam, & delicatuli ſandaliorum oppugnatores, qui adeò nuditatem pedum abhorrent, vt ſolo nomine ſandaliorum audito deliquium cordis patiantur. Sed Macti animo in Ordine enim Auguſtiniano etiam diſcalceatos inueniemus, hoc illos ſcio malè audituros, neque enim, multum curant an Chriſtus, & Apoſtoli diſcalceati fuerint, necne: an Monachi antiqui, & moderni nudis pedibus inceſſerint, vel non: Dummodò D. Pater Auguſtinus verè ac propriè calceamenta portauerit, & nuſquam diſcalceatorum Eremitarum Ordinem inſtituerit, quod ſanè quam ſit incredibile, & ab omni veritate alienum ſequenti ſectione demonſtrabo.

Nudipedalia apud Romanos & Iudæos.

SECTIO VIII.

Probabatur D. Patrem Auguſtinum Saltem per aliquot annos diſcalceatum fuiſſe, & in ſuo Ordine Diſcalceatos inſtituiſſe, ac fuiſſe.

Hoc opus, hic labor eſt, hæc principalis difficultas, & nodus ille gordianus enſe non Alexandrino ſed Auguſtiniano à nobis diſſoluendus: videlicet

videlicet an D. Pater Auguſtinus Diſcalceatus fuerit, & diſcalceatos in ſuo Ordine inſtituerit, ſtant aliqui pro negatiua fortiter, prætendentes quamvis in caſſum D. Auguſtinum nunquam diſcalceatum fuiſſe, nec diſcalceatos inſtituiſſe, imò omnes religiones quæ D. Auguſtinum parentem agnouerunt, calceatas inceſſiſſe. Et primò id probare conantur ex verbis ipſiuſmet Auguſtini, a *Nam de his calceamentis quibus calceati ambulamus conſolatur me idem ipſe Dominus meus: ſi enim ipſe calceatus non eſſet, non de illo Ioannes diceret, non ſum dignus corrigiam ſoluere calceamentorum eius*, & confirmatur ex poſſidio S. Auguſtini diſcipulo, Epiſcopo Calamenſi in vita eiuſdem c. 22. *veſtis eius, & calceamenta, & lectualia ex moderato, & competenti habitu, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum.*

a Serm. 41. de ſanctis.

Secundò, fundantur in Regula cap. 9. *Veſtimenta vero, & calceamenta quando indigentibus fuerint neceſſaria dare non differant ſub quorum cuſtodia ſunt quæ poſcuntur.*

Tertiò, probant ex ſermone 22. Ad fratres in Eremo, ad quos teſtatur S. Pater Auguſtinus ſe miſiſſe veſtimenta, & calceamenta *de bonis Epiſcopatus Eccleſiæ Hipponenſis centum, & quinquaginta veſtimenta cum calceamentis vobis dilectis fratribus deportari præcepi, vt tempore frigoris quantum neceſſe fuerit vnuſquiſque reciperet.*

Quartò, denique ex determinatione habitus Auguſtiniani à Gregorio nono in Bulla dudùm apparuit. b Vbi ſummus Pontifex inter alia præſcripſit, vt calceamenta Auguſtinianorum apparerent, *Prauidimus ſtatuendum vt prior & vniuerſi, ac ſinguli fratres prædicti Ordinis S. Auguſtini, in exterioribus veſtimentis quæ nigri, vel albi debebant eſſe coloris quorum altero videlicet nigro, iam electo ab eis ipſos volumus manere contentos: Largas, & protenſas manicas quaſi adinſtar cucullarum, & deſuper ipſa ferant per amplas corrigias, & patenter omnibus apparentes* &c. & infrà, *adeo ſuorum veſtium longitudinem temperent, quod à quibuſcumque ipſorum calceamenta liberè videantur*, ergo inquiunt Auguſtiniani calceamentis vtebantur.

b Data Lateran. 5. Kal. Aprilis 1236

Hæc ſunt Iacula in nos immiſſa, hæc horrendæ machinæ, hæc fulgurantia in ſandalia noſtra contorta tormenta, quæ facilè in cineres, & fauillas: imò ad nihilum illa redigerent, ni tot firmiſſimis vallata propugnaculis firmiter, & inconcuſsè pedibus adhærerent. Quare intrepidè arma capiam, & pauperum ſandaliorum cauſam, & patrocinium contra hoſtes fortiter dimicaturus audacter ſuſcipiam.

Dicendum igitur calceamenta non eſſe habitum, nec de ſubſtantia habitus, cum omnibus tam Eremitis quam Anachoretis, & vniuerſis Ordinibus, ſtatus ſæcularis communia ſint: Nec peculiare aliquod inſigne fuiſſe ſtatus Regularis. Et ideò credendum eſt ea Sanctum Patrem Auguſtinum geſtaſſe, & geſtanda ſuis fratribus permiſiſſe, quæ communia erant omnibus etiam ſæcularibus, in Affrica Chriſtianis: Sandaliis autem ſiue ſoleis communiter vtebantur vt ſuprà ſectione præcedenti probaui, quare concludendum eſt hunc communem totius Affricæ vſum ſibi peculiarem feciſſe Auguſtinum. Præterea cum poſt Apoſtolos ſecundus cenſeatur. c Et vitam Apoſtolicam

c cap. vnico

paragrapho ſic alma mater in 6. de reſiq. & vener. Sanctorum.

d poſſid. in vita S. Aug. c. 5.

inſtituerit. *d* Apoſtolicis vſus eſt calceamentis, Soleis videlicet, ſiue ſandalijs: Christus enim Dominus poſtquam ſuis præcepit Apoſtolis, ne calceamenta portarent in pedibus, deindè miſit eos ad prædicandum Euangelium ſandaliis calceatos: cuius rei aſſignat rationem, & myſterium explicat ipſemet D. Auguſtinus iam ſuprà citatus miſticè aliquid hoc calceamentum ſignificans, vt pes neque tectus ſit neque nudus ad terram, id eſt, non occultetur Euangelium, nec terrenis commodis innitatur.

Talibus calceamentis calceatum ſe inducit Auguſtinus Sermone 42. de ſanctis in illis verbis, quæ tanquam Achillem ſuum, in medium proferunt aduerſarij, *de his calceamentis quibus calceati ambulamus conſolatur me Dominus meus, ſi enim ipſe calceatus non eſſet, non de illo Ioannes diceret, non ſum dignus corrigiam ſoluere calceamentorum eius, ſit ergo obedientia non ſubrepat ſuperba duritia: ego, inquis, Euangelium impleo quia nudo pede ambulo, tu, potes ego non poſſum, quod ſimul accepimus cuſtodiamus: quomodo charitate flagremus inuicem diligamus, ac ſic fit vt ego amen fortitudinem tuam, & tu portes infirmitatem meam.* Quæ verba ſi rectè perpendantur, & iuſtiſſima rationis lance ponderentur, tantum ab eſt vt calceis integris vſum fuiſſe demonſtrent Auguſtinum quin potius de ſandaliis omnino intelligi debeant.

Imprimis rejicio Grammaticalem illam explicationem qua aduerſarij contendunt Verbum illud, *Calceamenta*, proprie intelligi de calceis perfectis, & completis, calceamentum enim vt in ſuperioribus diffusè probaui *e* Genericum, ſiue analogum nomen eſt ad omne id quod pedibus adaptatur. Et probatur ex gloſſa interlineari ad illud act. 12. *caligæ ſcilicet, calceamenti genus*, & optimè diſtinguit Clemens Alexandrinus iam ſupra citatus. *f* dicens *calceorum quidem vſus, hic eſt ad tegendos pedes, alius autem ad populſandas offenſſiones, & à montanis aſperitatibus, plantam pedis conſeruans.* Imò D. Pater Auguſtinus loquens de ſandaliis Apoſtolorum, vtitur nomine calceamenti, *aliquid hoc calceamentum myſticæ ſignificationis habere admonet.*

e ſect. 1. 2. & 5.

f lib. 2. pedag. c. 11.

Per Verbum autem ſpecificatiuum *his*, & dictionem relatiuam *quibus* reſtringit S. Pater Verbum illud genericum *calceamentum* ad eam ſpeciem qua ipſe vtebatur, qui ſecundum Clementis Alexandrini Conſilium, cum propter infirmitates nudis incedere pedibus non valeret, calceamenta prorſus geſtabat ſimilia illis de quibus ſe conſolatur: conſolatur autem de calceamentis quibus Chriſtus incedebat calceatus, que autem illa fuerint ſatis ſuperque probauimus tota ſuperiori ſectione ſecunda Soleas fuiſſe, ſiue ſandalia quæ corrigiis, ſiue habenis ſupra pectus pedum vel ipſo cruri colligabantur: vnde de Chriſto ſandaliis calceato dicere poterat Diuus Ioannes Baptiſta *cuius non ſum dignus corrigiam ſoluere calceamentorum eius.* Nempe ſandaliorum.

Confirmantur hæc omnia ex occaſione, qua Sanctus Pater talia verba protulit: Hæc enim vt ex ipſis euidenter conjicitur fuit, quod aliqui Religioſi ſui Monaſterij, qui nudis pedibus, ſine ſandaliis, & vllo calceamentorum genere incedebant, vt ipſe Sanctus pater teſtatur de Alipio ſuo, & ex eodem fonte renato, his verbis *iam induto humilitate Sacramentis tuis congrua, &*

fortiſſimo

fortiſſimo domitore corporis, vſque ad Italicum ſolum glaciale, nudo pede obterendum inſolito auſu. Illam fortè tenebant opinionem Origenis, & Gregorij Nazianzeni, quam refert Euſebius Cæſarienſis, *g* ſcilicet ad implendum Euangelium nudis pedibus incedendum eſſe, & proptereà tradit idem Euſebius de Origene multis annis nullo aliquando vſum fuiſſe calceamento: ſed nudis pedibus inceſſiſſe, & Nazianzenus dicit de ſeipſo optabam homines videre, qui viuerent ad exemplum Prædicatoris Chriſti nudis pedibus ambulantes: vnde fortè in ſua nudipeditate ſibi complacentes tacitè ſanctum Auguſtinum accuſabant ſandaliis incedentem, quod nudis pedibus non incederet, & reſpondet cogitationibus eorum docendo quomodo debeat intelligi, quod præcepit Dominus Apoſtolis ſuis nolite ferre ſacculum, aut peram, aut calceamenta, & neminem per viam ſalutaueritis, & in quamcumque domum intraueritis dicite pax huic domui, ſi eſt illic filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſi quominùs ad vos reuertetur. Quod ſane intelligi non vult carnaliter, & per hoc fortè nec ſaccus, nec calceamenta, nec pera, maximéque illud vbi nobis ſi ſimpliciter, ſine diſcuſſione accipiamus, ſuperbia videtur impoſita, ne quemquam in via ſalutemus: attendamus, inquit, Dominum, loculos habuit in via, & ipſos loculos Iudæ commendauit, quomodo ergo intelligendum eſt nolite portare ſacculum? Quid eſt ſacculus? pecunia clauſa; id eſt occulta ſapientia, quid eſt nolite portare ſacculum? Nolite fieri ſapientes penes voſmetipſos, accipite Spiritum ſanctum, fons inte debet eſſe non ſacculus vndè erogatur, non vbi includatur, hoc eſt pera quod ſacculus. Deindè explicat calceamenta quid ſint, calceamenta quibus vtimur coria mortuorum ſunt nobis tegmina pedum, per hoc ergo iubemur renuntiare mortuis operibus. Hoc in figura Moyſes admonebatur, quando Dominus loquens, ait ſolue calceamenta de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas terra ſancta eſt, quid tam terra ſancta quam Dei Eccleſia? In illa ergo ſtemus, calceamenta ſoluamus, id eſt, mortuis operibus renuntiemus. Hæc propriis verbis Diuus Auguſtinus, qui ſtatim addit, *Nam de his calceamentis quibus calceati ambulamus conſolatur me idem ipſe Dominus meus, &c.* Quaſi vellet dicere malè intelligitis Scripturas non enim Chriſtus Dominus Apoſtolis ſuis calceamenta peram, & ſacculum, & alia prohibuit ſic fortè intellecta carnaliter (vt ait dubitans) & itavt fuerit præceptum hoc neceſſarium ad ſalutem, & ad cuius obſeruantiam omnes tenerentur, Chriſtus enim, & loculos habuit, & Iudæ commendauit, calceamenta item ſandaliorum portauit vnde conſolatus eſt Auguſtinus ſi ſimilia habuerit calceamenta, ſit ergo obedientia non ſubrepat ſuperba diuitia, benè intellige Scripturas, & neminem iniuſtè condemnabis, ego, inquis, Euangelium impleo, quia nudo pede ambulo: credis te adimplere Euangelium quia ſine vllis calceamentis iuxta dominicum præceptum incedis, benè eſt tu potes, quia benè vales, ego non poſſum propter infirmitates meas: quod ſimul accepimus ſimul cuſtodiamus, bonam habes, & firmam valetudinem, qua poſſis nudis incedere pedibus, id non poſſum quia infirmam habeo, & ideò ſandaliis ambulo calceatus, ſimul id cuſtodiamus: & nihil noui in noſtrum inſtitutum inuehamus, vbi ſi valetudo permittit

g lib. 6. hiſt. Eccleſ. 3.

Calceamentis Chriſti & Apoſtolorũ vſus eſt Auguſtinus.

ſtoli gladios eſſent accepturi, ibi autem nulla omnino fit mentio de calceamentorum reſtitutione.

Dico ſeptimò primam illam Apoſtolorum ad Iudæos miſſionem, præluſionem quandam fuiſſe cæterarum miſſionum cum in orbis diuerſas regiones extra Iudæam miſſi ſunt: ideóque credendum eſt, vt inquit Barradas k Apoſtolos quæ fuerant prohibita in prima miſſione quoad fieri poterat obſeruaſſe in aliis miſſionibus.

k tom. 2. l. 9 c. 12. de miſſione Apoſt. in illa verba dignus eſt enim operarius &c.

Tandem Diuum nobis obiiciunt Chriſoſtomum in locum Pauli ad Romanos c. 16. ſalutate priſcam, & aquilam ex cuius authoritate ſequentes eliciunt concluſiones quarum prima eſt ad tempus tantum, nempe triennio vſum ſacculi, duplicis tunicæ, & calceamenti Duplicis, Apoſtolis fuiſſe prohibitum. Secunda, horum omninm vſum reſtitutum, & expreſſe calceos. Tertia plus eſſe ſandalia quam ſimplices calceos. Quarta Apoſtolos vniuerſum orbem peragraturos, calceamenta portaſſe. Vt autem ex D. Chriſoſtomi verbis quiſque videre poſſit quam malè, & perperam præfatas inferant propoſitiones, totoque cælo à veritatis ſcopo oberrent verba plane aurea S. Doctoris hic ſubiiciam *Operepretium his fuerit in medium aliquid afferre de quo frequens eſt quæſtio, & quidnam? hoc dicebam morem Apoſtolicorum calceorum non nihil nobis conferre vtilitatis, ſed cum hoc dico incidit mihi lex quam Chriſtus poſuit dicens non poſſidete aurum, neque argentum, neque aliud quid in Zonis veſtris, neque calceos, neque virgam in via. Manifeſtum autem eſt Petrum habuiſſe ſandalia. Vnde cum Angelus eum dormientem excitaret, & è carcere educeret, ait calcea te ſandalibus tuis, & Paulus Timotheo ſcribit penulam quam reliqui trade &c. quid dices Paule Chriſtus Iubet non habere calceos, tu autem penulam habes, & alius ſandalia.* Iam ex his liquidò conſtat, Diuum Chriſoſtomum loqui de calceis Apoſtolicis ſiue ſandaliis, quibus calceati erant Apoſtoli, de quibus hic aliqua dicere proponit quæ nobis magnam conferant vtilitatem, ſed ſtatim illi occurrit difficultas propter legem Domini quæ prohibebat Apoſtolis habere aurum, argentum, & calceos, & tamen Petrus inquit habet ſandalia, & Paulus Penulam, quaſi vellet dicere, Chriſtus prohibuit duas tunicas, & calceos, & tamen Paulùs contra hanc legem habuit penulam, quæ eſt veſtis denſa ac vilis que nebuloſo ſeu pluuioſo tempore ſupra tunicam aſſumebatur. Et Petrus ſandaliis vſus eſt ideſt calceis, ſi enim ſandalia non fuiſſent calcei contra præceptum Domini non videretur feciſſe D. Petrus ſandaliis calceatus incedens. Non ergo dicant ex mente Chriſoſtomi plus eſſe ſandalia quam ſimplices Calceos imò potius fateri debent ſandalia veros eſſe Calceos, ſolum enim hic intendit S. Doctor Chriſtum Dominum Apoſtolis ſuis prohibuiſſe quoſcumque calceos, vt neque etiam ſandalia ferre poſſent, quæ ſimplices ſunt calcei totum pedem non integrè cooperientes, & vocantur à S. Thoma calceamenta pauperum, quibus cum vteretur D. Petrus contra mandatum Domini de non portandis calceis peccaſſe videtur, ſubdit poſtea. *Cum videant gentiles interdum fidelium aliquos pluribus veſtiri amiculis, continuo eis legem Chriſti obiiciunt, & dicunt nonne præcepit vobis Chriſtus, ne habeatis duas tunicas, vel calceamenta quomodò ergo*

do ergo vos legem illam prauaricamini &c. Hac ergo difficultate propoſita ex eo quod D. Paulus habuerit penulam, & Diuus Petrus ſandalia contra legem Domini duas tunicas & à fortiori penulam, ac etiam ſandalia prohibentem, concludit huius legis Obſeruantiam non omnibus, ſed ſolis Apoſtolis, neque pro ſemper ſed ad certum, & determinatum tempus imperatam fuiſſe, ab illa enim Chriſtus Dominus, ante ſuam paſſionem eos abſoluit cum dixit illis *ſed nunc qui habet Marſupium tollat, & peram &c.* Itavt potuerint poſtea ſandaliorum habere calceamenta, quẽmadmodum ante paſſionem Chriſti D. Petrus habuit qui antea, ſine vllis calceis nudis incedebat pedibus. *Videndum eſt in huiuſmodi quibus, & quando ea Chriſtus imperauerit non enim obiter, & nudè inquirenda ſunt hæc: ſed operę pretium fuerit ſimul, & perſonam, & tempus, & omnia hæc diligenter perſcrutari: itaque cum hæc diligenter conſideramus inuenimus quod ipſa non fuit omnibus imperata, ſed ſolis Apoſtolis: & neque illis in omne ſed ad præſcriptum, & determinatum tempus, & vnde hoc manifeſtum? ex dictis ipſis: dicit enim vocatis duodecim Diſcipulis dixit eis, in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum, ne intraueritis, ite potius ad oues domus Iſraël quæ perierunt, infirmos curate, Dæmones eijcite: gratis accepiſtis gratis date: ne poſſideatis aurum &c. Paupertatem ſignorum poteſtate, leuem, & facilem reddens &c. ſi præcepta ſunt hæc Solis Apoſtolis, quid in cauſa eſt, quod, & præceptum fuerit, ne haberent calceos, vel geminas veſtes, Inuenti ſunt eos poſſidentes, nam alius poſſedit penulam alius vero ſandalia*, quæ conſequenter vi huius pręcepti ſub nomine calceorum erant prohibita ſed quando nam inuenti ſunt cum penula, & calceis, ſiue ſandaliis niſi poſt paſſionem vt ſupra explicat D. Chriſoſtomus de S. Petro qui iam ab hac lege abſolutus, Angelo ſic iubente calceauit ſe ſandaliis ſuis. *Quid igitur, ad hæc dicemus Chriſtus neque Apoſtolos ſemper huius legis neceſſitate adſtringi voluit, ſed & eos abſoluit ab hac lege cum iam ad ſalutarem Crucem iturus eſſet, & vnde hoc liquet? Ex Saluatoris ſermonibus, nam paſſionem aggreſſus, vocatis illis dixit, cum vos mitterem, ſine marſupio, & pera, aliquid ne deerat? At hi reſpondentes dixerunt nihil, ipſe autem dicebat eis, ſed nunc qui habet marſupium tollat, & peram, & qui non habet vendat veſtem ſuam, & mercetur gladium, iam fortè dicet aliquis Apoſtolos quidem his dictis à crimine abſolutos, ſed vltra quæritur quare Chriſtus contra præceperit, nam interdum dicit ne poſſideatis peram, interdum autem qui non habet Marſupium tollat, & peram, quare hoc fecit? Sane admodum digne hoc fecit pro ſua ſapientia, curaque quam pro Diſcipulis gerebat ab initio enim vocationis hoc faciebat, vt Diſcipuli periculum virtutis ſuæ facerent, & poſt hac in orbem terrarum exituri hoc exemplo animati ſe magis fiderent. Verum vbi iam potentiam ſuam agnoſcere ceperunt voluit vt, & ipſi domi virtutis ſpecimen aliquod preberent, permiſitque ipſoſmet ſuas ferre tentationes, ne ſcilicet perpetuo otioſi reſiderent, & ad finẽ vſque in omnibus quaſi pueri geſtarentur. Et quemadmodum qui artem docent natandi, principio multa diligentia Diſcipulos geſtant, poſt vnum autem, & alterum, & tertium diem ſubtracta dextera, illis præcipiunt, vt ſe ipſos iuuent, & nonnunquam illos parumper mergi ſinunt itaut, & multum ſalſuginis ſorbeant, ita*

ſane, & cum Diſcipulis ſuis Chriſtus faciebat, nam initio nihil eos pati ſinebat, vel paruum vel magnum: ſed vbique aderat muniens, & circumuallans eos, facienſque vt omnia vbertim eis affluerent: cum vero tempus eſſet vt ipſi virilitatem ſuam declararent, ſubtraxit aliquandiu beneficium, præcipiens eis, vt etiam per ſe ipſos multa perficerent, atque ob hanc cauſam cum non habebant calceos, vel Zonam, vel bacculum, vel æs nihil eis deerat, dicit enim non vobis aliquid deerat, & reſpondentes dixerunt nihil. Cæterum quo tempore permiſit eis vt marſupium haberent, & peram, & calceos Inueniebantur, & eſurientes, & ſitientes, & nudi incedentes, vnde liquidum cur paſſim eos periclitari, & affligi ſinit, nempe vt mercedem aliquam habeant &c.

Ex his iuxta Diui Chriſoſtomi mentem, ſequentes, contra ſupradictas deduco concluſiones, primò quidem mandatum iſtud Chriſti Domini temporale extitiſſe, itavt non potuerint Apoſtoli durante tali præcepto, ſacculum peram, duas tunicas, & calceos poſſidere, ſed tunc temporis nudis inceſſiſſe pedibus vndè malè dicitur hic vſum tantum duplicis calceamenti fuiſſe prohibitum, nuſquam enim D.Chriſoſtomus, de prohibitione duplicis calceamenti locutus eſt, ſed hic, & alibi ſemper voluit calceos ſimpliciter, & abſolutè fuiſſe prohibitos.

Secundò ex Chriſoſtomo calceos fuiſſe reſtitutos, non tamen integros, & completos vt volunt aduerſarij ſed ſandalia ipſa ſiue calcei quos ſanctus Doctor vocat Apoſtolicos, quibus inuentus eſt Diuus Petrus poſt Chriſti paſſionem calceatus, neque enim alia potuerunt calceamenta reſtitui niſi ea quibus poſteà calceari apparuerunt Apoſtoli. Et hæc fuit cauſa cur Diuus Chryſoſtomus dixerit mandatum Domini de non portandis calceis fuiſſe ſolum vſque ad paſſionem Chriſti, poſtquam Diuus Petrus caligis ſiuè ſandaliis vtebatur.

Objicies caligas ſumi ab Authoribus pro tibiarum indumentis, & pro ocreis piſcatorum: reſpondeo verum eſſe, aliquando ſic ſumi, nego tamen hoc in loco ſic accipi poſſe, cum & ſeptuaginta interpretes, ſancti Patres & quamplures ſacræ Scripturæ expoſitores pro caligis vertant ſandalia, vna enim & eadem vox caligas & ſandalia pariter denotat, vt Papias peruetuſtus inter Grammaticos, & Diuus Bonauentura ediſſerunt, & à Iulio Nigronico tractatu ſatis erudito quem de antiquorum caliga edidit, egregiè comprobatum eſt & ſuprà lectione 1. 2. & 3. diffusè probaui caligas eſſe ſandalia, & ſandalia, calceamenta pedum.

Tertiò ex mente Chryſoſtomi ſandalia non plus eſſe quam ſimplices calceos vt iam oſtendi, imò minus eſſe, ſunt enim calceamenta non integra quæ etiam Apoſtolis ante Chriſti paſſionem prohibita erant, omne ſiquidem calceorum genus prohibuerat Dominus. Vnde quærit S. Chriſoſtomus cur S. Petrus contra præceptum Domini de non portandis calceis, his tamen vſus fuerit, ſandaliis calceatus incedens, & reſpondet ante paſſionem Domini fuiſſe Apoſtolos ab hoc mandato abſolutos, ſicque poſtea diuum Petrum ſandaliis ſiue caligis calceari potuiſſe.

Quartò, Diuum Petrum adhuc in Iudęa commorantem non calceis integris,

gris, ſed ſandaliis vſum fuiſſe: neque illum Romam profecturum, neque alios Apoſtolos, vniuerſum orbem peragraturos, alia portaſſe calceamenta ex ſupradictis nemini dubium eſſe poteſt.

Denique vt quiſque videre poſſit quam malè, & in vanum allatas ſuperiùs *l* S. Hyeronimi authoritates, quidam eludere præſumant, cum ad primam Epiſtolæ ad Euſtochium de cuſtodia Virginitatis. *Et Moyſes, & Ieſus naue nudis in terram Sanctam pedibus iubentur incedere, & Diſcipuli ſine calceamentorum onere, & vinculis pellium ad Prædicationem noui Euangelij deſtinantur, & milites veſtimentis I E S V ſorte diuiſis caligas non habebant, quas tollerent, nec enim poterat habere Dominus, quod prohibuerat ſeruis.* Reſpondent quod ſi milites Chriſti caligas partiti non ſint, quas non habebat, nec igitur ſandalia Chriſtus ipſe portauit: nec benè ſequitur quod non poterat habere Dominus quod prohibuerat in ſeruis, nuſquam enim ſandalia, ſeu caligas prohibuit, ſed conceſſit Apoſtolis. Sed contra, ſenſus verborum S. Hyeronimi diligenter inſpiciendus eſt, qui in hoc loco de iis tantum loquitur qui nudis omnino pedibus inceſſerunt: deinde vult etiam Diſcipulos Chriſti nudis pedibus ſine calceamentorum onere, & vinculis pellium, id eſt, ſine ſandaliis quæ vincula pellium habent, deſtinari ad Euangelium: Quare non mirum videri debet ſi cum loquitur de veſtimentis I E S V forte diuiſis dicat caligas tunc temporis non habuiſſe ſiue ſandalia, hæc enim habere non poterat quæ Diſcipulis ſuis prohibuerat cum dixit illis Luc. 1[illegible]. *Nolite portare ſacculum, neque peram neque calceamenta*, vide quæ ſuprà ex D. Chriſoſtomo diximus. Secundò reſpondet D. Bonauentura, *m* hic aliter Diuum Hyeronimum vti nomine caligarum quam ſuprà habitum eſt pro ſandaliis, neque gratis hoc dicitur cùm in hoc loco loquatur tantummodo de veſtimentis Ieſu ſorte diuiſis, inter quæ ſandalia numerari non poſſunt, quare aliquid aliud intelligendum eſt, ſicut cum in eadem Epiſtola loquitur Sanctus Doctor de quibuſdam Monachis apud quos *affectata erant omnia, laxa Manicæ, folliçantes caligæ, veſtis graſſior crebra ſuſpiria.*

l Sect. 4.

m In Reg. fratrũ minorum c. 2.

Ad aliam authoritatem ex Epiſt. ad Ageruch. *Apoſtoli toto orbe peregrini, non æs in Zona non virgam in manu, non caligas habuere in pedibus.* Primò dicunt id intelligi debere de tempore, quo in Iudęa verſabantur: ſed malè quomodo enim Iudæa ſola totum terrarum orbem continere, aut repreſentare poteſt, niſi ad ſenſum aliquem Myſticum: vel potius phantaſticum gratis omninò recurrere velint: deindè tunc temporis quo in Iudęa morabantur, vt ipſimet fatentur caligas ſiue ſandalia geſtabant, ergo non de ſola Iudęa id intelligere debemus. Reſpondent ſecundò Apoſtolos toto orbe peregrinos caligas ſiue ſandalia habere debuiſſe, præcipiente Domino eos ſandaliis calciari, quæ etiam Petrus iubente Angelo poſt paſſionem reſumpſit. Hæc quidem licèt vera ſint ſæpiſſimè tamen ſine caligis, & ſandaliis nudis pedibus inceſſerunt, vt enim ſuprà diximus ex Caietano liberum illis erat, aut cum ſandalis, aut nùdis omnino pedibus ambulare, ſacculum, & peram portare, vel non portare, pecunias habere, aut non habere. Sæpiſſimè tamen non habebant, nec habere curabant, temporalia contemnentes, dignus enim

 erat

erat operarius mercede ſua, idcóque D. Hyeronimus dicit *Apoſtolos toto orbe peregrinos non æs in zona non virgam in manu , non caligas habere in pedibus,* deinde quidam legunt, *non calceos habuere in pedibus* , quia caligæ ſiue ſandalia, reuera ſunt calcei quamvis non integri, & completi. Sed quidquid ſit de aliorum expoſitionibus? Vult D. Hyeronimus abſque vlla Gloſſa Apoſtolos ſine calceamentis, & vinculis pellium, & caligis nudis pedibus inceſſiſſe: vnde in Amos 3. *Apoſtoli abſque calceamentis, & vlla mortui animalis pellicula nudis pedibus iubebantur incedere , quod certè non feciſſent ſi aliquo calceamentorum genere fuiſſent calceati.*

Cernis puto ſi rectè ſapis (candidè lector) ex his omnibus Chriſtum Dominum, & Apoſtolos nudis aliquando pedibus ambulaſſe, interdum verò ſandaliis calceatos, has ideò in medium protuli ſanctorum Patrum authoritates, non quia calceamenta integra, & completa reprobanda cenſeam: nec quia ſic calceatos de vlla imperfectione notare velim: cum & calceatorum, & diſcalceatorum habitus , & loculos habentium, & non habentium poſſeſſiones conſiderationibus, & cauſis diuerſis Domino placeant, & multiformi quadam varietate Sponſam Chriſti circundatam, decoram, perfectam, & admirabilem reddant. Tu igitur (vt iiſdem Diui Bonauenturæ verbis loquar) qui Euangelij Doctores & ſectator ſi hujus Euangelicæ perfectionis apicem non attingis vſu, attingas ſaltem affectu pio, affatu veridico, & Catholico intellectu, & noli Euangelij candidiſſimam Margaritam tortis expoſitionibus conculcare: noli contra Euangelicorum pedum nuditatem pelles mortuas deffenſare, ſi enim contra ſententias Euangelij calceamenta deffenderis, timendum eſt ne duas tunicas, & cum pera pecuniam deffendere contendas.

n Opuſc. de ſand. Apoſt. & in Apol. paup.

Sed vlterius progrediamur ex Iudæa cum Apoſtolis in vniuerſum orbem ſandaliorum noſtrorum calceamenta extendamus: ibi enim non ſolùm Apoſtolos ſed eorum ſucceſſores, antiquos Chriſtianos, & Monachos, aut nudis pedibus, aut ſandaliis calceatos inceſſiſſe videbimus.

SECTIO VII.

Probatur Eccleſiæ primitiuæ Chriſtianos, & Monachos omnes olim fuiſſe Diſcalceatos.

NVllo prorſus negotio rem propoſitam expediemus ſi Tertullianum virum vtique tam in diuinis quam in ſæcularibus ſcripturis doctiſſimum & ipſius antiquitatis fideliſſimum obſeruatorem conſulamus, qui in libro de pallio cap. 7. oſtendit præſtantiam vſus Chriſtiani quem in toto libro deffendit incedendi excalceatis pedibus, *calceos nihil dicimus , proprium togæ tormentum, immundiſſimam pedum tutelam, verùm & falſam, quem enim non expediat in algore & ardore rigere nudipedem quàm in calceo vnguipedem* (vel vncipedem) quemadmodum ſcilicet incedebant gentiles, *magnum inceſſui munimentum*

nimentum ſutrina Veneria proſpexere perones effœminatos, vbi doctiſſimus Lacerda, *o* ſatis innuit nudos pedes geſtare ſolitos qui propriè eſſent Chriſtiani quâ factum fuit vt hac de cauſa ludibrio à gentibus Chriſtiani haberentur quare Lucianus in philopat. ſic oratione pingens Chriſtianum dicebat, *Pallium putre ſine calceis, & tegmine capitis incedens detonſa coma*, vt docet etiam Palmerus in notis ad Tertulianum libro de pallio. *o* In notis n.26.2.

Porrò non ita nudos pedes habuiſſe Chriſtianos, & maximè Affricanos quin ſoleis ſiue ſandaliis ſuffulti incederent docet Alexander ab Alexandro, *p* & accinit infrà Tertullianus dicens, *ſi quid calceatus inducitur mundiſſimum opus eſt aut pedes nudi magis, certè viriles magis quam in calceis*, quod annotans Palmerus, ſic ait, *nempe calceatus Chriſtianorum qui & Græcorum crepidæ aut ſoleæ quibus ima tantum calces ſeu plantæ tegerentur ſic interpretor quod de Germanico ſcribit Tacitus inceſſiſſe illum pedibus intectis, ſic quod Dio de Galigula, ἀνυποδήτοις βουλομένοις, id eſt, diſcalceatis volentibus permiſiſſe ludos ſpectare, ſic inquam interpretor non vt nudis pedibus eſſent ſed vt ſoleati tantum & crepidati*: ſic etiam Lacerda ſuprà citatus, *q ſoleæ quæ merè ſolo conſtabant mundiſſimum opus erat nihil quippe ſordidi, aut immundi in illis viſebatur, nam præter habenas quibus religabantur nihil habebant quod ſordidari poſſet, & calcei ex pelle facti & vſque ad medium crus aſcendentes luto ſemper aut puluere opleti immunditiam oſtendebant*. Et certè ſolemne erat Affricanæ Eccleſiæ vt Tertullianus inquit, *r Græcatim non minus depalari* ſiue depillari, vt dicunt Palmerus & Mercerius in ſuis annotationibus ad Tertulianum, *quam amiciri*, hoc eſt Græcis Chriſtianis ſe in habitu conformari qui corpus capillis denudabant, pallio amiciebantur & Apoſtolorum more ſandaliis vtebantur, ſic enim Clemens Alexandrinus jam ſuprà citatus eos inſtituit, *pulchrè autem viro conuenit nullos habere calceos, &c. Optimum quidem eſt exercitationis genus nudis vti pedibus & ad ſanitatem, & ad expeditam facilitatem vbi non prohibeat neceſſitas, quod ſi iter non agrediamur nec nudis incedere pedibus pati poſſumus ſoleis vtendum eſt*, ſic excalceatis pedibus ambulaſſe Tertullianum manifeſtè colligitur, ex eo quod rejecta toga, pallio veſtiretur more Chriſtianorum, & conſequenter, non calceis quod proprium erat pallij ſed ſimplici calceatura ſandaliorum, ſiue ſolearum vtebatur: ideóque cum à quodam inconſtantiæ notatus eſſet, librum de pallio compoſuit, in quo illius vetuſtatem, & commodum vſum edocet: ac pedum nuditatem contra calceos, immundiſſimam pedum tutelam maximè commendat. *p* Lib.5.c.18. *q* n.33.3. *r* De Pall. c.4.

Nec mirum videri debet, ſi ad exemplum Apoſtolorum olim Chriſtiani ſimplici cultu, & calceatu ſandaliorum vſi fuerint, quod etiam multis ſæculis obſeruatum conſtat: illorum enim veſtigia in omnibus ſe imitari poſſe gloriabantur: quare ex Diu. Bonauentura, *s* in vita Beati Martialis Epiſcopi Lemouicenſis, quem in Gallias miſit Sanctus Petrus: ſic habetur *Sanctus Domini Martialis pergens ad prædicandum non equo vehebatur, aut aſino: non quolibet jumento; nec calceamenta propriis induebat pedibus, ſed juxta Domini, & Magiſtri ſui Ieſu Chriſti ſententiam, quam ipſe ſibi, & alijs Apoſtolis inculcarè ſolebat, vt pergentes de ciuitate in ciuitatem, non ſacculum, neque peram ſecum tollerent*, *s* Opuſc. de ſand. Apoſt. S. Martialis nudis pedibus incedebat.

quorundam Religioſorum ſui temporis poſt ipſorum diſperſionem lugens, & flens *deſiderabam*, inquit, *& intentis, ac pendentibus oculis requirebam ſanctum illum canentem chorum, laudem & gloriam offerentium Deo, qui in lege Domini meditantur die ac nocte, qui ad exemplum, & commotionem melioris vitæ omnibus viuunt, legis Dei atque Euangelij Chriſti taciti Prædicatores, in quibus quoque habitus præfert virtutis inſignia, hirſutum caput, incultis, & horrentibus comis, pedes nudi, & Apoſtolis ſimiles, indumenti vilitas arrogantiam ſæculi ſuperbiamque condemnans: Zona ipſo ſuo neglectu pretioſior, parum quid cohibens neceſſitati.* Item Pachomius in regula. n. 120. mentionem facit caligarum, ſiue ſandaliorum *pellicula, & caligulæ & cingulum, & ſiquid aliud perierit, qui perdiderit increpabitur.*

Neque ſolùm hic vſus diſcalceatis pedibus incedendi, apud antiquos fuit Monachos: ſed etiam ad modernos tranſiit, & adhuc hodie laudabiliter cum maxima populorum ædificatione perſeuerat: imprimis Benedictus Haſtenus Ordinis Sancti Benedicti Monachus, *u* tradit caligas quas Sanctus Benedictus ſuis conceſſit Monachis pro indumentis pedum, genus eſſe calceamentorum quibus qui vtebantur pedes habebant infernè rectos, supernè nudos: ſicut vtuntur Capucini, quem morem ſcribit à Sanctis fluxiſſe Patribus: præſertim Caſſiano: caligas autem genus eſſe indumenti pedum non incongruè colligitur ex eo quod, qui calceamenta conficiant vocentur apud Italos *caligari* quæ fuſiùs videre poteris apud eundem loco citato. Hinc factum arbitror Reuerendos Patres Reformatos Sancti Bernardi vulgò Fulienſes Ordinis Ciſtercienſis Sancti Benedicti, diſcalceatis pedibus cum ſoccis ligneis, ſiue calopodiis incedere voluiſſe: ſic inſtitutos à Reuerendo Domino Ioanne de la Barriere Abbate Fulienſi anno Domini 1587. Qui omnes in huius ſanctæ reformationis principio præter alias victus, & habitus auſteritates nudis pedibus abſque vllo calceamentorum genere incedebant.

u In ca. 55. regulæ S. Benedicti.

Quare non mirum ſi Diuus Petrus Damianus S. R. E. Epiſcopus Oſtienſis, Eremita & Prior Monaſterij Sanctæ Crucis de Auellana, Ordinis Sancti Benedicti, inter alias auſteritates hanc pedum nuditatem cum ſuis Heremitis profeſſus fuerit, ſic enim refert, Ioannes Monachus in eius vita cap. 5. *De vini vſu quid memorem cum niſi pro ſacrificio ſeu forſitan pro ægro, vinum ibidem tunc prorſus deeſſe feratur? Nudipedalia paſſim per eremum cunctis temporibus exercebant: in cellis verò nec caligas induebant, &c.* *Petrus verò* loquens de Diuo Damiano *hoc commune ſignum longè vigilando praueniens, &c.* Et deindè *Nec quiſpiam abſque ineuitabili neceſſitate calceamenta ſibi indueret, donec communiter, Pſalterium ſingulis diebus compleuiſſent.* Imò ipſemet Damianus opuſcul. 14. De Ordine Eremit. fontis Auellani. Sic ait, *Illud etiam non minima pars pœnitentiæ eſt quod omni tempore, ſiue æſtate, ſiue hyeme, non calceis non ocreis vtuntur in cellulis, ſed nudis ſemper cruribus, & pedibus eſt conſuetudo permanere, exceptis his qui graui moleſtia infirmitatis vrgentur.* Fuiſſe verò ordinis Sancti Benedicti, omnia teſtantur illius opera, in omnibus ſiquidem penè titulis tractatuum inſcribitur *Monachus Ordinis Sancti Benedicti*, & ipſemet

D. Petrus Damianus ord. S. Benedicti.

opuſc. 13. de perfect. Monach. expreſsè profitetur ſe regulam Sancti Benedicti obſeruare. *At firmiſſis obijcitur quia prater id quod commune eſt ſpeciale cuiquam venienti de ſeculo ieiunium in regula non iubetur: ad quod facilè reſpondemus quia Beatus Benedictus ſua quidem precepta Monachis edidit : ſed iudicantes de peccatoribus ſacros Canones non deſtruxit, &c. Nam ſi aliter nunquam ieiunare debemus nec aliam agere pœnitentiam, niſi qua in eadem regula ſancta precipitur cur ibi iuſſum eſt vt ieiunium à Priore frangatur propter hoſpites, niſi precipuus dies ieiunij ſit, &c. Neceſſariò confitere quia ſanctus vir non ſola qua ſcripſit obſeruare nos voluit, & dum ſua condidit edita precedentium Patrum non caſſauit.* Sed Clarius in ſermone quem compoſitit in Feſto ſancti Benedicti & pro Titulo habet, *Homelia 9. in laud. S. Benedicti*, quæ ſic incipit, *In huius Patris noſtri pracipua ſolemnitate totis eſſet viribus incumbendum niſi nobilis lingua Gregorij totum eius itinerarium ſermone magnifico collegiſſet.* Quare multum hallucinantur illi qui eum Ordini Auguſtiniano adſcribunt, errantes in ſimilitudine nominis quod habebat commune peccatoris, cum alio Petro Damiano pariter Rauennate eius ferme contemporaneo, qui fuit Clericus, & Clericorum Pater, hic cum videret multos, in Clericis abuſus vt corruptos eorum mores compeſceret condito Monaſterio in littore maris Adriatici in B. Virginis honorem Regulam ex ſanctis Patribus confectam præſcripſit, & Paſcali 2. Pontifici maximo confirmandam tranſmiſit. Petrus autem Damianus Rauennas Monachus fuit ſanctæ Crucis Eremi de Auellana Ordinis ſancti Benedicti congregationis Colombæ S.R.E. Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, creatus à Stephano Papa IX. anno 1058. & Fruentiæ in Monaſterio Beatæ. Virginis extra muros Spiritum Deo reddidit die vigeſimaſecunda Februarij anno milleſimo ſeptuageſimoſecundo. ætatis ſuæ 66. ibique ſepultus eſt, alter verò in Portuenſi Adriatici litoris à ſe fundato Monaſterio diem extremum clauſit.

Hyeron. Rub lib. 5. hiſtor. Rauen.

Succedit glorioſus Chriſti ſignifer Franciſcus, qui Spiritu ſancto reuelante, iuxta literalem intellectum præcepti Dominici de non portandis calceamentis, ordinem ſuum & Regulam inſtituit Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis, & etiam ſeruauit. Tandemque iuxta hunc intellectum per ſe ad prouidentiam ſignis præcedentibus confirmationem meruit obtinere, ait autem in Regula cap. 2. *& qui neceſſitate coguntur poſſint portare calceamenta* vbi calceamentorum deportationem indirectè tantum ipſa regula interdicit, cum illa ſolummodo in neceſſitate permittat, extra quam nemini licet calceari, ſed nudiſpedibus quiſque incedere debet, & qui aliter facit aliquam ſupponit diſpenſationem, aut minorem, aut maiorem, aut maximam. Quare in expoſitione quatuor Magiſtrorum ſuper hanc regulam ſic dicitur, *Omne quod ad calceamentum pertinet diſpenſationis eſt, minoris vt in ſoleis, aut maioris vt in ſoleis, & in caligis*, ſine tibialibus, *aut maxima vt in ſotularibus, & caligis:* & hęc fuit cauſa quod primi Patres huius ſanctæ Religionis Seraphicæ, Apoſtolorum & Sancti Franciſci veſtigia ſequentes ferè omnes ſine diſpenſatione nudis pedibus ambulauerint, & legitur in Cronicis fratrem Ioannem Parent primum poſt Diuum Franciſcum Miniſtrum Ordinis

Generalem, & fratrem Ioannem de Parma alium item Generalem, nudis omnino pedibus, vnáque contenti tunica, totum ordinem viſitaſſe: fuit prætereà, & adhuc in Hiſpania floret reformatio Recollectorum, qui priùs vocati fratres de caputio, poſteà de Euangelio, & diſcalceati per antonomaſiam dicti ſunt: eo quod nudis omnino pedibus, abſque ſandaliis, aut ſoccis incederent. Tandem Reuerendus Pater Mathæus de Baſchi, ex Patribus de Obſeruantia celebrem Capucinorum reformationem incœpit, & nudis ipſe omnino pedibus ambulabat: licet autem hic modus nudis pedibus incedendi in ordine Seraphico ab origine fuerit obſeruatus: quia tamen id in regula directè, & expreſsè non præcipitur, & in Euangelio legimus etiam Apoſtolos ſandaliis fuiſſe calceatos, manifeſtum eſt in illa vſum ſandaliorum minimè prohiberi, vnde ſemper in communitatibus fratres vſi ſunt ſandaliis, aut ſoccis, quod notauit S. Bonauentura, x cum ait, *ſandalia à læſione pedum conſeruant ſed non tegunt, ſicut ſunt ſoleæ fratrum noſtrorum*, ex quibus concluditur in Ordine fratres nudis pedibus inceſſiſſe aliquando verò ſandaliis calceatos, ſicut & Apoſtoli fecerunt, vt ſuprà diffusè probaui ſect. 2. 3. & 4. *Marcus de Vlisbo. 3. parte Cron. l. 9. cap. 18.* x In Luc. 10.

De Sancto Dominico ex Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini, celeberrimi fratrum Prædicatorum ordinis fundatore, legimus itinerando nudis pedibus ambulaſſe, quamvis poſteà cum oppida, & ciuitates ingrederetur calceamenta ſumeret: ſicque ſuas hominibus celabat mortificationes, omnémque mundi applauſum, ac ſuperbiæ occaſionem deuitabat, *quæ etiam bonis operibus inſidiatur vt pereant*. z

Sanctus item Norbertus Archiepiſcopus Magdeburgenſis ordinis præmonſtratenſis inſtitutor Apoſtolico Spiritu plenus, inter alias auſteritates nudis pedibus etiam brumali rigore incedens Prædicationi Verbi Dei, ſe totum ex animo dabat: Vndè de illo ſic ait Cronologia Monachi Altiſiodorenſis *anno* 1118. *Gelaſius Papa indicto Remis Concilio tranſgrediens Alpes in Gallias venit, ad quem vir Dei Norbertus nudis vt erat incedens pedibus acceſſit, eique animi ſui propoſitum pandens licentiam, & authoritatem ſeminandi vbique Verbum Dei accepit.* z Auguſtin. in regula.

Beatus etiam Laurentius Iuſtinianus Patriarcha venetus, & congregationis Canonicorum S. Georgij in alga Venetiarum fundator, ſic ſuos Fratres ſub regula Sancti Auguſtini informauit, vt ſi eſſent Nouitij Calopodiis calceati incederent: ſi verò profeſſi, & Officio fungerentur Clericali, calceos geſtare poſſent. Certiſſimum etiam eſt Sanctum Franciſcum de Paula nudis omnino pedibus ambulaſſe, quamvis modo quos inſtituit Fratres ob nimiam quam profitentur victus auſteritatem calceis vtantur. Denique in Ordine Carmelitano, alios eſſe video excalceatos, alios item in Ordine Sanctiſſimæ Trinitatis redemptionis captiuorum, qui omnes Apoſtolicam vitam æmulantes cum maximo decore, vberes fructus in Eccleſia Dei producunt.

Obiicies melius eſſe pro doctrina veritatis calceatum eſſe quam diſcalceatum, ne ſcilicèt impediatur Verbum Dei. Sed attendat ille quod nulla forma aptior eſt Euangelij propagandi, quam illa in qua per totum orbem Euangelium prædicatum eſt, quod nudis pedibus factum eſſe ex Superioribus liquet

fateor

fateor pœnam eſſe aſperam , inquit Sanctus Bonauentura in Regula Fratrum Minorum cap.2. *Pedum nuditatem, in hyeme quidem apparet propter frigiditatem, in æſtate autem grauior eſt, propter duritiam maiorem, qui calor plus opprimit terræ glebas quam frigus, & ſole aſcendente cum gelu reſoluitur in hyeme, exſiccatur amplius in æſtate, calor etiam findit, & frangit grauiter pedes nudos, & tamen ipſi fratres cum Apoſtolo in frigiditate, & nuditate ibant gaudentes, nec algoribus hyemis, nec ardoribus æſtatus hactenus dimiſerunt, quin nudis pedibus adierint remotiſſimas partes mundi.* Hoc ſanè fecerunt quamplures Religioſi diuerſorum Ordinum, qui Apoſtolorum exemplo ad extremas orbis regiones, & barbaras quaſque nationes diſcalceatis pedibus, diſſeminandi verbi Dei gratia ſe contulerunt: & quotidie conferunt. Et Græci, Euangelium Prædicantes vt refert idem Seraphicus Doctor, & quos cernunt pecuniam non accipere, nec calceatos incedere, ſed ſandaliis vel ſoleis vti, Apoſtolicos nuncupant, & vt Chriſti diſcipulos venerantur. Monachi etiam Indiæ ſicut ille retulit D. Bonauenturæ, qui hoc vidit calceamentis non vtuntur nudis pedibus incedentes.

& opuſc. de ſandal. Apoſtol.

Quid amplius dicam neſcio non ſolùm Chriſtus, & Apoſtoli, Chriſtiani, & Monachi hanc nuditatem pedum profeſſi ſunt: imò etiam ipſi gentiles Deum adorabant Diſcalceati, vnde Pytagoras *Deum operto capite, & diſcalceatus adora.* Nudipedalia antiquitus apud Romanos populo indicabantur, cum nudis pedibus iubebatur populus in publicis ſupplicationibus pluuiam inuocare, vt refert Tertullianus in ſuo Apologetico aduersùs gentes cap. 40. ſic etiam apud Iudeos in honorem Dei fiebant nudipedalia apud Ioſephum libro 2. de bello Iudaico & ſummus Sacerdos tabernaculum fœderis & Sancta Sanctorum diſcalceatus ingrediebatur: Soli ſuperſunt tenelluli quidam, & delicatuli ſandaliorum oppugnatores, qui adeò nuditatem pedum abhorrent, vt ſolo nomine ſandaliorum audito deliquium cordis patiantur. Sed Macti animo in Ordine enim Auguſtiniano etiam diſcalceatos inueniemus, hoc illos ſcio malè audituros, neque enim, multum curant an Chriſtus, & Apoſtoli diſcalceati fuerint, necne: an Monachi antiqui, & moderni nudis pedibus inceſſerint, vel non: Dummodò D. Pater Auguſtinus verè ac propriè calceamenta portauerit, & nuſquam diſcalceatorum Eremitarum Ordinem inſtituerit, quod ſanè quam ſit incredibile, & ab omni veritate alienum ſequenti ſectione demonſtrabo.

Nudipedalia apud Romanos & Iudæos.

SECTIO VIII.

Probabatur D. Patrem Auguſtinum Saltem per aliquot annos diſcalceatum fuiſſe, & in ſuo Ordine Diſcalceatos inſtituiſſe, ac fuiſſe.

HOc opus, hic labor eſt, hæc principalis difficultas, & nodus ille gordianus enſe non Alexandrino ſed Auguſtiniano à nobis diſſoluendus: videlicet

videlicet an D. Pater Auguſtinus Diſcalceatus fuerit, & diſcalceatos in ſuo Ordine inſtituerit, ſtant aliqui pro negatiua fortiter, prætendentes quamvis in caſſum D. Auguſtinum nunquam diſcalceatum fuiſſe, nec diſcalceatos inſtituiſſe, imò omnes religiones quæ D. Auguſtinum parentem agnouerunt, calceatas inceſſiſſe. Et primò id probare conantur ex verbis ipſiuſmet Auguſtini, *a* *Nam de his calceamentis quibus calceati ambulamus conſolatur me idem ipſe Dominus meus: ſi enim ipſe calceatus non eſſet, non de illo Ioannes diceret, non ſum dignus corrigiam ſoluere calceamentorum eius*, & confirmatur ex poſſidio S. Auguſtini diſcipulo, Epiſcopo Calamenſi in vita eiuſdem c. 22. *veſtis eius, & calceamenta, & lectualia ex moderato, & competenti habitu, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum.*

a Serm. 42. de ſanctis.

Secundò, fundantur in Regula cap. 9. *Veſtimenta vero, & calceamenta quando indigentibus fuerint neceſſaria dare non differant ſub quorum cuſtodia ſunt quæ poſcuntur.*

Tertiò, probant ex ſermone 22. Ad fratres in Eremo, ad quos teſtatur S. Pater Auguſtinus ſe miſiſſe veſtimenta, & calceamenta *de bonis Epiſcopatus Eccleſiæ Hipponenſis centum, & quinquaginta veſtimenta cum calceamentis vobis dilectis fratribus deportari præcepi, vt tempore frigoris quantum neceſſe fuerit vnuſquiſque reciperet.*

Quartò, denique ex determinatione habitus Auguſtiniani à Gregorio nono in Bulla dudùm apparuit. *b* Vbi ſummus Pontifex inter alia præſcripſit, vt calceamenta Auguſtinianorum apparerent, *Prænidimus ſtatuendum vt prior & vniuerſi, ac ſinguli fratres prædicti Ordinis S. Auguſtini, in exterioribus veſtimentis quæ nigri, vel albi debebant eſſe coloris quorum altero videlicet nigro, iam electo ab eis ipſos volumus manere contentos: Largas, & protenſas manicas quaſi adinſtar cucullarum, & deſuper ipſa ferant per amplas corrigias, & patenter omnibus apparentes* &c. & infrà, *adeo ſudrum veſtium longitudinem temperent, quod à quibuſcumque ipſorum calceamenta liberè videantur*, ergo inquiunt Auguſtiniani calceamentis vtebantur.

b Data Latera. 9. Kal. Aprilis 1236

Hæc ſunt Iacula in nos immiſſa, hæc horrendæ machinæ, hæc fulgurantia in ſandalia noſtra contorta tormenta, quæ facilè in cineres, & fauillas: imò ad nihilum illa redigerent, ni tot firmiſſimis vallata propugnaculis firmiter, & inconcuſsè pedibus adhærerent. Quare intrepidè arma capiam, & pauperum ſandaliorum cauſam, & patrocinium contra hoſtes fortiter dimicaturus audacter ſuſcipiam.

Dicendum igitur calceamenta non eſſe habitum, nec de ſubſtantia habitus, cum omnibus tam Eremitis quam Anachoretis, & vniuerſis Ordinibus, ſtatus ſæcularis communia ſint: Nec peculiare aliquod inſigne fuiſſe ſtatus Regularis. Et ideò credendum eſt ea Sanctum Patrem Auguſtinum geſtaſſe, & geſtanda ſuis fratribus permiſiſſe, quæ communia erant omnibus etiàm ſæcularibus, in Affrica Chriſtianis: Sandaliis autem ſiue ſoleis communiter vtebantur vt ſuprà ſectione præcedenti probaui, quare concludendum eſt hunc communem totius Affricæ vſum ſibi peculiarem feciſſe Auguſtinum. Præterea cum poſt Apoſtolos ſecundus cenſeatur. *c* Et vitam Apoſtolicam

c cap. vnico

paragrapho ſic alma mater in 6. de reſiq. & vener. Sanctorum. inſtituerit. *d* Apoſtolicis vſus eſt calceamentis, Soleis videlicet, ſiue ſandalijs: Chriſtus enim Dominus poſtquam ſuis præcepit Apoſtolis, ne calceamenta portarent in pedibus, deinde miſit eos ad prædicandum Euangelium ſandaliis calceatos: cuius rei aſſignat rationem, & myſterium explicat ipſemet D. Auguſtinus iam ſuprà citatus miſticè aliquid hoc calceamentum ſignificans, vt pes neque tectus ſit neque nudus ad terram, id eſt, non occultetur Euangelium, nec terrenis commodis innitatur.

d poſſid. in vita S. Aug. c. 5.

Talibus calceamentis calceatum ſe inducit Auguſtinus Sermone 42. de ſanctis in illis verbis, quæ tanquam Achillem ſuum, in medium proferunt aduerſarij, *de his calceamentis quibus calceati ambulamus conſolatur me Dominus meus, ſi enim ipſe calceatus non eſſet, non de illo Ioannes diceret, non ſum dignus corrigiam ſoluere calceamentorum eius, ſit ergo obedientia non ſubrepat ſuperba duritia: ego, inquis, Euangelium impleo quia nudo pede ambulo, tu, potes ego non poſſum, quod ſimul accepimus cuſtodiamus: quomodo charitate flagremus inuicem diligamus, ac ſic fit vt ego amen fortitudinem tuam, & tu portes infirmitatem meam.* Quæ verba ſi rectè perpendantur, & iuſtiſſimâ rationis lance ponderentur, tantum ab eſt vt calceis integris vſum fuiſſe demonſtrent Auguſtinum quin potius de ſandaliis omnino intelligi debeant.

Imprimis rejicio Grammaticalem illam explicationem qua aduerſarij contendunt Verbum illud, *Calceamenta*, proprie intelligi de calceis perfectis, & completis, calceamentum enim vt in ſuperioribus diffusè probaui *e* Genericum, ſiue analogum nomen eſt ad omne id quod pedibus adaptatur. Et probatur ex gloſſa interlineari ad illud act. 12. *caligę ſcilicet, calceamenti genus*, & optimè diſtinguit Clemens Alexandrinus iam ſupra citatus. *f* dicens *calceorum quidem vſus, hic eſt ad tegendos pedes, alius autem ad pulſandas offenſſiones, & à montanis aſperitatibus, plantam pedis conſeruans.* Imò D. Pater Auguſtinus loquens de ſandaliis Apoſtolorum, vtitur nomine calceamenti, *aliquid hoc calceamentum myſticæ ſignificationis habere admonet.*

e ſect. 1. 2. & 5.

f lib. 2. pedag. c. 11.

Per Verbum autem ſpecificatiuum *his*, & dictionem relatiuam *quibus* reſtringit S. Pater Verbum illud genericum *calceamentum* ad eam ſpeciem qua ipſe vtebatur, qui ſecundum Clementis Alexandrini Conſilium, cum propter infirmitates nudis incedere pedibus non valeret, calceamenta prorſus geſtabat ſimilia illis de quibus ſe conſolatur: conſolatur autem de calceamentis quibus Chriſtus incedebat calceatus, que autem illa fuerint ſatis ſuperque probauimus tota ſuperiori ſectione ſecunda Soleas fuiſſe, ſiue ſandalia quæ corrigiis, ſiue habenis ſupra pectus pedum vel ipſo cruri colligabantur: vnde de Chriſto ſandaliis calceato dicere poterat Diuus Ioannes Baptiſta *cuius non ſum dignus corrigiam ſoluere calceamentorum eius.* Nempe ſandaliorum.

Confirmantur hæc omnia ex occaſione, qua Sanctus Pater talia verba protulit: Hæc enim vt ex ipſis euidenter conjicitur fuit, quod aliqui Religioſi ſui Monaſterij, qui nudis pedibus, ſine ſandaliis, & vllo calceamentorum genere incedebant, vt ipſe Sanctus pater teſtatur de Alippio ſuo, & ex eodem fonte renato, his verbis *iam induto humilitate Sacramentis tuis congrua, & fortiſſimo*

fortiſſimo domitore corporis, vſque ad Italicum ſolum glaciale, nudo pede obterendum inſolito auſu. Illam fortè tenebant opinionem Origenis, & Gregorij Nazianzeni, quam refert Euſebius Cæſarienſis, *g* ſcilicet ad implendum Euangelium nudis pedibus incedendum eſſe, & proptereà tradit idem Euſebius de Origene multis annis nullo aliquando vſum fuiſſe calceamento: ſed nudis pedibus inceſſiſſe, & Nazianzenus dicit de ſeipſo optabam homines videre, qui viuerent ad exemplum Prædicatoris Chriſti nudis pedibus ambulantes: vnde fortè in ſua nudipeditate ſibi complacentes tacitè ſanctum Auguſtinum accuſabant ſandaliis incedentem, quod nudis pedibus non incederet, & reſpondet cogitationibus eorum docendo quomodo debeat intelligi, quod præcepit Dominus Apoſtolis ſuis nolite ferre ſacculum, aut peram, aut calceamenta, & neminem per viam ſalutaueritis, & in quamcumque domum intraueritis dicite pax huic domui, ſi eſt illic filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſi quominus ad vos reuertetur. Quod ſane intelligi non vult carnaliter, & per hoc fortè nec ſaccus, nec calceamenta, nec pera, maximéque illud vbi nobis ſi ſimpliciter, ſine diſcuſſione accipiamus, ſuperbia videtur impoſita, ne quemquam in via ſalutemus: attendamus, inquit, Dominum, loculos habuit in via, & ipſos loculos Iudæ commendauit, quomodo ergo intelligendum eſt nolite portare ſacculum? Quid eſt ſacculus? pecunia clauſa; id eſt occulta ſapientia, quid eſt nolite portare ſacculum? Nolite fieri ſapientes penes voſmetipſos, accipite Spiritum ſanctum, fons inte debet eſſe non ſacculus vndè erogatur, non vbi includatur, hoc eſt pera quod ſacculus. Deindè explicat calceamenta quid ſint, calceamenta quibus vtimur coria mortuorum ſunt nobis tegmina pedum, per hoc ergo iubemur renuntiare mortuis operibus. Hoc in figura Moyſes admonebatur, quando Dominus loquens, ait ſolue calceamenta de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas terra ſancta eſt, quid tam terra ſancta quam Dei Eccleſia? In illa ergo ſtemus, calceamenta ſoluamus, id eſt, mortuis operibus renuntiemus. Hæc propriis verbis Diuus Auguſtinus, qui ſtatim addit, *Nam de his calceamentis quibus calceati ambulamus conſolatur me idem ipſe Dominus meus, &c.* Quaſi vellet dicere malè intelligitis Scripturas non enim Chriſtus Dominus Apoſtolis ſuis calceamenta peram, & ſacculum, & alia prohibuit ſic fortè intellecta carnaliter (vt ait dubitans) & itavt fuerit præceptum hoc neceſſarium ad ſalutem, & ad cuius obſeruantiam omnes tenerentur, Chriſtus enim, & loculos habuit, & Iudæ commendauit, calceamenta item ſandaliorum portauit vnde conſolatus eſt Auguſtinus ſi ſimilia habuerit calceamenta, ſit ergo obedientia non ſubrepat ſuperba duitia, benè intellige Scripturas, & neminem iniuſtè condemnabis, ego, inquis, Euangelium impleo, quia nudo pede ambulo: credis te adimplere Euangelium quia ſine vllis calceamentis iuxta dominicum præceptum incedis, benè eſt tu potes, quia benè vales, ego non poſſum propter infirmitates meas: quod ſimul accepimus ſimul cuſtodiamus, bonam habes, & firmam valetudinem, qua poſſis nudis incedere pedibus, id non poſſum quia infirmam habeo, & ideò ſandaliis ambulo calceatus, ſimul id cuſtodiamus: & nihil noui in noſtrum inſtitutum inuehamus, vbi ſi valetudo permittit

g lib. 6. hiſt. Eccleſ. 3.

Calceamentis Chriſti & Apoſtolorũ vſus eſt Auguſtinus.

mittit nudis pedibus incedendum eſt, quod ſi non permittat, ſandaliis vtendum eſt: & cum vtrumque in Euangelio contineatur, Euangelium ipſum adimplebimus: tu in fortitudine nudis pedibus ambulans, ego verò in infirmitate mea ſandaliis calceatus, quomodo charitate flagremus, inuicem diligamus, & ſic fiet vt ego amem fortitudinem tuam, & tu portes infirmitatem meam. Ex quibus ſi D. Pater Auguſtinus nullam habuiſſet infirmitatem proculdubio ſine calceamentis, nudis pedibus incedere voluiſſet, aut ſaltem ſandaliis, ſi velis illum tanquam Clericum calceamenta clericis permiſſa tunc geſtaſſe.

Quod quidem tanta euidentia conſtat, vt nec ipſi iurium ſuorum vigilantiſſimi defenſores, aduerſarij negare audeant: adhibeo non dormientes teſtes ſed doctiſſimos, & eruditiſſimos Patres, & in primis Ludouicum de Angelis generalem Ordinis fideliſſimum Croniſtam, cúmque calceatum Auguſtinianum, & ideò non ſuſpectum qui de calceamẽtis D. Auguſtini, ſuorúmque fratrum Eremitarum expreſsè loquens, ſic ait, *h ſic pedibus ambulauit Auguſtinus, vt ſuos informauit Affricanos Monachos, qui ſi officio fungerentur caleeamenta Cory, ſi laici eſſent caligas geſtabant, quæ ſunt ſandalia pedibus immiſſa, aut caligulas, id eſt paruas ſandaliolas ſuper pectus pedum colligatas, aut ſoleas, vel ſi valetudo permitteret nudos pedes.* Ecce Croniſta Generalis Auguſtinianus iſque calceatus ſaltem fatetur Auguſtinum ſandaliis vſum fuiſſe dum laïcus eſſet inter fratres ſuos, cum quibus fermè triennio in agris Tagaſtenſibus religioſus verè laïcus Deo feruentiſſimè ſeruiuit, antequam Epiſcopali dignitate decoraretur? Tunc enim temporis ſacris ordinibus non initiabantur Monachi, *k* deindè ſequitur, *Hæc autem omnia ſatis patent ex vita Sancti Fulgentij Monachi planè Auguſtiniani, qui tantum Monaſterialia ſeruauit exercitia, etiam Epiſcopus, vt referente authore vitæ eius capit. 8. nec ipſa calceamenta ſuſcipiens Clericorum, viliſſimis caligis, in tempore hyemis, aut caligulis tempore æſtatis vteretur.*

h Lib. 4. de vita & laud. D. P. Auguſ. c. 4.

i Lancellot. fol. 147. 155 poſſid. multa S. Aug. c. 3. Baron. anno 389. & 391.

k d. 93. cap. à ſubdiac. & 16. q. 1. ca. general.

Ex his adeò conuictos arbitror aduerſarios vt huic teſtimonio omni exceptione maiori quid reſpondere poſſint non video? Fortè dicent cur nos qui officio fungimur clericali, calceamenta propriè dicta non feramus? Et ego ab illis ſimiliter quæro, cur Diuus Fulgentius verè Auguſtinianus non ſolùm Clericus ſed etiam Epiſcopus calceamenta Clericorum noluerit aſſumere? Dicent ſecundò vbinam legatur taliter eos informaſſe Auguſtinum, & vbi de ſandaliis, & caligulis, vel nuditate pedum, valetudine permittente præſcripſerit. Reſpondeo hæc manifeſtè colligi ex vita ſancti Fulgentij verè Auguſtiniani Monachi, qui juxta Magiſtri ſui incedendi formam, & vitam Apoſtolicam fratribus Heremitis præſcriptam nuditatem pedum, & ſandaliorum vſum ita diligenter obſeruabat, vt nec calceamenta vltima Clericorum ſuſcipiens, quæ tamen ſuſcipere poterat, aut nudis pedibus ambulabat, aut ſandaliis, ſiue ſoleis calceatus incedebat: ex quibus cõſtat Diuum Patrem Auguſtinum ſic ſuos inſtituiſſe: quod ſi verbis expreſſis de ſandaliis locutus non fuerit, & nuditatem pedum non præſcripſerit de his ſanè implicitè, & æquiualenter mentionem fecit, ac pedum nuditatem permiſit cum neutrum

trum prohibuerit,& calceamentorum nomine etiam ſandalia intellexerit: ſicque factum à Sancto Fulgentio verè Auguſtiniano, cæteriſque antiquis Eremitis obſeruatum videamus. Quod ſi adhuc inquirant, vbinam Fulgentium Ludouicus de Angelis inuenerit planè Monachum Auguſtinenſem in vita eius, à quodam diſcipulo ſuo conſcripta: cum nihil prorſus de Auguſtini regula, vel inſtituto eius à Fulgentio ſuſcepto referat: quinimò alterius planè inſtituti cum fuiſſe inſinuet, ex Abbatis nomine in Eremitano Ordine inſolito. Et ego inquiro vbinam legerint Diuum Fulgentium non fuiſſe verum Auguſtinianæ regulæ obſeruatorem? Oſtendant quæſo quænam alia præter Auguſtinianam in partibus Affricæ fuerit inſtituta? Cúmque nulla fuerit proculdubio neceſſe minimè fuit exprimere cuiuſnam eſſet regulæ. An neſciant Diuum Fulgentium tanquam Fulgentiſſimum totius ordinis Auguſtiniani ſydus ab omnibus Auguſtinianis haberi, & venerari? Quidam tamen libenter illum negare vellent Auguſtinianum, quia diſcalceatum negare non poſſunt. Neque obſtat nomen Abbatis quod etiam in Ordine Eremitano fuit in vſu, vt ſuprà diximus libro primo vbi ipſum etiam verè Auguſtinianum oſtendimus.

Præclarum aliud affero teſtimonium, ex Reuerendo Patre Magiſtro Thoma de Herrera Auguſtinienſi licet calceato, & de religione benè merito, qui etiamſi neget Sanctum Patrem Auguſtinum diſcalceatum inceſſiſſe, permiſiſſe tamen aſſerit, *l* vt qui vellet nudo pede ambularet: calceatum autem fuiſſe probat, *m* quia nudis pedibus ambulare non poterat.

l In reſp. pacif. fol. 103. n.177.

m Ibid. nu. 168.

Id tamen aliis permiſiſſe qui poterant, ex Diuo Fulgentio ſic incedente oſtendit: hoc idem confirmauit Marques Auguſtinianus, vir vtrique doctiſſimus, *n* dicens Diuum Auguſtinum ſuis quidem permiſiſſe Fratribus calceamenta portare, non tamen eos ſemper ad hoc aſtringere voluit, cum ſibi iuſtum videretur, ſuis mortificationibus eos non defraudare, qui nudis vellent incedere pedibus. Hoc videtur inquit libro nono confeſſionem cap.6. vbi dicit quod Sanctus Alippius eius Religionis frater tantæ fortitudinis, & auſteritatis fuerit, vt niues Lombardiæ, ac glaciale ſolùm inſolitu auſu nudis pedibus calcauerit, quod alij non faciebant, nec ſe facere poſſe ſanctus Auguſtinus exiſtimabat, quod probatur ex verbis illius ſuprà citatis, *Ego, inquit, Euangelium impleo quia nudo pede ambulo, tu potes, ego non poſſum, &c.* Sic etiam Diuus Fulgentius Magiſtri ſui veſtigia ſequens quando valetudo permittebat nudis pedibus ambulabat, calceatus verò non permittente ſanitate incedebat. Hæc Marques, alius item Auguſtinianus calceatus, Reuerendus Pater Simplicianus in vita Sancti Auguſtini, *o* quam doctè admodùm & eleganter idiomate Gallico conſcripſit, aſſerit quidem Sanctum Fulgentium nudis inceſſiſſe pedibus, quia id negare non potuit, ſub tamen beneplacito, & approbatione ſuorum Superiorum, & ſi in ordine ſit congregatio diſcalceatorum, eſſe quia ſanctus Pater Auguſtinus hanc auſteritatem non condemnauit, & quia Reuerendiſſimi Patres Ordinis Generales, hanc approbauerunt: ſed neſcio vbi præfatus Pater legerit ſanctum Fulgentium, de licentia, & beneplacito ſuorum Superiorum diſcalceatum fuiſſe, ſic enim ex inſtituto regulæ

n De Origine FF. Eremit. cap. 22. paragrapho 3.

o fol. 35.

Auguſtinianæ ambulauit, quod etiam factus Epiſcopus diligentiſſimè obſeruauit. Vnde nulla alia licentia, aut beneplacitum aliquod requirebatur. Et ſi modo in Ordine fulgeat congregatio diſcalceatorum, hoc non ſolùm quia Diuus Pater Auguſtinus auſteram illorum viuendi formam, ac pedum nuditatem non condemnauit, (& quomodo condemnare potuiſſet ſanctus Doctor quod tam ſanctè, & religiosè à Chriſto Domino, ſuiſque Apoſtolis fuit obſeruatum?) aut quia Patres Generales approbauerunt: ſed quia ipſemet Diuus Pater Auguſtinus approbauit, voluit, & permiſit, & ſummi Pontifices confirmauerunt, neque vlla alia permiſſio, aut Superiorum approbatio neceſſaria fuit.

Denique validiſſimum aliud eruo argumentum, ex Reuerendo Patre Magiſtro de Campo, *p* in ſua Generali hiſtoria Eremitarum ordinis Sancti Patris Auguſtini vbi diſertè aſſerit Apoſtolos aliquando calceatos ambulaſſe, alias verò non, vt affirmant Venerabilis Beda, & S. Bonauentura in vna Apologia quam in fauorem pauperum compoſuit. Idem fecerunt, inquit noſtri Religioſi vt ex vita S. fulgentij colligitur qui etiam Epiſcopus nudis aliquando pedibus, aliàs verò cum caligis ſiue, ſandaliis Hiſpanicè, *Alpargatas* incedebat. Et ſi Diuus pater noſter Auguſtinus calceatus ambulabat aliter proculdubio facere non poterat, ob ſuas quas patiebatur infirmitates, quare de ſuo in Chriſto conſolabatur ſcrupulo, *de his calceamentis quibus calceati ambulamus conſolatur me Dominus meus, &c.* Cur autem hoc dixerit exiſtimat præfatus author ſcandalum aliquod fuiſſe paſſiuum imprudentis cuiuſdam, ex eo quod videret Diuum Auguſtinum, contra præceptum Euangelicum diſcalceatum non ambulantem, vnde videtur quòd in pulpito legitimam Sanctus Doctor infirmitatis ſuæ excuſationem reddat: ſit ergo obedientia non ſubrepat ſuperba duritia, ego inquis Euangelium impleo, quia nudo pede ambulo, tu potes, ego non poſſum. O mira S. Patris prudentia, qui poteſt nudis pedibus ire, hoc faciat, non tamen ſuperbiæ Spiritus ductus, contemnat eos quos exiſtimat non complere Euangelium, quia propter manifeſtam neceſſitatem ſuis ſe accommodant infirmitatibus, & cum non poſſint nudis incedere pedibus, calceamenta aſſumunt. Quare non abſolutè nuditatem pedum præcipit S. Pater imò vult vt ſine ſcrupuloſa dilatione calceamenta dentur quando indigentibus fuerunt neceſſaria qualia verò fuerunt, colligitur ex Ludouico de Angelis ſuprà citato clerici enim calceos integros geſtare poterant, laïci verò nudis omnino pedibus incedebant & ſi non poſſent ſandaliis vtebantur.

p fol. 247. col. 2. litera C.

Quare non miror ſi poſteà Præfatus author, *q* probat Sanctum Auguſtinum, & Fulgentium fuiſſe Monachos Eremitas, quia iſte habitum Monachorum geſtabat, & nudis pedibus ambulabat: ille verò ex eo quod nudis pedibus ob ſuas infirmitates incedere non poterat, quod tam ægrè ferebat, vt euidentiſſimam de ſua impoſſibilitate cauſam publicè coram eis expoſuerit, qui malè audiebant videntes ipſum non incedere diſcalceatum, prout ſtatus Eremiticus requirebat quamvis Epiſcopus eſſet.

q pag. 249. col. 1. litera D.

Quid clarius tot allatis Auguſtinianorum, etiam calceatorum in fauorem

ſandaliorum teſtimoniis: ſoli duro ceruice, & incircumciſo corde reſiſtunt aduerſarij, amat Diuus Pater Auguſtinus diſcalceatorum fortitudinem, & illi eos contemnunt, ſummóque inſectantur odio: ſic ſuos ſanctus Doctor inſtituit Monachos, vt qui poſſent, nudis pedibus ambularent, & qui non poſſent ſandaliis calceati incederent: illi verò diſcalceatos ſpurios, & nothos ſancti *A*uguſtini filios appellant, nihil penitus illius, & primorum Eremitarum habentes: non potuit Sanctus Doctor propter ſuas euidentes infirmitates nudis pedibus incedere, ergo ſi potuiſſet nudis pedibus ambulaſſet, & qui id poſſunt & valetudo permittit ſic incedere tenentur: ſic antiquitus Eremitæ *A*uguſtiniani, ſic ſanctus *A*lippius, Fulgentius, Hilarius, Seuerinus, & quamplures Ordinis *A*uguſtiniani congregationes Guillelmitæ, fratres Ioannis Boni, Brictinenſes, Baptiſtini, fratres pœnitentiæ Ieſu-Chriſti, Ordo Ieſuatorum, *A*poſtolorum S. Barnabæ, & alij diſcalceati fuerunt: vndè malè quidam dixerunt omnes religiones quæ Diuum *A*uguſtinum parentem agnouerunt, calceatas fuiſſe, ſemper enim in ordine quidam diſcalceati fuerunt, vt ſuprà oſtendimus libro primo.

Ex his facile diſſoluentur omnes in contrarium allatæ probationes, ad primam enim dico primo D. Auguſtinum ſicut, & Chriſtum ſandaliis fuiſſe calceatos. Reſpondeo. 2. D. Auguſtinum quia tunc Epiſcopali dignitate fulgebat, calceamenta integra, & completa habere potuiſſe maximè verò propter ſuas infirmitates, ſine quibus diſcalceatus fuiſſet, conſtat tamen ſaltem dum laïcus inter fratres laïcos Eremitas commoratus eſt, ſandaliis aut nudis pedibus inceſſiſſe, & hoc nobis ſufficit vt habeamus Diuum Auguſtinum aliquando diſcalceatum fuiſſe: ſic que ſuos informaſſe Eremitas, vt qui poſſet nudis pedibus incederet, & qui nō poſſet cum ſandaliis, aut etiamſi velis calceis integris in neceſſitate ambularet: Et propterea omnes tam calceati, quam diſcalceati ſicut veri filij parentem ſuum Auguſtinum agnoſcere debent. Tertio, etſi Diuus Auguſtinus nunquàm diſcalceatus fuiſſet quia propter ſuas infirmitates, omnino calceatus incedere cogebatur: tamen ſi valetudo permiſiſſet nudis pedibus, aut ſaltem cum Sandaliis ambulaſſet, ſicut ſuos voluit incedere Monachos: Ideo euidentiſſimè conſtat vſum ſandaliorum, pedumque nuditatem Inſtitutioni Auguſtinianę valde conformia eſſe, vt docet Thomas de herrera ſupra citatus fol 129. n. 258.

Ex quibus patet etiam reſponſio ad confirmationem ex Poſſidonio deſumptam, Dico enim primo nomine calceamentorum poſſe intelligi ſandalia, quæ habitui Eremitico maximè conpetebant. Veſtimenta verò, & lectualia ſtatui Epiſcopali ſimul, & religioſo conueniebant quæ omnia abiecta, & vilia non tamen plurimum erant, ſed quæ ſtatum Epiſcopalem, & Eremiticum decebant 2. veſtimenta, calceamenta, & lectualia D. Auguſtini ex moderato, & competenti habitu nec nitida nimium, nec abiecta plurimum fuiſſe, quippequi vtebatur S. Pontifex dignitati ſuæ competentibus veſtimentis, & lectualibus moderatis tamen, nec plurimum abiectis: ibi autem nulla ſit mentio, qualia fuerunt illius calceamenta, quæ ſi velis veros fuiſſe calceos, non inficior hos enim Clerici habere poterant, vt ſuprà dixi, ex Ludouico de An-

gelis, & ipſe Diuus Pater Auguſtinus propter infirmitates ſuas portare cogebatur, qui nudis pedibus, aut etiam cum ſandaliis incedere non valebat, vnde ſi valetudo permiſiſſet, profectò diſcalceatus fuiſſet. De eis indumentis, & calceamentis clericorum exponit Hugo à Sancto Victore illud Regulæ *Indumenta vero, & calceamenta. In indumentis verò, & calceamentis clericorum congruus ſeruandus eſt modus, ne pretioſa vel nitida ſint ſuprà modum, aut nimis abiecta, & vilia nec habentia compoſitionem pluſquam decet, nec incompoſitionem vltra quam oportet. Talia ergo ſint vt Religionem ſimul commendent, & honeſtatem.* Quare Auguſtini calceamenta ſiue fuerunt integri, & completi calcei, ſiue ſandalia nec nitida nimium, nec abiecta plurimum erant, abiecta tamen, & quæ Auguſtinum Eremitam ſimul, & Epiſcopum decebant.

Ad ſecundum ex Regula S. P. Auguſtini *veſtimenta verò & calceamenta quando indigentibus fuerint neceſſaria dare non differant ſub quorum cuſtodia ſunt quæ poſcuntur.* Dicendum eſt quod pro certò ſemper exiſtimaui calceamenta vt ſæpius dixi, nomen eſſe genericum & commune ijs omnibus quæ pedibus adaptantur ſiue calcei ſint integri vt ſunt ſoleæ ſiue ſandalia aut caligæ: & quia ſuam S.Pater compoſuit regulam non ſolùm pro fratribus Eremitis, ſed etiam Clericis, & Monialibus, quorum aliqui nudis pedibus, alij cum ſandaliis, aut calceis completis incedebant: ideo ſic illam ordinauit, vt his omnibus conuenire poſſet. Voluit ergo vt calceamenta dentur quando indigentibus fuerint neceſſaria, nempè ſandalia Eremitis qui nudis pedibus incedere non poterant, & fortè etiam Monialibus, calceamenta verò integra Clericis imo etiam ſi prius Eremitæ fuiſſent, qui ſandaliis calceati ambulare non valebant. Quare non mirum ſi in ſua regula communi, nomine etiam communi calceamentorum vtatur vt quiſque de communi, hanc calceamenti ſpeciem reciperet quam vnius cuiuſque ſtatus, & valetudo permittebant, neque hinc vlla naſcebatur, confuſio, vt quidam ſomniant: imò multiplex illa varietas decora potius, & admirabilis videbatur. Sic enim Clerici ex Eremitis aſſumpti, in habitu, & calceamento ab aliis diſtinguebantur. Eremitę vero in deſertis, & locis abſtruſis habitantes, & ab hominum conſortio ſeparati, ſibi præſcriptam ab Auguſtino regulam, ſecundum vnicuiuſque valetudinem, in habitu, calceamentis, & forma viuendi diligentiſſime obſeruabant: neque enim tanta tunc temporis in eorum auſteritatibus vni formitas requierebatur, quanta modo in religionibus apparet.

Reſpond. 2. Nomine calceamenti intelligi poſſę ſandalia quæ in his Calidiſſimis, & feruidis regionibus communia non ſolum Africanis, ſed etiam Chriſtianis, & Eremitis erant calceamenta, vt ſupra oſtendimus. Quod ſi intelligere velis de perfectis, & completis calceamentis, libenter hoc admittam dummodò etiam concedas indigentibus tantum, & ob infirmitatem ſandalia geſtare non valentibus concedi debere: ſic enim in conſtitutionibus noſtris Apoſtolicis habemus. *r Incedent fratres nudis pedibus calceati tantum ſandaliis, Chriſti, & Apoſtolorum exemplo, quod calceamentorum genus ita*

ſe habet

ſe habet teſte eodem Patre Auguſtino vt pes neque tectus deſuper ſit, neque nudus ad terram, nec eum cooperiat, ſed tantum ſuffulciat. Si verò aliquando neceſſitas poſtulàuerit cum aliquo diſpenſare, vt calceos ferat, & caligas: fiet ad tempus per Vicarium Generalem, aut Prouincialem in ſcriptis: ſi autem ad vitam ſcilicet quando præfata neceſſitas durabit, per diffinitorium capituli Prouincialis. Etſi quis contra hanc conſtitutionem aliter caligas, aut calceamenta portauerit, niſi fortè in extrema neceſſitate culparum grauiorum pœnæ ſubjaceat. Sic etiam in conſtitutionibus diſcalceatorum Italiæ. *s Nulli vnquam fratri concedatur, cuiuſcumque qualitatis, vel conditionis ſit, niſi in extrema neceſſitate, vtpote infirmitatis, caligas geſtare, ſed tantum ſandalia Apoſtolorum more, ſecundum quorum vitam S. Pater noſter Auguſtinus ſuam inſtituit*, ſic etiam ſuos informauit Minores Sanctus Franciſcus in Reg. cap. 2. *Et qui neceſſitate coguntur poſſint portare calceamenta.* Vbi nec minimum quidem verbum, nec in tota Regula de ſandaliis exprimitur: & tamen illius Seraphici inſtituti profeſſores, quidam ſandaliis, alij ſoccis, nonnulli nudis pedibus, cæteri verò calceis integris vtuntur. Quare non mirum ſi etiam in Regula Auguſtiniana nomen ſandalij non inueniatur: ſed tantummodo calceamenta indigentibus neceſſaria concedantur: & conſequenter, ſicut in Franciſcana calceamentotorum deportatio indirectè tantum prohibeatur.

r 2. part. c. 5. paragrapho 7.

Ad tertiam authoritatem ex ſermone 22. ad Fratres in Eremo deſcriptam, Reſpondeo primò hos ſermones, aut ſaltem aliquos à multis, & grauiſſimis Doctoribus tanquam ſpurios, & nothos ſancti Auguſtini Partus rejici, & nominatim iſtum à Reuerendo Patre Thoma de Herrera in ſua reſponſione pacifica. Secundò, dico Diuum Patrem Auguſtinum ad fratres ſuos in Eremo miſiſſe calceamenta, quæcumque illa fuerint, quæ probabilius eſt fuiſſe ſandalia cum vt ſuprà diximus vera ſint calceamenta quamvis non integra ſed ſtatui Eremitico congrua: ſiue ex ligno vt ſunt ſocci, aliáve materia vt dicit idem de Herrera: quod ſi velis etiam de completis, & perfectis calceamentis intelligere: itavt præter ſandalia fuerint etiam calcei id non negabo, itavt vnuſquiſque vt dicit Sanctus Pater tempore frigoris quantum neceſſe fuerit de veſtimentis, & calceamentis reciperet, non enim ab omnibus vna, erat & eadem veſtium, & calceamentorum obſeruantia, quàmplures enim erant, qui ob varias infirmitates, & hyemis aſperitates nudis pedibus incedere non poterant, & ideò aut ſandaliis vtebantur, aut etiam calceis: & ideò Diuus Pater ſecundùm vniuſcuiuſque exigentiam, & neceſſitatem veſtes mittebat, & calceamenta, vt contra aſperitates, & temporum iniurias ſuos munirent pedes: quod etiam obſeruabant Ægyptij monachi, ex Caſſiano *t Hæc dicta ſint nequid prætermiſiſſe de Ægyptiorum habitu videamur. Cæterùm à nobis tenenda ſunt illa tantummodò, quæ vel locorum ſitus, vel vſus Prouinciæ admittit, nam neque caligis nos, neque collobiis, ſeu vna tunica eſſe contentos, hyemis permittit aſperitas, & paruiſſimi cuculli velamen, vel melotis geſtatio, deriſum potius quam ædificationem vllam videntibus comparabit.*

t 1. pa. t. c. 12. paragrapho 11.

Ad quartum denique teſtimonium ex determinatione habitus Auguſtiniani crutum, in qua præter alia ſtatuit Summus Pontifex vt veſtium longitu-

 dinem

dinem ita temperarent, quod ab omnibus ipſorum calceamenta liberè viderentur. Dico imprimis cauſam huius determinationis non fuiſſe declarationem,aut approbationem habitus Auguſtiniani: ſed potiùs meram,& per vim impoſitam diſtinctionem, inter fratres Eremitas Ioannis Boni Ordinis S.Auguſtini, & fratres Minores,vt conſtat ex verbis ipſius Bullæ, *vt ſic habitu confuſione ſemota, & ſublata materia ſcandali, à prædictorum Ordinum fratribus poſſit virtutum Domino liberius, & gratius deſeruiri.* Et quamvis prædicta habitus determinatio aliis Eremitis Briétinenſibus, cæteriſque Ordinis Sancti Auguſtini etiam ſimul vnitis fuerit per alios Pontifices præſcripta, poſteà tamen ab Alexandro Quarto ad ſolas cucullas nigras, & non ad aliqua alia
u cap.2. paragrapho 2. aſtricti fuerunt, vt ſuprà probauimus, *u* & oſtendimus ſuperiorem habitus determinationem non fuiſſe à Summis Pontificibus præſcriptam, ex eo quod talis eſſet antiquorum Eremitarum Sancti Auguſtini habitus originalis, ſed vt ſolùm inter Auguſtinianorum, & fratrum Minorum veſtimenta imponeretur diſtinctio. Vndè Ægidius Cardinalis Viterbienſis libro 20. ſæculorum fol. 168. pag.2. Dixit Summum Pontificem ad ſolam differentiam inter præfatos Ordines determinato cingulo, & veſtium colore dediſſe Auguſtinianis calceos, & abſtuliſſe Franciſcanis, *iubetq́; Summus Pontifex Eremitarum veſtitum in atrum declinare, minorum verè in ſubalbidum, dat prætereà illis calceos, his adimit, illos Zona, hos fune cingi iubet.* Si ergo Summus Pontifex calceos Auguſtinianis præcepit ſignum eſt illos antea diſcalceatos fuiſſe,& ſic tantum voluit eos incedere calceatos, vt à fratribus Ordinis Sancti Franciſci diſtinguerentur, qui nudis pedibus ſimiliter ambulabant. Vide quæ diximus loco jàm ſuprà citato, cap.2. §.2.

Ex quibus intelligis quam malè dicat Laurentius Empoly in Emporio Alphabetico bullarij Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, verbo habitus ordinis ex illis verbis ſuprà citatis Gregorij noni,conſtitut.5.§.6.fol.126. *Vide quod ex inſtituto Ordinis fratres Eremitæ Sancti Auguſtini Diſcalceati non incedunt*, Cum nec minimum quidem verbum de tali inſtituto, ſiue in hac Bulla, ſiue in aliis legatur, ſed vt dixi habitum præſcribat ſummus Pontifex non Ordini Eremitarum Sancti Auguſtini, ſed fratribus Ioannis Boni ordinis quidem Sancti Auguſtini, nondum tamen vniuerſo Ordini vnitis, nec quod tale fuerit inſtitutum fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, ſed ad ſolam diſtinctionem fratrum Minorum, & Ioannis Boni ſtabiliendam: vndè etiam malè ad præfatam Gregorij Bullam in margine hanc Gloſſam appoſuit, *Forma habitus Sancti Auguſtini debent apparere calceamenta*, nulla enim hoc loco de habitu Sancti Auguſtini fit mentio, ſed tantum præcipitur vt fratres Ioannis Boni, ad differentiam fratrum Minorum, ita veſtium ſuarum temperent longitudinem, quòd à quibuſque, ipſorum calceamenta liberè viderentur: quam porrò habitus formam conferre poſſunt calceamenta ſi appareant, aut non appareant, cum non ſint habitus, nec de ſubſtantia habitus,benè ergo addit in ſua gloſſa quamvis inuitè *diſcalceatis pedibus incedere eſt ſecundùm Ordinem Sancti Auguſtini*, voluit ſanè dicere, *Non eſt ſecundùm Ordinem S.Auguſtini*,prænalente tamen veritate,quod ſcribere noluit,ſcripſit,& verum

ſcripſit:

ſcripſit: eſt enim ſecundùm Ordinem S. Auguſtini diſcalceatis pedibus, ſicut & calceatis incedere vt ſuprà explicauimus.

Reſpondeo ſecundò, quod ibi ſummus Pontifex non præcipit defferre calceamenta tanquam quid de ſubſtantia habitus Religionis, vel diſtinctiuum ipſius ſed ſolummodò longitudinem declarat veſtium: vnde ex hac, & aliis Bullis nihil aliud colligitur, niſi quod Auguſtiniani, qui priùs tunicis cum ſtrictis manicis vtebantur, ſicut ex primæua inſtitutione Palliati, indiſcriminato colore prout lana naturaliter referebat, debeant de cætero tunicas defferre nigras, cum peramplis corrigiis, manicis largis, & protenſis, & ita oblongas quod pedes non cooperiant, nullam tradit formam Capucij, nullam calceamentorum aſſignat diuerſitatem, vel formam: cum tunc temporis fratres Ioannis Boni vulgò ſoccolos defferrent quare.

Reſpondeo tertiò per hæc calceamenta poſſe intelligi ſandalia, ſiue ſubtelares aut colopodia quibus vtebantur fratres Ioannis Boni, & quæ ſummus Pontifex voluit, vt apparerent ſicque à fratribus Minoribus diſtinguerentur, qui tunc temporis nudis omnino pedibus incedebant: ſic autem calceatos fuiſſe fratres Ioannis Boni antiquæ teſtantur picturæ, quæ etiamnum hodiè cernuntur in clauſtro Monaſterij Mantuani fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, in cuius Eccleſia corpus ejuſdem Ioannis Boni honorificè conſeruatur, quem etiam nunquam fuiſſe calceatum refert Sanctus Antoninus, *x* cui ſubſcribunt Abrahamus Bzouius, *ζ* Conſtantius Laudenſis, *&* in eius vita necnon Cardinalis Viterbienſis Auguſtinianus, *a* qui ad ſummum calopodiis, vel ligneis ſotularibus duntaxat vſum in Eremo conſcribunt: vndè non miror ſi idem Viterbienſis deſcribat nobis Sanctum Franciſcum ligneis calceis, id eſt ſoccis, ſiue calopodiis incedentem dum ſub eodem Ioanne Bono vitam Eremiticam profiteretur, *Habeo Authores qui ſcribant huius viri ſanctitatem*, loquens de Ioanne Bono, *ac fama illectum Franciſcum Aſſiſium magni Ordinis Authorem habitum induiſſe baculũ geſtaſſe, Eremitam egiſſe, ligneis calceis vſum eſſe, quam rem nec Vincentius quidam ſcriptor hiſtoriarũ accuratiſſimus inficiatur, &c.* Alium in hujus rei confirmationem produco authorẽ Auguſtinianum, eúmque calceatũ Henricum de Vrimaria ſiue Alemania qui tractatu de Ordinis refert eundem D. Franciſcũ relictis ſubtelaribus, quibus tunc Origine vtebatur, dum præfatam vitam agebat Eremiticam, ad nemus ſe ſolum contuliſſe: *Tempore Innocentij Papæ Tertij fuit frater Ioannes dictus de cella circa quod tempus B. Franciſcus cum dictis fratribus habitauit, & quidam aſſerunt quod fuerit frater dicti Ordinis in loco Sancti Iacobi de aqua viua, iuxta piſas: tandem petita licentia, & obtenta à Priore dicti loci, vt arctiorem vitam aſſumeret, dimiſſa Zona, & ſubtelaribus ad nemus ſe ſolum tranſtulit.* Subtelares autem ſiue ſubtalares à ſub & talo dicũtur, & vocantur etiam ſandalia, *c* ſiue ſocci, aut calopodia, quæ ſunt calcei lignei quibus tunc temporis Sanctus Franciſcus calceatus incedebat: poſteà verò dimiſit, vt nudis omninò pedibus ambularet, *d* vitámque arctiorem inſtitueret. Et hinc nata ni fallor inter Eremitas S. Auguſtini, & Franciſcanos cõtrouerſia, hi enim nudis pedibus ambulabant alij verò ſandaliis ſiue calopodiis vtebantur qui cum non multum in habitus

x tit. 24. c. 13

ζ ad annum 1249. n. 10. *&* lib. 1. c. 2.

a lib. 20. ſecal. ad ann. 1198.

b ibid. f. 168 pag. 2.

c Catholic. Ianuen. verbo ſandaliũ

d Viterbienſis ſuprà citatus.

forma, & colore differrent, corúmque calceamenta ob veſtium longitudinem non apparerent, aut fortè non geſtarent, cuiuſnam eſſent ordinis, non diſcernebantur: quare ſummi Pontifices colorem habitus determinauerunt, illiúſque formam, & longitudinem ita præſcripſerunt, vt prædicta calceamenta fratrum Ioannis Boni aliorumque Eremitarum Sancti Auguſtini ab omnibus viderentur: Quod ſi velis hæc calceamenta veros fuiſſe calceos completos & integros, quales modò deferunt Reuerendi Patres conuentuales hoc etiam gratioſè admittam, ita tamen vt talis determinatio ad ſolam differentiam inter Auguſtinianos & Franciſcanos facta fuerit: non autem quod talis fuerit habitus, & modus incedendi antiquorum Eremitarum S. Auguſtini, vt ſuprà diximus.

Præterea in antiquis Ordinis conſtitutionibus ab anno 1284. Viginti octo circiter annos elapſos à definita præfata controuerſia inter Auguſtinianos & Minoritas cap. 24. de numero & qualitate veſtium, hæc de calceamentis habentur, *Subtalares omnium ſiue ſuberes erunt aperti, niſi qui deferuntur intra Clauſtrum qui poſſunt eſſe clauſi, &c.* Subtalares autem ſiue ſuberes idem ſunt ac ſandalia, & ſoleæ ex Catholico Ianuenſi, & Calepino ſuprà citatis §. 7. de ſandaliis ſectione prima. Hoc autem genus calceamenti debebat eſſe apertum intra tamen clauſtrum poterat eſſe clauſum quod verò in via portabatur nigri tantum debebat eſſe coloris, & circa talum corrigiis ligabatur: ita tamen vt ejus altitudo genua non excederet, porrò planellæ omnes fratribus interdicebantur, & cætera prout amplius in eodem capite continetur, ex quibus vides moderna Auguſtinianorum calceamenta ab antiquis longè differre.

e ſerm. 42. de ſanctis.

Ex his omnibus ſequentes elicio concluſiones contra eas quæ ex dictis S. Patris Auguſtini, e quidam malè collegerunt. Imprimis Sanctiſſimum Doctorem non aliquam in ſuo ordine ſub reformationis ſpecie præuidiſſe deformitatem, ſed tantum venturos poſt ſe Epiſcopos admonuiſſe quomodo intelligere deberent quod præcepit Dominus Apoſtolis, ne in via ſacculum, peram, aut calceamenta portarent, forſan enim erant aliqui qui Epiſcopos Apoſtolorum ſucceſſores maximè vero ſi Monachi fuiſſent ad rigidam hujus præcepti obſeruantiam teneri exiſtimabant, vnde ait, *Quam multi enim in hoc populo futuri ſunt diſpenſatores, & nos ibi fuimus vbi eſtis, & nos qui videmur modo de ſuperiore loco conſeruis metiri cibaria, ante paucos annos in inferiori loco cum conſeruis accipiebamus cibaria. Epiſcopus laïcis loquor: ſed inde ſcio quam multis futuris Epiſcopis loquor ergo videamus quomodo nos intelligamus quod præcepit Dominus eis quos mittebat Euangelium Dei prædicare, & mente parata Meſſem videamus, nolite inquit ferre ſacculum, aut peram, aut calceamenta, & neminem per viam ſalutaueritis.*

Secundò ſolidæ mentis eſſe non ſtolidæ ſic literali calceamentorum inhibitioni adhæreſcere, vt Chriſtum Dominum, & Apoſtolos ſandaliis calceatos inceſſiſſe credamus ergo, ſoliditatem ipſi deponant, vt verùm credant, & verba Domini intelligant.

Tertiò duplex diſtingui calceamenti genus, vnum literale quod proprium eſt pedis indumentum, alterum verò myſticum, affectum, verbi gratia, carnalem

lem & mortalem, quod potius ſoluendum eſſe quam primum docet Diuus Auguſtinus cum dicit calceamenta ſoluamus, id eſt, mortuis operibus renuntiemus, nullus enim vi huius præcepti calceamenta pedum ſoluere tenetur, ſicut mortuis operibus renuntiare omnes obligantur. Hoc tamen non obſtat quin Chriſtus Dominus ad literam ſuis tunc prohibuerit Apoſtolis, calceamenta portare, & hoc mandatum ab ipſis diligenter obſeruatum fuerit, vt ait ipſemet ſanctus Doctor: *d Neque enim in eo quod ex Euangelio commemorauimus verba tantum Domini fuerunt, ſed obtemperantium quoque diſcipulorum, facta ſecuta ſunt.* Et quia S. Pater huic præcepto non aſtringebatur, quod etiam *forte*, vt ait carnaliter intelligi non debebat. & ob ſuas infirmitates adimplere non poterat, ideò dicit per hoc ergo iubemur renuntiare mortuis operibus, quod ſanè melius, & perfectius eſt quam materialia ſoluere tantummodo calceamenta.

d lib. 22. cōtra Fauſtū, cap. 77.

Quartò, Chriſtum Dominum aliquando calceatum fuiſſe verè ac realiter, ſandaliis tamen vt ſuprà oſtendimus, & loculos habuiſſe: vnde non cogimur grauiter calumniari ipſi Domino de loculis, & calceamentis: quod loculis habuerit Chriſtus præclarè oſtendit Diuus Bonauentura. *e* Primò in beneficium aliorum pauperum, vt ſcribit Diuus Pater Auguſtinus, *f Habebat ergo Dominus loculos & à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus, & aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum Eccleſiaſticæ pecuniæ forma eſt inſtituta, vbi intelligeremus quod præcepit non cogitandum eſſe de craſtino, non ad hoc fuiſſe præceptum, vt nihil pecuniæ ſeruetur à ſanctis, ſed ne Deo pro iſta ſeruiatur, & propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur.* In ſuos autem vſus nunquam expreſsè legitur Dominum loculorum pecunias conuertiſſe, imò magis contrarium ſuadetur ſuper illud Math. 17. *Solue didragma*, vbi legitur Dominum miraculosè didragma ſoluiſſe de pecunia in ore piſcis inuenta: ibi enim dicit Hyeronimus in Gloſſa, *Dominus tanta fuit paupertatis, vt vnde daret tributa non haberet, Iudas quidem loculos in communi habebat, ſed res pauperum in ſuos vſus conuertere nefas duxit, idipſum dans exemplum nobis.* Secundò habuit loculos compatiendo infirmis ſicut dicitur in Gloſſa ſuper illud Pſalm. 103. *producens fœnum iumentis*, Dominus loculos habebat, vel habuit in vſus eorum, qui cum eo erant, & ſuos, & Religioſas mulieres in Comitatu quæ miniſtrabant ei, de ſua ſubſtantia, in his infirmorum magis perſonam ſuſcipiens: præuidit enim, multos futuros, & iſta quæſituros, & ibi eorundem perſonam ſuſcepit. Vnde Auguſtinus in illud Pſalm. producens fœnum iumentis, *Ipſe Dominus loculos habebat quo mittebantur neceſſaria, & poſſidebantur nummi propter vſus eorum qui cum illo erant & eius, non enim cum dicitur eſuriuit Ieſus, Euangeliſta mentitur, voluit eſurire propter te, ne tu eſurires in illo, quia pauper factus eſt, cum diues eſſet, vt illius paupertate nos ditaremur, habuit enim loculos, & dictum eſt de quibuſdam, fœminis Religioſis quod ambulabant qua ibant pedes eius euangelizantes, & miniſtrabant ei de ſubſtantia ſua.* Poſtremò habuit loculos in articulo neceſſitatis, vtpote quando per Samaritanos tranſibat, in quo etiam articulo diſcipulis loculos habere permiſit, ſecundùm illuc Luc. 22. *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis nunquid aliquid defuit*

Quomodo Chriſtus loculos habuerit.

e tom. 2. opuſc. de paupert. Chriſti & in expoſit. regul. fratrū min.

f tract. 62. in Ioann.

fuit vobis? at illi dixerunt nihil, dixit ergo eis, ſed nunc qui habet ſacculum tollat ſimiliter, & peram, &c. Vnde Gloſſa, *Non eadem regula viuendi perſecutionis, quā pacis tempore, diſcipulos informat miſſis quidem diſcipulis ad prædicandum, nequid tollerent in via præcepit, ordinans ſcilicet, vt qui Euangelium nuntiat de Euangelio viuat: inſtante verò mortis articulo, & tota illa gente paſtorem ſimul, & gregem perſequente congruam tempori illi regulam decreuit, permittens vt tollerent neceſſaria victui, donec ſopita perſecutorum inſania, tempus euangelizandi redeat.* Ex his enim Gloſſis manifeſtè apparet quod modus habendi loculos in Domino, nullo modo minuit paupertatem, ſiquidem Dominus condeſcendit infirmitati, ac neceſſitati, vt tamen ſalua eſſet forma paupertatis. *Hæc Diuus Bonauentura.*

Quintò, vt ſæpè diximus calcementa de quibus loquitur D. P. Auguſtinus rectè poſſe, & debere intelligi ſandalia, quæ quamvis non ſint integra, & completa calceamenta, ſunt tamen coria mortuorum, & nobis tegmina pedum: habent enim ſubtus integram ſoleam, & plantam pedis cooperiunt deſuper verò corium non quidem plenum, & integrum ſed feneſtratum, & apertum. *g* Itavt pedes iis calceati neque nudi ad terram neque deſuper omninò ſint cooperti, & ideò ſunt nobis tegmina pedum quorum maiorem partem contegunt: itaque tota differentia quæ eſt inter ſandalia, & calceos integros, tantummodo inuenitur ſecundùm quod magis, vel minus pedes tegunt ſi enim calceamenta plantam pedum, eorúmque partem ſuperiorem totaliter cooperiant calcei ſimpliciter vocantur, ſin minus non totaliter contegant ſandalia nuncupantur. Magis autem vel minus non diuerſificant ſpeciem. *h* Quare ſandalia dicuntur à Baiſſio *i* Calcei, *des ſouliers a l'Apoſtolique*, & Ambroſius Calepinus verbo ſandalium, ſic ait, *ſandalium calceorum genus ſiue caligarum,* vnde intelligitur quam benè dixerit Clemens Alexandrinus iam ſæpè citatus, *k* Calceorum duplicem vſum eſſe alium ad tegendum pedes, id eſt, ex omni parte, & alium ad propulſandas offenſiones, & à montanis aſperitatibus plantam pedis conſeruandam, quia ſolum plantam illius conſeruant, & contegunt, ſuperiori parte non integrè tecta remanente. Siue autem ſandalia ſint ex Corio, ſiue ex ligno, funiculis, paleis, & ſimilibus, nihil ad nos dummodo formam ſandaliorum habeant.

g Durād. in ration. li. 3. de caligis & ſandalis. Alcuinus li. de diuin. Offic.

h 2. top. li. 1.

i lib. de re veſtiaria.

k lib. 2. pedag. c. 11.

Sextò, eundem Diuum Patrem Auguſtinum in regula non fuiſſe vſum nomine ſandaliorum, ſed calceamentorum in genere, propter rationes ſuprà allegatas, & præcipuè in reſponſione ad ſecundam ex regula. Deindè etiam ſi per calceamenta non intellexiſſet ſandalia, nec de illis vllam feciſſet mentionem, imò nec ipſe ſaltem aliquando diſcalceatus fuiſſet, quæro quare diſcalceati ex eo quod ſandaliis vtantur non erunt veri, & legitimi S. Auguſtini filij, vbinam S. Pater ſandalia prohibuit, vbinam integra, & completa calceamenta præcepit, itavt qui non geſtauerit ex defectu parum Corij, ſpurius, & nothus cenſeri debeat Auguſtinianus. Sanè video Reuerendos Patres Carmelitas excalceatos vltrà contenta in Regula diſcalceatos incedere, aliáſque auſteritates ad carnis mortificationem, & populi ædificationem obſeruare, *l* veroſque eſſe Carmelitas ac pro talibus ſub anathematis pœna ab omnibus

l in bulla

nibus haberi. *m* Quidni etiam excalceati Auguſtiniani veri cenſebuntur, Auguſtiniani, etiamſi præter regulam diſcalceati incedant, & eo magis cum iuxta regulam, veterumque Eremitarum conſuetudinem ſandaliis vtantur.

Septimò, Diuum Auguſtinum in ſandaliorum vſu, exemplum Chriſti Domini, & veſtigia ſecutum fuiſſe, quem ſuprà ſandaliatum oſtendimus, *n de his calceamentis quibus calceati ambulamus conſolatur me dominus &c.* *n* ſection. 1.

Octauò, eos reos eſſe Diui Auguſtini arbitrio ſuperbæ duritiæ, qui malè intelligentes Scripturas, in hoc ſolum gloriantur ſe adimplere Euangelium quod nudis omnino pedibus incedant, quaſi in ſola nuditare pedum tota Euangelij perfectio poſita ſit, *Ego inquis Euangelium impleo, quia nudo pede ambulo.* Id eſt, abſque vllo calceamentorum genere iuxta præceptum Euangelicum, *Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta, o* quòd conſtat à Chriſto Domino, & Apoſtolos obſeruatum fuiſſe, qui aliquando nudis pedibus ambularunt, vt ſuprà oſtendimus. *p* Ipſe autem Diuus Pater Auguſtinus ſic incedere ob ſuas infirmitates non poterat, *tu potes, ego non poſſum,* quaſi diceret potes implere Euangelium, vt credis quia ſine calceamentis incedis, ego non poſſum propter infirmitates meas, ſed quibuſdam vtor calceamentis ad exemplum Domini noſtri, non tamen proptereà ſubrepat ſuperba duritia, laudo fortitudinem tuam, qua poſſis nudipes incedere, & tu porta infirmitatem meam, ſine qua libenter quod agis implerem: Idem prorſus eueniſſe lego cuidam Monacho Romano, qui cum habitaret in Scithi, & ab alio Monacho Ægyptio viſitaretur, benignè, & cum omni charitate iſtum hoſpitio ſuſcepit: videns autem Monachus Ægyptius illum pedes habere mundos, & caligulis calceatos ſcandalizatus eſt, non enim talis erat illius loci conſuetudo, vt Monachi caligulis, ſiue ſandaliis ſuos munirent pedes, quod animaduertens Sanctus Senex Romanus dixit illi ſe propter ſuas, infirmitates caligulis vti.

o Luc. 10.

p ſection. 4.

Fuiſſe autem infirmum Diuum Patrem Auguſtinum, & ægræ valetudinis, nullus ſanæ mentis negare poteſt, ipſo maximè referente, *q Ego ſicut videtis per ætatem iam ſenui, & per infirmitatem corporis olim ſenex fui,* quid clarius, his verbis quæ tamē diſſertator quidam delicatulus de illius complexione tantummodo interpretatur, non autem quod graues aliquas habuerit infirmitates, aut ægræ valetudinis fuerit: Cum certum ſit verbum Dei in Eccleſia imprætermiſſe ſana mente, ſanóque conſilio, vſque ad extremam vitam prædicaſſe. Sanè non inficior Sanctum Doctorem ſanæ ſemper mentis, ſanique conſilij fuiſſe, & Verbum Dei vſque ad vltimam vitæ periodum diſſeminaſſe, non tamen ſano ſemper corpore vixit, multas etenim paſſus eſt ægritudines, & fermè continuas vt dicit Ludouicus de Angelis. *r* Mutauit enim valetudinem, vt ſolet fieri à principio ſuæ Monaſticæ conuerſationis, hinc ait Epiſt. 149. Corpore autem in lecto ſum, nec ambulare enim, nec ſtare, nec ſedere poſſum rhagadis, vel exogadis dolore, & tumore, rhagades autem ſunt fiſſuræ, ſiue ſciſſuræ, in ſede, pedibus aliiſque corporis partibus: Imo ab ipſa pueritia ſtomachi doloribus ita præmebatur, vt aliquando æſtuaret penè moriturus, *vidiſti Domine cum adhuc puer eſſem, & quodam die preſſus*

q ſerm. de

Poſſid. in eius vita.

r lib. 6. c. 2.

s lib.1.conf. c.11. *ſtomacho repente æſtuarem pene moriturus* ſ Prouectæ deinde ætatis, præ difficultate ſpirandi, ac dolore pectoris profeſſioni rhetoricæ renuncians monet mediolanenſes, vt alium prouideant Magiſtrum *renuntiaui peractis vindemialibus, vt ſcolaſticis ſuis mediolanenſes venditorem verborum alium prouiderent: quod, & tibi ego ſeruire delegiſſem, & illi profeſſioni præ difficultate ſpirandi, ac dolore pectoris non ſufficerem.* t & in libro de beata vita. *Itaque tantus me arripuit pectoris dolor, vt illius profeſſionis onus ſuſtinere non valens qua mihi veliſicabam fortaſſè ad ſirenas abycerem omnia, & optatæ tranquillitati, vel quaſſatam nauem, feſſamque perducerem.*

t lib.9. confeſſ.c.5.

Præterea libro de opere Monachorum cap. 29. inter alias rationes cur ipſe, & multi alij exercitiis manualibus vacare non poterant provt decet Monachos, corporis ſui infirmitatem aſſignat *non alligamus onera grauia, & veſtris humeris imponimus quæ nos digito attingere nolumus, quærite, & agnoſcite labores occupationum noſtrarum, & in aliquibus noſtrorum etiam corporum infirmitates, & eccleſiarum quibus ſeruimus talem iam conſuetudinem, vt nos ad illa opera ad quæ vos hortamur vacare non ſinant.* Ex quibus ſemper concluditur quod ſi firmæ fuiſſet, & validæ valetudinis omnino diſcalceatus fuiſſet, aut ſaltem ſandaliatus, ideòque ſuis permiſiſſe Monachis, vt qui poſſent nudis pedibus ambularent, aut qui non poſſent, aut ſandaliis vterentur, ſi laïci, aut calceis integris ſi Clerici eſſent.

Obijcies nunquam Diuum Auguſtinum in ſuo Ordine diſcalceatorum Congregationem inſtituiſſe. Reſpondeo neque etiam Arelatenſes, Bitterrenſes, & Bituricenſes inſtituiſſe, aliáſque Ordinis congregationes quæ diuerſis poſteà temporibus ſapienter à ſanctis viris ſub diuerſis denominationibus inſtitutæ ſunt, non fuit ergo diſcalceatorum congregatio ſub hac peculiari denominatione à ſancto Doctore fundata, excalceatos tamen inſtituit, ac fundauit, cum voluit vt qui poſſent, nudis incederent pedibus, & qui non poſſent ſandaliis, aut etiam calceis vterentur: ſi Clerici eſſent: ſicut de facto à principio in ordine obſeruatum legimus, & ſanè magis decebat pauperes Eremitas in deſertis, aridiſque locis, & calidiſſimis Regionibus commorantes excalceatos eſſe, quam calceatos, quare diſcalceati veri, & legitimi filij ſancti Auguſtini cenſendi ſunt, maximè verò cum regulam illius profiteantur, eorúmque conſtitutiones à ſede Apoſtolica approbatæ Auguſtinianæ Regulæ minimæ aduerſentur: ſic olim declaratum fuit à Paulo Quinto, u in fauorem Capucinorum de quorum inſtitutione à quibuſdam dubitabatur an eſſent verè fratres Minores, & filij Sancti Franciſci, cum ejus tempore non fuerint inſtituti, & an eorum conſtitutiones eſſent conſentaneæ Regulæ ipſius Sancti Franciſci. *Nos dubia huiuſmodi Apoſtolicæ declarationis Oraculo decidere cupientes cum venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum conſilio, matura deliberatione habito, hac noſtra perpetuò validitura conſtitutione authoritate Apoſtolica declaramus fratres Capucinos eſſe inter fratres Minores, ac etiam quamvis tempore Sancti Franciſci minime inſtituti fuerint, cum tamen eius regulam profiteantur atque etiam ſtatuta congruant, tam Regulæ ſtatutis, quam etiam Regulæ declarationibus, &c.*

u In bulla Eccleſiæ militantis anno 1608.

Porrò tanti fecit ſandalia Diuus Pater Auguſtinus, vt Deo ſic permittente

corpus ſuum in ſardiniam primum transferri voluerit quæ olim ſandaliotis ab effigie ſoleę ſiue ſandalij dicebatur: nec myſterio vacat quod cum indè Ticinium poſteà delatum eſt piiſſimus Longobardorum Rex Luitprandus depoſitis Regiæ Majeſtatis inſignibus nudato capite, & pedibus venerandum corpus comitabatur, quod in Eccleſia ſancti Petri in cœlo aureo honorificè collocatum eſt, & modo reconditum veneratur in ſacello ſancti Apiani à dextris altaris majoris, vbi reperitur validiſſima porta ferrea cum ſuis tranſennis, & ne alio transferretur in locis profundis poſitum cum corporibus Sancti Seuerini Boëtij Martyris, aliiſque multis, vt teſtatur Brixienſis requieſcit.

Velint itaque vel nolint aduerſarij, ſemper diſcalceati Auguſtinienſes ſandalides palmas, *x* in ſignum victoriæ deferent, abſolutis ab impoſturis, cujuſdam Equitis Gallobelgici incogniti jam confuſi, & condemnati, *z* quis enim non videt diſcalceatos verè Auguſtinianos eſſe, & littera A, inſigniri ab omnibus aduerſarij accuſationibus abſolutos, illum vero litera C, tanquam reum Condemnatum eſſe ex iiſdem enim litteris, quibus ipſe vtitur, *&* contra nos, A, C, N, L, (quæ apud antiquos erant notæ, Abſolutionis, Condemnationis aut protrahendæ litis ſi veritas facti clarè non appareret. Vndè N, L, idem erat ac Non Liquet) verius dicendum eſſet. Auguſtinianos, Calceati Non Liquet, vel etiam dicere poſſem: Auguſtinianis, Calceamenta, Non Licent, nolo tamen vt jam dixi calceos in Auguſtinianis redarguere, qui neque etiam ſandalia in diſcalceatis reſpuere debent, cum & calceatos ſimul admittat hæc ſacra noſtra Eremus Auguſtiniana. Et hæc ſufficiant pro diſcalceatorum ſandaliis, ad alias probationes deueniamus.

§. VIII.

Ex antiquis, & authenticis picturis, & imaginibus Sanctorum Ordinis: etiam in Eccleſiis, & Monaſteriis calceatorum, ea omnia confirmantur quæ de ſandaliis, & toto diſcalceatorum habitu diſſeruimus.

Ecce completum habemus diſcalceatorum habitum, tunicam nempè nigram caputium acuminatum, corrigiam, pallium, & ſandalia: Eumque fuiſſe valdè ſimilem illi quem antiquitas, & ratio geſtaſſe ſuadent Diuum Patrem Auguſtinum, ac primæuos religionis ſanctos, vt ex dictis conſtat: cum in re tam antiqua ſufficiant præſumptiones, inditia, & conjecturæ, vt docent Maſcardus, *a* & Aymon de antiquitate temporum: *b* & ſufficiat veriſimilitudo, quæ imaginem veritatis habere dicitur, imò naturalem præſumptionem veritatis cum ſit cognata naturæ. *d* Addo inſuper proximam obſeruantiam interpretatiuam, cui plurimum eſſe deferendum tradunt legiſtæ *e* &

x Plinius l. 13. c. 1.

z à ſacra congregatione indicis S. R. E. Cardinalium die 18. Decemb. 1646. *&* fol. 142. 143.

a vol. 1. côſ. 105. 106. 107 num. 12. per text. in l. cenſus & monum. & l. penult. ff. de prob. c. venies & l. licet ex quadã de teſt.

b part. 1. principali part. vlt. n. 3 iuiuncto conſ. 262. n. 31. vol. 1.

c purpurat. conſ. 93. n. 17. & conſ. 228. n. 15. Burſat. côſ. 239. n. 31. vol. 3.

d Cranet. conſ. 61. n. 9 & conſ. 73. n. 42. & côſ. 365. n. 26. & conſ. 461. n. 53.

e & cenſuit rota. *f* Quare non ſine cauſa hæc diſcalceatorum congregatio ab ipſiſmet Patribus conuentualibus, & calceatis, cum tali habitu, & forma viuendi inſtituta eſt, accedente conſenſu Reuerendiſſimorum Patrum totius Ordinis Auguſtiniani Generalium, & ſummorum Pontificum confirmatione, qui illorum ſtatuta, & conſtitutiones approbarunt, declarantes inſuper eos veros eſſe S. Auguſtini filios, & Ordinis reformatos: confirmatio autem Apoſtolica, cum inſertione ſtatuti aſſignantis hunc habitum ad reformationem, & vt proprium S. Auguſtini importat expreſſam Apoſtolicam declarationem veritatis habitus S. Auguſtini. *g*

Denique talem fuiſſe habitum Auguſtinianum, euidenter concluditur ex conſuetudine longè ante inſtitutionem huius reformationis introducta pingendi ſanctorum Ordinis imagines, cum hoc habitu, vili, reformato, & ſandaliis in pedibus, quam vti fidelem veritatis interpretem eſſe attendendam docent S. Thomas, *h* Canoniſtæ *i* & rota: *k* Picturis autem, & ſculpturis antiquis magna ſemper defertur fides, vt probant Menoch, *l* & Rota, *m* præcipuè verò picturis Sacris, quæ cum multæ reperiantur pluribus in locis etiam in Eccleſiis, & clauſtris Patrum conuentualium calceatorum cum habitu noſtro reformato, & diſcalceatis pedibus: verum erit dicere quod omnis ſumma noſtri habitus, non in nouitate veſtitus, quam primi diſcalceati adinuenerint ſed honeſta in vilitate conſiſtit, quam Patres noſtri antiqui profeſſi ſunt.

Imprimis Romæ in ſacrario Almæ baſilicæ Lateranenſis videtur depictus ſanctus Auguſtinus cum caputio acuminato, & oblongo, ac habitu ſtricto quemadmodum reformati gerunt hoc ſolo excepto quod caputium pallio aſſutum eſt. Item in Eccleſia Sanctæ Mariæ de montibus in ipſa antiquiſſima Icone Beatæ Mariæ Virginis ex vna parte videtur Sanctus Franciſcus, & ex alia Diuus Pater Auguſtinus cum eodem habitu, & caputio acuminato. In clauſtro etiam inferiori conuentus Generalis ſancti Auguſtini depictæ viſæ ſunt imagines Sanctorum Rogati, Maximi, Liberati, & Nicolai Hiſpani ejuſdem ordinis nudos pedes habentium, in ſuperiori verò depictus erat ſanctus Guillelmus cum ſocio nudis ſimiliter pedibus: de quibus factum eſt inſtrumentum publicum à Ioanne Auguſtino Tullio, præſentibus Domino Petro Emanuëlis de Campo, Eccleſiæ ſancti Antonij Luſitanorum meritiſſimo capellano, & Domino Emanuële Marci Gonſales, & Baptiſta Bernardi de Solaris teſtibus ad hoc vocatis die 12. Martij 1919.

Prætereà in Eccleſia ejuſdem conuentus, in cappella Carauagij nuncupata ad partem læuam videtur quidam ſanctus ordinis ſancti Auguſtini diſcalceatus, reſtibus Ioſepho Guidone, Fabritij filio, & Eccleſiæ ſancti Caroli ad curſum capellano, & lucro Bernardini: item juxta portulam ejuſdem Eccleſiæ ad partem ſiniſtram parua cernitur ſtatua ſancti Nicolai de Tolentino in anteriore caputij parte ſolem depictum habentis, & pedibus diſcalceatis: tandem ſuprà portam majorem ejuſdem Eccleſiæ ex vna parte depictus videtur idem S. Nicolaus cum caputio acuminato.

Papiæ in arca marmorea, quæ in ſignum Sancti Patris Auguſtini ducentis ab hinc

e in leg. ſi de interpr. de leg.
f deciſ. 110. n. 27. part. 5 r. cent.
g l. paſtoralis, paragrapho prætereà ſcient. de offic. deleg. c ſi Apoſtol. de præb. in 6. Rota deciſ. 192. n. 2. 3. deciſ. 461. part. 1. recent.
h 1 2. q. 97. art. 3.
i 1 c. final. d: conſuet.
k deciſ. 61. n. . part. 5. recent.
l conſ. 110. n. 16. vol. 2.
m in florēt. 12. Iunij 1629.
n cap. 2. paragrapho 2.

ab hinc annis in ſacrario Eccleſiæ S. Petri in cœlo aureo fratrum Eremitarum S. Auguſtini calceatorum ſeruatur: inter alias figuras in columna pedum dictæ arcæ, à parte ſiniſtra figuræ majoris, vnà apparet cœlata, & exculpta ſancti Patris Auguſtini cum eodem prorſus caputio acuminato, & oblongo quo diſcalceati vtuntur, de quo inſtrumentum reperitur authenticum in actis curiæ Epiſcopalis die 15. Martij 1625. per Iacobum Antonium de Camia Notarium Apoſtolicum.

Neapoli in Eccleſia ſancti Ioannis ad carbonariam fratrum Eremitarum S. Auguſtini calceatorum, retrò altare majus in capella quæ vulgò nuncupatur *de Siniſcalco* antiquæ cernuntur picturæ multorum quorundam ſanctorum Patrum in deſerto commorantium ordinis Sancti Auguſtini, diſcalceatis pedibus, & in habitu vili, & reformato cum inſcriptione anni 1433. & nomine pictoris literis Gallicis deſcripto *Perinectus de Herrinenta pinxit*, de quibus publicum habetur inſtrumentum per Anellum Rohendo Notarium Apoſtolicum, præſentibus Michaële Angelo delloca, Franciſco Syluestri pictoribus, Carolo Tozzi, & Mathæo Franciſco duratio, anno 1638. die 18. Aprilis.

Florentiæ in Eccleſiæ ſacrario S. Spiritus vltrà fluuium Arnum, quæ eſt Auguſtinianorum calceatorum, ſuprà januam in interiori parte depictus eſt Sanctus Pater Auguſtinus, cum habitu nigro, pedibus diſcalceatis & nudis, capite diſcooperto, & ſtans in littore maris videtur puerum alloqui pateram aqua plenam præ manibus tenentem, quam in terram effundit, qua de re publicum factum eſt inſtrumentum à Ioanne Maria de Richo Notario, in præſentia Mathæi Gaſparis, & Antonij Petri Donzelli die decimaquinta Iunij 1619.

Bononiæ in primo clauſtro conuentus Auguſtinenſium calceatorum magna quædam videbatur tabula picta, palmorum circiter quinque in longitudine, & quatuor in latitudine propè januam Refectorij in qua Diuus Pater Auguſtinus cum Pontificiis ornamentis, & ſandaliis antè pedes eius depictus erat. Præterea in Eccleſia ſancti Iacobi eorundem Patrum videtur capella ad dexteram partem ingreſſus majoris portæ, in qua eſt imago S. Ioannis à S. Facundo pariter cum ſandaliis, & hac inſcriptione *B. Ioannes à S. Facundo*, hæc teſtantur Iacobus Ludouicus Zanati, & Ioannes Peregrinus Carpini die 26. Iunij 1619. Præfatus autem Iacobus Zanati refert quod cum poſteà ad eundem locum rediiſſet, imaginem S. Auguſtini non amplius cum ſandaliis, ſed cum calceamentis completis inuenit.

Maceratæ in capella Dominæ noſtræ de ſuccurſu Eccleſiæ Patrum Auguſtinianorum conuentualium in Icone majori depicta apparet Sancta Monica cum veſtitu nigro, & pedibus more Apoſtolorum diſcalceatis, vt conſtat ex publico inſtrumento per Barnabam Rotellam Maceratenſem Notarium præſentibus Magiſtro Sebaſtiano, Angelino de Monte-Badio, & Ioanne Maria Ballinario, de monte ſancto pictoribus, & teſtibus vocatis die 15. Maij 1619. & die 9. Aprilis 1638. per Albertum capuſtocium Notarium publicum, in præſentia admodùm R. Domini Angeli Gabuccini S. Georgij Archipreſbyteri, & D. Thomæ Gattucij.

In Eccleſia Firmanæ ciuitatis Prouinciæ Marchiæ conuentus Generalis Sancti Patris Auguſtini in altari propè ſacrarium, à multis annis depicta reperitur imago S. Nicolai de Tolentino diſcalceatis pedibus, manu dextera ſolem: ſiniſtra verò cum lilio librum apertum tenentis, fidem faciunt hac de re Ioannes Ludouicus Guarnerius, Ioannes Vincentius Phrygiarius, Ioannes Adamus Fallaci, Ioannes Franciſcus Moro, Ioannes Ludouicus Pulmerius, Ioannes Marchione Orlandi die 4. Iulij 1619. Et per aliud inſtrumentum Dominici Valentini Notarij Apoſtolici, Dominus Sarnaba Tempeſtiuus, & Balthaſar Birmo Pictores, & Octauius Arboſtinus die 15. *A*prilis 1638.

In Eccleſia S. Auguſtini loci S. Iuſti, in Icone majoris altaris inter alios ſanctos depicti videntur hinc S. Nicolaus de Tolentino, & inde S. Monica pedibus diſcalceatis, vt patet ex publico, & authentico inſtrumento cum ſigillo Sancti Iuſti per Romulum ſpeciali die 5. Iunij 1619. & per aliud die 10. Aprilis 1638.

Oneliæ ſuprà portam Eccleſiæ Monaſterij Sanctæ Mariæ de Angelis Reuerendorum Patrum Sancti Auguſtini, antiqua cernitur imago Sancti Auguſtini pedibus diſcalceatis, cum ſoccis, & habitu ſtricto ex vna parte, & ſancti Nicolai Tolentinatis ex alia, diſcalceati ſimiliter, & in manu dextra crucifixum geſtantis: Item in eiuſdem Eccleſiæ capella ad læuam maioris altaris manum, genuflexus depictus eſt ſanctus Auguſtinus, corde ſagitta confixo, diſcalceatis pedibus cum habitu ſtricto, & reformato, inſuper ſanctus Nicolaus de Tolentino cum ſancta Matre Monica diſcalceatis ſimiliter pedibus, de quibus publicum factum eſt inſtrumentum, à Ioanne Antor [illegible] Notario in præſentia Stephani Rizzi, de Benedetto, Fabritij Alberti, Petri Georgij Caluo, & aliorum die 10. Iunij 1619. Item aliud inſtrumentum Ioannis Baptiſtæ Guarnerij Notarij publici, præſentibus Bartholomæo Niggio pictore, Domino Iulio Bergano, Franciſco Gazelio duratio, anno 1638. die decimaoctaua Aprilis.

Tolentini in Eccleſia Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini congregationis Lombardiæ in vexillo canonizationis Sancti Nicolai, depictus eſt iſte Sanctus ſuper lucidas nubes, nudis pedibus, & lilium in manibus geſtans ex aduerſa verò parte ejuſdem vexilli, idem Sanctus Nicolaus videtur nudis ſimiliter pedibus, dextera librum tenens, ſiniſtra verò lilium geſtans. Prætereà in altari ejuſdem Sancti ſtatua illius perſpicitur diſcalceatis pariter pedibus, quæ olim abundanter ſudare, & ab oculis lachrymas prorumpere viſa eſt.

In Eccleſia Reuerendorum Patrum vulgò Baptiſtinorum extra muros ciuitatis Albiminenſis, ſiue Vintimilienſis, in Icone altaris majoris à parte ſiniſtra depictus eſt ſanctus Nicolaus Tolentinas, nudis pedibus, & manu dextera cum lilio, crucifixum tenens: læua verò librum apertum. Prætereà in tabula picta natiuitatis eadem videtur imago Sancti Nicolai, ſoccis ſiue Calopodiis calciati, librum dextera manu geſtantis: ſiniſtra verò cum lilio crucifixum. Item in cappella ejuſdem Sancti, ſimilis ſtatua veneratur pedibus ſandalia, & dextera cum Crucifixo liliũ portans, læua verò librũ tenens, vt conſtat ex publico

blico inſtrumento per Antonium Guaricium oppidi dulcis aquæ Notarium Ducalem, præſentibus Do. Ioanne Baptiſta Garollio Preſbytero, & D. Ioanne Baptiſta Guârino Antonij, necnon Domino Ioanne Franciſco Villano pictore dulcis aquæ anno 1638. die 30. Aprilis 1.

Genuæ extra muros in Eccleſia eorundem Patrum Beatæ Mariæ de conſolatione tres ſunt imagines ſancti Nicolai Tolentinatis , quarum vnà nudis videtur pedibus in prima capella , ingreſſus eiuſdem Eccleſiæ , ad dexteram manum: aliæ verò duæ in duabus depictis tabulis,ad duas columnas appenſis, quarum vnà nudis pedibus crucifixum, manu dextera tenet:ſecunda verò crucem ſiniſtra geſtans,pedes calopodiis ſiue ſoccis ſuffultos habet : aliæ inſuper reperiuntur figuræ ſuprà arcum ingreſſus viæ quæ ad dictum Monaſterium & Eccleſiam ducit, quæ duos fratres religioſos ni fallor conuerſos calopodiis calceatos repræſentant quorum vnus ſuper humeros baculum habet,cum ſportula appenſa : alter verò baculum ſimiliter geſtat, cum pera viatoria ſuprà ſcapulas , & in manibus Roſario beatiſſimæ Virginis Mariæ : vt patet ex inſtrumento publico per Ioannem Thomam Peyranum Notarium publicum , præſentibus Thoma ferro Cypriani pictore , Hyacintho Bonino Bartholomæi , Ioanne Dominico de Cella die 17. Maij 1638.

Item Genuæ in Eccleſiis S. Mariæ de Caſtello , B. Mariæ de Carmelo , B. Mariæ de Vineis , S. Laurentij , B. Mariæ de Portoria , ſimiles videntur picturæ S. Nicolai , nudis pedibus cum ſandaliis , & in veſtitu reformato , vt in publico continetur inſtrumento die 29. Nouembris 1638. per Ioannem Thomam Peyranum vt ſupra.

Præterea in Eccleſia Parrochiali S. Hilarij plebis neruij , in Cappella S. Rochi , Tertierij Eccleſiæ S. Mariæ Bogliaſchi , & in Sacrario Eccleſiæ Parrochialis eiuſdem S. Mariæ : Item in Eccleſia Parrochiali S. Petri Quinti, in altari Maiore , & in Capella S. Mariæ de Carmelo , In Eccleſia S. Mariæ Quarti , & in muro Capellæ Eccleſiæ Conuentus Srurlæ S.Mariæ Annuntiatæ : quæ omnia loca ſunt diœceſis Genuenſis , depictæ apparent imagines eiuſdem S. Nicolaï in habitu reformato , nudis pedibus , & cum ſandaliis ex vna parte cum lilio Crucifixum , altera verò librum tenentis : de quibus publica confecta ſunt inſtrumenta , in præſentia multorum teſtium , dictorum locorum per Baptiſtam Montanum Notarium Apoſtolicum die 7. & 17. Nouemb. 1638.

In Eccleſia S. Marci Fratrum Eremitarum S. Auguſtini calceatorum loci Montis Caſſiani , in altari S. Nicolaï de Tolentino , antiqua veneratur imago eiuſdem Sancti cum habitu nigro , & ſtricto , diſcalceatis pedibus cum ſandaliis , manu dextra ſolem , læua verò lilium geſtantis. In ſuper in Cappella S. Rochi , & Sebaſtiani Eccleſiæ S. Mariæ plebis,antiqua videtur eiuſdem Sancti Statua cum eodem habitu , & ſandaliis , ætate iam prouecta , & barba longa , manu dextera cum lilio Crucifixum tenentis , ſiniſtra verò librum , cum ſole in pectore depictum : vt in publico legitur inſtrumento per Franciſcum Fidardum , publicum montis Caſſiani Notarium , præſentibus Dominis Iuliano Nuciarello,& Ioanne Baptiſta Gentelino die 10. Aprilis 1638.

In clauſtro Monaſterij S. Laurentij Auguſtinianorum calceatorum ciuitatis Piſtorienſis, ſub ipſis fornicibus depicta eſt S. Auguſtini vita, ſub primo ſtans Diuus Pater Auguſtinus cum habitu Eremitarum reformato, & ſandaliis, puerulum alloqui videtur, qui è pocillo aquam in terram effundit: ſub ſecundo depictus eſt idem Sanctus nudis pedibus ſuos inſtituens Eremitas, & nigris eos veſtimentis induens: Poſtea verò à parte ſiniſtra ſub eodem fornice S. Pater Auguſtinus, & S. Mater Monica diſcalceatis pedibus in extaſim rapti ſunt. Sub tertio Idem S. Pater, diſcalceatus pariter, ſuum vendit patrimonium, & pauperibus elargitur: ſub quartò Chriſti Domini pedes ſub peregrini forma humiliter lauat, ſub quintò benignè à S. Valerio ſuſcipitur, ſub ſexto, primum Ordinis ſui Monaſterium ædificat, nudis ſemper pedibus: ſeptimo à Sancto valerio licet inuitus presbyter Ordinatur, vbi ſocius eius etiam diſcalceatus eſt, cum viii habitu, & reformato. De quibus publicum factum eſt inſtrumentum à Franciſco Lazarino Notario publico, præſentibus Domino Ioſeph à ſancto Octauiano, Bracciolini canonico, & præfecto ærarij Eccleſiæ Cathedralis piſtorienſis, & Domino Ioanne Baptiſta à Baſtiano Parcbeni die 14. April. 1638.

In Eccleſia Illicetana Fratrum Eremitarum S. Auguſtini Congregationis illicetanæ, quæ ab vrbe Senarum tria circiter paſſuum millia diſtat, in altari Diuæ Mariæ Virginis extat Imago S. Guillelmi nudis pedibus: in clauſtro vero à parte ſiniſtra exitus ſacrarij depictus eſt in muro S. Auguſtinus pontificiis ornamentis indutus, & ſine calceamentis cum hac inſcriptione *Vulneraſti Domine cor meum charitate tua.* Ibique, & alibi à parte dextera plures aliæ figuræ, & imagines reperiuntur, præſertim multorum cuidam moribundo adſtantium excalceatis pedibus. In Sacrario vero depicta, eſt imago B. Ioannis à S. facundo ſimiliter diſcalceati, quæ omnes figuræ antiquiſſimæ ſunt vt ex publico conſtat inſtrumento, per Salomonem Rutilium de Grarij Notarium publicum, in preſentia D. D. Nicolaï filij ſanctes de Gambaruccij, Ioannis Baptiſtæ de Tadei de viceconitibus, Dominici Franciſci de Bandinis die 2. Februarij 1618.

In capitulo Conuentus S. Nicolaï Piſarum plurimi extant fratres ad tranſitum Sancti Auguſtini, omnes cum Caputio oblongo, & pendente depicti, maximè verò quidam qui Sacerdoti Officium facienti inſeruit, cum Caputio omnino ſimili illi quod fratres diſcalceati reformati geſtant, ſuper pelliceo impoſito, differt autem à Cæteris quod caputia aliorum, cucullæ videntur aſſuta, ſuntque longiora, & maiora, iſtius vero eſt omnino diſſutum, & à parte anteriori, & poſteriori, ſeparatum, cumque valde de tali admirarer differentia: ſubvenit mihi quod ille ſeruienrem Sacerdoti conuerſum repreſentare debebat, quibus conuerſis per Richardum S. Angeli, vt ex Bulla Innocentii IV. *Pia deſideria &c.* Supra citata n apparet, aſſignatum fuit caputium nigrum non tinctum.

Hæ ſunt præcipue picturæ, & imagines ex ipſis Patrum conuentualium Monaſteriis clauſtris, & Eccleſiis in Celebrioribus Italiæ partibus fideliter extractæ, quarum fidem, & authenticos proceſſus habent Patres noſtri diſ-

calceati

calceati in Archiuio Romano Conuentus IESVMARIÆ ad curſum, licet ipſi calceati ſero Euigilantes poſt hanc exortam quæſtionem, Romæ, Florentiæ, & alibi præfatos ſanctos atramento calciarint, & ad eorum vſum deformarint cum prius excalceati cum habitu ſtricto apparerent.

Addo prætereà duo irrefragabilia teſtimonia, ex Marque, *o* Et Thoma de Herrera *p* Primum de Lamina Bonæ inuenta in qua inſculptus erat D. P. Auguſtinus, & ante illum quidam religioſi genuflexi cum habitu *A*uguſtiniano, excepto quod caputium maius erat, & in forma differens à communi caputio conuentualium, ſecundum verò ex Codice *A*rabico qui etiamnum in Bibliotheca Eſcurialis Hiſpanici aſſeruatur, inter munera quæ Mulæus Zeidan Rex Marotti, Imperatori Turcorum dono mittebat, cum ea claſſis per Ludouicum Focardum intercepta eſt, quo in libro duobus locis depicta eſt effigies Epiſcopi, & in Throno ſedentis adſtantibus ei Monachis cuculla nigra, & corrigia præcinctis, cum caputio eiuſdem formæ, & figuræ vt in lamina Superiori: quæ ſanè alia eſſe non poterat quam oblonga, & accuminata qualem defferunt diſcalceati.

o cap. 4. paragrapho 3.
p reſp. 4. ad paragrapho 4. fol. 84.

His ſubiungo tertium ex antiquo manuſcripto Ægidii Romani *A*uguſtiniani in gallicum idioma Iuſſu Philippi Galliarum Regis tranſlato, quod in Bibliotheca S. Victoris Pariſienſis reperitur, in principio ſiquidem huius libri quem vidi depictus eſt Ægidius Romanus cum caputio longo, & accuminato, ad ſcapulas pendente, & in habitu reformato, manicis non protenſis ſed ſtrictis, qui in cathedra ſedens alios docet religioſos ſimiliter indutos.

Quamplures inſuper aliæ inueniuntur ſanctorum ordinis imagines, in habitu diſcalceatorum depictæ, vt apud Vicentiam in antiqua ſancti Auguſtini Eccleſia vbi beatus Laurentius Iuſtinianus diù ſanctiſſimè vixit, & luculenter ſcripſit vetuſtiſſima videtur imago S. Patris Auguſtini diſcalceatis pedibus. In Capella Nicolai Papæ quinti, Palatii Vaticani, depictus eſt B. Bonauentura Patauinus Cardinalis cum habitu ſtricto, & reformato, cuius exemplar fideliter extractum in Conuentu diſcalceatorum S. Nicolaï Romæ conſeruatur, Mantuæ, & Caſalii quamplures in clauſtro Conuentuum S. *A*uguſtini, & alibi depictæ ſunt Imagines B. Ioannis Boni, & aliorum diſcalceatis pedibus, & in habitu reformato. Toloſæ in Periſtromate Eccleſiæ S. *A*uguſtini, Reuerendorum Patrum calceatorum ab anno 1525. contexto, cernitur effigies S. *A*uguſtini nudis pedibus, & in habitu reformato, iuxta puerulum, qui aquam maris, è cocleari in foſſulam effundit. Ibidem in Capella S. Annæ, in antiqua icone ſanctiſſimi Crucifixi, hinc ſtat S. Pater *A*uguſtinus, habitu Pontificio indutus, & ſandaliis calceatus, inde verò S. Hyeronimus in habitu Cardinalititio, ſimiliter cum ſandaliis.

Poſtremò in altari animarum Sancti Martini dè Peralda in Hiſpania, videtur imago depicta ſancti Patris Auguſtini anno 1594. cum habitu nigro, corrigia præcincto, manu dextera Eccleſiam ſuſtinentis: ſiniſtra verò Roſarium ſubalbidi coloris geſtantis, & diſcalceatis pedibus: quam vt vidit Reuerendus Pater Magiſter Petrus de Campo, valdè admirans obſtupuit: dixitque

q In Hiſt. fol. 559. general.

q hanc eſſe ex inſignioribus totius Hiſpaniæ picturis, aliáſque multas eiuſdem generis in Regnis Aragoniæ, & Cathaloniæ reperiri: ſicut quamplures prætermitto, quæ in Gallia, Sardinia, Sicilia, Venetiis, Cremonæ cæteriſque Italiæ partibus inueniuntur.

Hæ ſunt ſenſibiles, & authenticæ Auguſtinianorum diſcalceatorum habitus demonſtratiuæ probationes, ex ipſis publicis, & certiſſimis aduerſariorum monumentis deſumptæ, quę ſi exorta olim contentione, de pingendis ſanctorum ordinis imaginibus adductæ, & examinatæ fuiſſent ab Eminentiſſimis Cardinalibus ſacræ rituum congregationis in fauorem ſuum decretum minimè extorſiſſent ſub die 19. Nouembris 1637. & ſtatim à ſanctiſſimo confirmatum die 23. Ianuarii 1638. facilè enim illis fuit contra tunc inermes, & improuiſos inſurgere, ac poſtulata obtinere, quamvis enim citati & auditi fuerint diſcalceati, ſuas tamen deffenſiones ex toto exhibere non potuerunt, nec objectis aduerſariorum ob temporis inopiam, non obtenta dilatione ſatisfacere, ipſis licuit: neque enim tam breui temporis ſpatio authenticos habere poterant proceſſus, & vetuſtiſſimis ſanctorum ordinis imaginibus, quæ in præcipuis Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ, etiam aduerſariorum Eccleſiis reperiebantur, vt in certiſſimam habitus diſcalceatorum confirmationem oſtenderent: etiam antequam inſtituerentur, talem vſum fuiſſe depingendi ſanctos ordinis in habitu ſtricto, & reformato, ac diſcalceatis pedibus ſicut de facto obſeruari videmus, apud alias religiones reformatas, quæ omnes ſanctos ſuos cũ habitu reformato, quo ipſi vtuntur depingunt: vnde habitis poſteà de nouopræfatis proceſſibus, & coràm E.Cardinali Barberino expoſitis, ac examinatis diſcalceatorum rationibus de ordine ſanctiſſimi perpetuum fuit partibus impoſitum ſilentium, & breue ab aduerſarijs extortum, non priùs ortum quam extinctum, expreſſum, quam ſuppreſſum fuit. Et de facto nuſquam executioni demandatum eſt, nec Romæ quidem vbi de nouo plures alię in Eccleſiis excalceatorum horum ſanctorum Imagines, abſque contradictione expoſitæ fuerunt. Quinimò poſteà fœlicis recordationis Vrbanus VIII. per breue. *r* Facultatem conceſſit prędictas Imagines ſanctorum ordinis in habitu reformationis diſcalceatorum depingendi.

r Diuinæ Maieſt. die 19. Aug. 1641.

Denique quod ipſi fratres Imagines Sanctorum Auguſtini, Nicolai de Tolentino, & aliorum eiuſdem Ordinis, in habitu reformationis diſcalceatorum ad decorem, & vſum in Eccleſiis, Clauſtris, aut alibi decenter, honeſtè, ac piè depictas, aut impreſſas, conſeruare, ac impoſterum imprimere, & depingere religioſe ſecundùm Eccleſiæ, & aliorum Ordinum reformatorum laudabilem conſuetudinem liberè, & licite valeant, licentiam, & facultatem dicta authoritate impartimur. Et quidem jure merito ſi enim ipſi aduerſarij ſic eas depictas conſeruent imagines, quare id non poterunt ipſi diſcalceati, & eò meliùs quo ſic indutum fuiſſe Diuum patrem *A*uguſtinum, & alios in ſuperioribus diffusè probauimus.

Deindè ad hoc vt Imagines admittantur, ex Theologorum regula ſola ſufficit myſtica ſignificatio, ſic admittitur Imago Saluatoris ſub forma *A*gni, paſtoris ouium, hortulani, & peregrini: Euangeliſtarum ſub figuris animalium: marty

Martyrum cum palmis, & ſimilibus: Neque dicas indecens eſſe, & inſolitum Diuum Auguſtinum cum Pontificiis ornamentis excalceatum depingere, videmus enim in capella Pauli Quinti Baſilicæ S. Mariæ majoris S. Idelphonſum Archiepiſcopum Toletanum in Pontificialibus, ſandaliis calceatum, & à Deipara cœleſtem caſulam recipientem. Sanctum item Dyoniſium cum veſtibus Pontificiis, & ſandaliis, quamplures pariter aliæ reperiuntur tam veteris, quam noui Teſtamenti, in capella Gregoriana apud S. Petrum, in Eccleſiis S. Suſannæ, Monialium ad campum Martium: & S. Iacobi ad curſum, vndè liquidò conſtat decenter, honeſtè, & piè præfatos ſanctos quamvis pontifices ſic poſſe depingi.

Multas hic poſſem adducere factas viſiones, & apparitiones ſancti Patris Auguſtini, in alio prorſus habitu differente, quæ ab aduerſariis nobis communiter objiciuntur ſed quia alias etiam opponere poſſum differentes, & in materia viſionum, & apparitionum facillimè ſenſus decipiantur, inde nullum certum, & conuincens erui poteſt argumentum: præcipuè verò cum ſub diuerſis habitibus ſecundùm rerum exigentiam, diuerſorúmque temporum vſum, & conſuetudinem illum depingendi, vt ſic melius cognoſceretur, multoties ſe videndum exhibuerit Diuus Auguſtinus, modo in habitu Pontificio, nunc Eremitano, & aliquando pontificio ſimul, & Eremitano: Ideò has omnes viſiones prætermitto, ſicut & aliorum ſanctorum cum ex illis nihil certi probari poſſit: ſicut neque ex illis nouem fratribus qui indutis habitu nigro cum manicis largis, & corrigia ex Affrica in Æthyopiam venerunt: ibique Monaſteria inſtituerunt, vt archiuia ſeu tabularia ſacelli S. Stephani Romæ juxta Baſilicam Apoſtolorum fidem faciunt, neque enim omnino certum eſt vt multi aſſerunt, ſ Monachos omnes qui ex Affrica prodierunt fuiſſe Auguſtinianos, multa deindè erant Monaſteria Monachorum Ægyptiorum in extremitatibus Affricæ, t ſub regula S. Antonij militantium, de quorum numero iſti poterant eſſe.

Hæc modò ſufficiant pro juſtiſſima habitus Auguſtiniani diſcalceatorum deffenſione, vt indè veri, & legitimi ſancti Patris Auguſtini filij agnoſcantur: non quod aliorum habitum in aliquo redarguere, aut condemnare velim eundem enim eſſe apud omnes & calceatos, & diſcalceatos, Ordinis habitum eſſentialem non inficior, tunicam ſcilicet ſiue cucullam nigram corrigia præcinctam, hic ſolus verus eſt, & ſubſtantialis habitus Auguſtinianus. u Cætera verò, putà largas, & protenſas manicas, caputium rotundum, & calceamenta, cuiuſcunque ſint generis accidentalia ſunt, quæ eſſentiam habitus minimè tollunt, & conſequenter nec verum, & legitimum Auguſtinianę filiationis titulum. Et à fortiori ſi hæc noſtra accidentalia qualia ſunt caputium acuminatum, tunica cum ſtrictis manicis, & ſandalia primæuæ inſtitutioni Auguſtinianæ conformia vt probauimus, reperiantur.

ſ Suares Tom. 4. de relig. l. 2. c. 9. n. 12.

t Iacob. Suedericus in collection. de relig. ord. art. 6.

u B. Iord. de Saxon. Marques, Thomas de Herrera, & alij ſupracitati c. 2. paragraph. 1.

Fff §. IX.

§. IX.

De Barbis, & raſura capillorum.

NOn ſolùm in moribus, & veſtimentis: verum etiam in raſura capillorum à laïcis ſæcularibus Monachi differre debent. Et ideò Concilium Nicænum, *x* inter alia ſtatuit, vt caput in modum coronæ tonderent, *Monachi alia habeant veſtimenta, & mores quam populus, & caput tondeant in modum coronæ.* Hoc idem decreuit pro clericis Anicetus Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ, *vt Clerici comam non nutriant, ſed deſuper caput in modum ſpheræ radant, quoniam laïcis, & ſimplicibus: virtutis, honeſtatis, pudicitiæ, & grauitatis exemplar eſſe debent.* z Idque non ſine myſterio, raſura enim & tonſura capillorum, rerum omnium temporalium depoſitionem ſignificant, quia Clerici & maximè Religioſi victu, & veſtitu contenti nullam inter ſe proprietatem habentes, omnia communia habere debent: & quibus portio Deus eſt, nihil aliud curare niſi Deum, & nudi nudam crucem ſequi tenentur. & Cur autem in modum ſpheræ ſiue coronæ tonſuram geſtare debeant id præcipuè factum aſſerit Durandus, *a* in ſignum quod Chriſtus, rex noſter ſeipſum in ara crucis oblaturus ſpineam coronam portauit, vnde & nos qui per eandem paſſionem ſaluari deſideramus, Dominicæ paſſionis ſignum, id eſt, formam ſpineæ coronæ, quam ipſe vt ſpinas peccatorum noſtrorum aufferret, in paſſione portauit in capite, in verticibus noſtris portamus: vt ſicut ille pro nobis, ſic & nos pro illo irriſuros; & opprobria paratos eſſe libenter ſufferre monſtremus. Secundùm ſciant Sacerdotes, ſe genus electum in regale Sacerdotium, & Religioſos Deo ſeruientes propter Regnum pauperes, & propter paupertatem Reges eſſe. *b* Etenim ſeruire Deo regnare eſt, vndè jure meritò dicitur. c *Hi namque ſunt Reges, id eſt, ſe & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo Regnum habent & hoc deſignat corona in capite, hanc coronam habent ab inſtitutione Romana Eccleſiæ in ſignum Regni quod in Chriſto expectatur.* Tertiò, figura ſpherica quæ inter omnes Nobiliſſima nullum principium nec finem habet, & vnà tantum clauditur linea, perfecta eſt ipſius ſempiternæ diuinitatis expreſſio, quæ tres perſonas diuinas vnica eſſentia complectitur, vt diſcant Clerici, & religioſi hoc immenſum, & ineffabile ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium, nec principium, nec finem habere Patrem ingenitum, filium genitum, & Spiritum ſanctum procedentem, vnum tamen ſolum Deum, quia tribus in perſonis vnica ſolum eſt diuina eſſentia, quam ſemper meditari debent, *vt in omnibus exhibeant ſemetipſos ſicut Dei Miniſtros in caſtitate in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbis veritatis, & virtute Dei per arma Iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris.* Quartò, vt addit Beda in hiſtoria Anglorum cum Beatus Petrus in Antiochia prædicaret ſummitatem capitis ejus in contumeliam

x c. 76.

z d. 23. c. prohibite ſ artes c. Clerici c. ſiquis.

& 12. q. 1. cap. dilectiſſimus, cap. Clericus c. ſcimus, c. duo c. nolo c. non dicatis.

a Durand. in ratio. diuin. offic. l. 2 de miniſt. & ordin. eccleſ.

b Nazianz. 12.

c 12. q. 1. c. duo.

nomi

nominis Chriſtiani, & Dominicæ paſſionis abraſerunt, quod quidem hodie toti clero in honorem traditur: Quinto nonnulli dixerunt tonſuræ Eccleſiaſticæ vſum à Nazareis originem habuiſſe, hi enim priùs crine ſeruato denuò poſt magnæ vitæ continentiam caput radebant, & capillos in ignem ſacrificij mittebant, vt perfectionem deuotionis ſuo Domino conſecrarent: Quorum exemplo ab Apoſtolis introductum eſt, vt & Nazarei, ac ſancti Dei crine pretonſo innouentur: quamvis olim Chriſtiani à Iudæis quaſi in opprobrium Nazarei vocarentur, pro eo quòd Saluator noſter, à vico quodam Galileæ Nazarenus appellatus eſt. *Vnde corona in càpite cleric.*

De hac tonſura, & capillorum abraſione non eſt quæſtio inter nos cum hæc omnia piè, ac religioſè abſoluentur ſola de barbis ſupereſt difficultas quam non nutriendam, ſed radendam eſſe prætendunt aliqui ex Concilio quarto Carthaginenſi cap.44. Gui interfuit, & ſubſcripſit Diuus Pater Auguſtinus ſic enim habetur *Clericus nec comam nutriat, nec barbam*, quem Canonem editum fuiſſe à ſancto Synodo, putat Baronius propter quoſdam Monachos intonſos, negantes operandum eſſe manibus, contra quos agit Diuus Pater Auguſtinus in libro de opera Monachorum, eóſque crinitos appellat, quod intonſi procederent. Verùm id ſtare non poteſt: primò quia canon ille non de Monachis, ſed ſolis loquitur Clericis, & quamvis ex Monaſteriis Monachorum plurimi in clerum cooptarentur, non tamen omnes, & ideò Clericorum nomine Monachi abſolutè non comprehenduntur, licèt reſpectiuè id concedi poſſit de monachis in clerum aſcitis: lex autem iſta cum ſit vniuerſalis, & ſolum clericos ad comæ, ac barbæ raſuram obliget: nuſqnam monachos comprehendiſſe putandum eſt, niſi forſan ſacris initiatos, tunc enim, & Monachorum, & clericorum inſtitutis obſtricti erant, cum autem de Monachis, ſuis in conſtitutionibus ſacra Concilia loqui prætendunt, nomen ipſum Monachorum experimur, Secundò, Diuus Pater Auguſtinus in libro de opere Monachorum, quoſdam quidem monachos crinitos, & intonſos reprehendit: ſed non niſi de coma agit, nulla prorſus de barba facta mentione, ſolumque jubet, *vt tondeant & cilicio caput velent*. *d* Etreuera tunc temporis Monachi tantum comarum fluentium iubis, & ad cutem tonſis incedebant, vt doctè animaduertit Saluianus. *e* Loquens de Monachis Affricanis, qui à pleriſque præcipuè verò Carthaginenſibus, opprobriis & contumeliis afficiebantur *intra Affrica Ciuitates, & maximè intra Carthaginis muros, palliatum, & pallidum; & reſciſis Comarum fluentium iubis ad cutem tonſum videre tam infelix ille populus, quam infidelis ſine conuitio abſque execratione vix poterat*. *d* cap. 31. *e* l. 8. de prouid.

Tertiò ad conſtitutionem illam concilij Carthaginenſis, qua prohibetur *ne Clerici comam nutriant neque barbam*, dicendum eſt non ita in præfato concilio decretum fuiſſe, liquidò enim hoc negare poſſumus, propterea quod aliquot abhinc annis caſtigati Codicis defectu, lectio illa corrupta circumfertur, vna quippe abraſa locutione verbo ſcilicet. *Radant*, nã grauiſſimi, atque integerrimi emunctæque naris viri apud Gratianum ita legendum cenſent *Clerici neque comam nutiant, neque barbam radant*. Nemo ſiquidem inficiatur

verba hæc de Carthaginenſi Concilio deſcripta. Benè autem eſt, quòd ipſa conciliorum monumenta, nuper in Lucem prodiere, in quibus Carthaginenſe ita dubio procul habet, provt è Bibliotheca Palatina manuſcripti, Codices, quippè antiquiſſimi habent, ita enim ibi notatum inſpeximus, *Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat*: ſic etiam in Codice Coloniæ Agripinæ, impreſſo apud Gerueninum calcenium, & hæredes Ioannis Quemtelini anno 1567. habetur, *alias, barbam tondeat*, & in libro cœnobij Gemblacenſis legitur, *alias*, *barbam radat* quod idem ſonat, vt ſit ſenſus, Clericus nec comam nutriat, nec barbam tondeat, aut radat.

Quod ſi obiicias reſcriptum Alexandri III. Ad Cantuarenſem Archiepiſcopum Clerici qui coronam, & barbam nutriunt, etiam, inuiti à ſuis Archidiaconis tondeantur. Reſponſio impromptu eſt ſicut in ſuperiori decreto vnam impuriſſimus quis tonſor dictionem abraſit: ita veriſſimile eſt in hoc Alexandri reſcripto temerarium quempiam imberbem vnam intruſiſſe, nam ijdem docti, & approbati viri legendum autumnant. *Clerici qui comam nutriunt, etiam inuiti à ſuis Archidiaconis tondeantur* quam quidem caſtam eſſe

f de vita & honeſt.cler. c.clericus. lectionem, indè manifeſtum eſt, quod in annotationibus in hunc locum *f* In margine expreſsè dicitur verba, *& barbam* deſunt in omnibus manuſcriptis, quod amplius confirmatur, ex eo quod interpres partem hanc, inquit, eſſe aiunt de Concilij Agathenſis ſanctionibus deſumptam, in illis autem, nimirum c. 20. ita ſcriptum eſt *Clerici qui comam nutriunt ab Archidiacono,*

g diſt.23. c. clerici. *etiamſi noluerint inuicti detondeantur.* *g* Nulla de barba facta mentione, & in 4. Concilio Tolentino can. 40. præcipitur vt *omnes clerici, vel lectores, ſicut leuitæ, & Sacerdotes detonſo ſuperius capite toto, inferius ſolam circuli coronam relinquant* de barba autem neque per ſomnium quidem. Imò Clemens in conſtitutionibus Apoſtolicis c. 4. hanc maximè commendat tanquam præ-

Deutero.21. Leuit. 9.28 cipuum hominis ornamentum dicens, *neque verò licet barbæ pilos corrumpere, neque hominis figuram præter naturam mutare, non incidetis inquit lex ſuperficiem barbæ veſtræ, hoc enim mulieribus decens Creator Deus ſtatuit, viris indecorum eſſe indicauit.* Et Clemens Alexandrinus *Deus voluit quidem fœminam eſſe glabrum, ac leuem ſola coma ſicuti equum iuba ſpontè naturæ exultantem virum cum ſicut leones barba ornaſſet virilem etiam fecit, hirſuto corpore quod quidem roboris eſt inditium.* *h*

h pedag.l.3. c.3. Vnde Diuus Pater Auguſtinus in illud pſal. 132. de vnguento in barbam promiſſam ſummi ſacerdotis deſcendente ſignificatum voluit virilitatem, & ingentes animos Apoſtolorum, & virorum Apoſtolicorum cum ſit, ait *barba ſignificat fortes barba ſignificat Iuuenes, ſtrenuos, impigros, alacres ideo quando tales deſcribimus barbatus Homo eſt, dicimus, ergo primum illud vnguentum deſcendit in Apoſtolos, deſcendit in illos qui primos impetus ſæculi ſuſtinuerunt, deſcendit ergo in illos Spiritus Sanctus, nam, & illi qui primum in vnum habitare cæperunt perſecutionem paſſi ſunt non victi, etenim, & caput iam paſſum præceſſerat, vnde deſcendit vnguentum, præcedente tali exemplo quis vinceret barbam? Ex illa barba erat Spiritus Sanctus, &c.* Ex quibus conſtat non in fabulis tantum haberi Typum fortitudinis eſſe barbam promiſſam quod de

Hercule

Herculeabantiquis traditum totam eius fortitudinem in barba ſtatuentibus, refert idem Diuus Pater Auguſtinus ſerm. 6. Ex quatuor nouis. pagina 79. nullus ergo dubitare poteſt quin Clerici initio barbam aluerint, & promiſſam geſtarint, vt conſtat ex Clemente Alexandrino ſupra citato, & ex Cypriano *i* Et Epiphanio. *k* Quos allegat Sattaro. *l* Inferens hanc eſſe traditionem Apoſtolicam. Priſci etiam Monachi quos Sanctus Chriſoſtomus ſolet Chriſti Philoſophos nominare, inſigne iſtud Philoſophiæ adamarunt, itavt eſſent plerique omnes barba valde prolixa.

i lib. 3. teſti. ad quirin. 1. 85.
k hæreſ. 80.
l ad Sidon. l. 4. epiſt. 24

Quare miror iſtos tonſorum ni fallor procuratores, qui hactenus pro calceamentis cerdonum omnium, ac ſuctorum eloquentiſſimi extiterunt Oratores, velle nos de intonſa barba arguere, cum quam plures etiam ex calceatis prolixam deferant, ipſumque Diuum Patrem Auguſtinum ſuis imaginibus, & picturis imò, & nuper in illo Myſticæ Auguſtinenſis Eremi Sacro gloriæ decoriſque, theatro Romæ impreſſo 1614. cum barba longa nobis repreſentent. Sed quid in his tricis, & nugis immoramur? Ad alia maioris momenti tranſeamus? Vt enim ait deuotiſſimus Chriſti ſeruus Thomas à Kempis. *m ſiuis religioſam ducere vitam habitus, & tonſura modicum confert. Sed mutatio morum, & integra mortificatio paſſionum, verum faciunt religioſum*, vnde ſupereſt videndum diſcalceatos, vt veros Diui Auguſtini filios in regula, & forma viuendi, primorum Patrum Auguſtinenſium inſtitutioni conformes eſſe.

m de imit. Chriſti lib. 1. ca. 17.

CAPVT III.

Probatur diſcalceatos veros eſſe Sancti Auguſtini filios, ex Regula, & forma vinendi quam proffitentur.

QVamuis vt ait Diuus Gregorius, *n detrahentes nihil aliud faciant, niſi quod in puluerem ſufflant, & in occulos ſuos terram excitant, vt vnde puluis detractionis perflauerit, minus inde veritatis videant*, magiſque in aliorum contemptionem, & nominis infamiam opprobria, & contumelias conferant: Tamen *ſicut noſtro ſtudio eorum linguas non debemus excitare, ne ipſi pereant: ita per ſui malitiam exercitos debemus æquanimiter tolerare, vt nobis meritum creſcat, aliquando autem compeſcere, ne dum de nobis mala diſſeminant, eorum qui audire nos ad bona poterant, corda innocentium corrumpant*. Coërcendi ergo ſunt illi qui ſpurios, ac nothos S. Auguſtini filios, partuſque abortiuos eſſe Diſcalceatos probare præſumunt, Iniurioſius enim aliquis tractari ſuperbiuſque appellari non poteſt: Iam contrarium ſuprà oſtendimus ex ipſa ſummorum Pontificum declaratione ac toto habitu quem diſcalceati defferunt, modo ſupereſt, vt veram illorum Auguſtinianam filiationem, ex regula, & modo viuendi demonſtremus duplicem autem in iure canonico *o* Lego filiationem, vnam per carnis propagationem: & alteram

n in Ezech. hom. 9.

o 22. q. 2. c. quæritur, item apponitur.

per morum imitationem, vtramque in diſcalceatis inuenio, primam quidem per veram deſcendentiam, & propaginem Auguſtinianæ religionis ab ipſis Auguſtinianis calceatis, vt præcedenti libro vidimus, ſecundam verò per morum Imitationem ex ſtrictæ regulæ obſeruantia, & norma viuendi antiquorum Eremitarum ab ipſo Diuo Patre Auguſtino præſcripta, nunc oſtendaut, hæc autem filiatio, longe nubilior eſt prima nam ex Gratiano in locum citatum decretorum, *Imitatio operis præfertur origini carnis*, ſic Iudei cum eſſent filij Abrahæ carne quia non fuerant filij eius imitatione non deputantur inter filios Abrahæ, ſed dicuntur filij diaboli, cujus filij ſunt, non naſcendo ſed imitando :- Vnde à Domino audire meruerunt, ſi filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite, nunc autem quæritis me interficere hominem qui veritatem locutus ſum vt vobis,hoc Abraham non fecit vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria Patris veſtri facere vultis, è contra gentiles cum ſecundum Originem Carnis ab Abraham eſſent alieni, tamen imitatione fidei, & iuſtitiæ ſucceſſerunt in filios Abrahæ, vnde ab Apoſtolo dicitur eiſdem, ſi autem Chriſti ergo Abrahæ ſemen eſtis, quare cum diſcalceati hanc etiam filiationem per morum imitationem habeant nullus ſane mentis, eos ſpurios, & nothos S. Auguſtini filios nuncupare præſumet.

§. I.

De Regula, & coonſtitationibus diſcalceatorum.

CONſtat ab orbe condito ſemper aliquam legem,& reſpectu Angelorum, & reſpectu primi parentis fuiſſe: imò verò ante mundum conditum & ab æterno ſaltem objectiuè in mente diuina,poſteà verò vtiliſſimum prorſus, & conuenientiſſimum fuit, quin etiam & ſummoperè neceſſarium, vt præter æternam Dei legem, & naturalem mentibus noſtris impreſſam, diuinam veterem olim, & Euangelicam à Chriſto Domino pronuntiatam, & promulgatam pro bono hominum regimine, aliquæ humanæ leges ciuiles, & Eccleſiaſticæ, ſæculares, & regulares inſtituerentur: quibus homines ad optatum fœlicitatis, ſiue beatitudinis ſuæ finem perducerentur:lex enim nihil aliud eſt quam certa aliqua regula publica authoritate firmata, quā præſcribitur modus neceſſarius ad ſalutem plurimorum, ſiue ad bonum opus communitatis, definitúrque à Diuo Thoma 1. 2. quæſt. 90. articul. 4 quædam rationis ordinatio ad bonum commune, ab eo qui curam communitatis habet promulgata: quare non mirum ſi ſuam quælibet religio habeat regulam, ſuáſque in particulari leges, & conſtitutiones in quibus tanquam in ſpeculo poſſint religioſi ſeipſos inſpicere, ſicque vitam ſuam, & mores componere,vt eorum nihil omnino prætergrediatur, quæ à ſanctis ordinum fundatoribus diuino afflante ſpiritu præſcripta fuere.

Certum autem ſuppono Diuum Patrem Auguſtinum non ſolùm Mona-

chum

chum, & Religioſum fuiſſe, ſed etiam fratribus ſuis Eremitis Canonicis, & Monialibus tertiam regulam & formam viuendi præſcripſiſſe, in qua cum ſumma totius Euangelicę perfectionis, & Chriſtiana religioſitate, exactiſſima Vrbanæ ciuilitatis Imago reſplendet: tantæque eſt authoritatis in vniuerſali Eccleſia, & adeò clara, ac præmeditata: vt nuſquam vllum dubium circa illam ortum ſit vndè neceſſe fuerit ſedem Apoſtolicam interueniſſe, in tollendo, diminuendo, aut aliquid addendo. Quod in aliis non minus ſanctis, & approbatis euenit, quare nec etiam mirum ſi hæc vitæ norma ita omnibus placuerit, vt non ſolum ipſo B. Patre Auguſtino inter viuos agente, verum etiam poſt illius obitum ita propagata ſit vt vniuerſum fore orbem impleuerit. *B. Iordan. l.2. c.14. & S. Anton. 4. parte titul. 14.*

Hanc omnes profitentur, qui abdicatis curis ſæcularibus, & deſertis huius mundi illecebris ſub tanto duce, & legiſlatore ſoli Deo vacare ſtatuerunt, mitis eſt & ſuauis: auſtera tamen quia Iugum eſt ſuaue, & onus leue, mitis, & auſtera, quia omnibus ſe accommodat, Eremitis, & Canonicis, viris, & mulieribus, delicatis, & robuſtioribus, infirmis, & fortibus, calceatis, & diſcalceatis. Quare miror aliquos velle illam à Deo mitem, & ſuauem, vt auſteris diſcalceatis nullo modo conuenire poſſit: Mitem quidem eſſe, & facilem fateor, nihil enim ea ſuauius quæ ad amorem Dei, & proximi omnes adhortatur, vitam communem abſque vlla proprietate præcipit, pauperes, & diuites vnanimiter, & concorditer ſimul viuere iubet. Horis, & temporibus conſtitutis, vult fratres orationibus inſtare, & carnem ieiuniis, & abſtinentia domare, quantum valetudo permittit: ſanis, & infirmis neceſſaria eſcæ, & potus concedit: Habitum non notabilem iniungit, oculorum mortificationem, & pudicitiam vbique cuſtodiendam edicit: De correctione fraterna, communitate rerum, & cuſtodia, munditia veſtium, & lauacro infirmorum, veniæ petitione, & offenſæ remiſſione quid ſit agendum, cum omni charitate præſcribit. Et tandem quomodo ſit Superioribus obediendum, & quod hæc regula ſemel in ſeptimana legatur, ne quid per obliuionem negligatur, hæc omnia facilia ſunt, faciliterque ab omnibus, tam Eremitis, quam Canonicis, & monialibus obſeruari poſſunt: Non tamen ita facilia ſunt, quin etiam in ea multæ auſteritates implicitè non contineantur, hæc ſancta quippe, & Apoſtolica regula nullum in orationibus tempus præſcribit, nec ieiunia, & abſtinentias determinat, niſi in quantum valetudo permittit, nec qualia debeant eſſe indumenta, & calceamenta ſatis explicat: Sicut nec quando in via incedendum ſit, & propterea præter hanc regulam communem, aliàs conſtitutiones, & ſtatuta condere neceſſarium fuit, quæ iuxta vniuſcujuſque poſſibilitatem ieiunia, & abſtinentias præſcriberent: certum in orationibus tempus, qualitatémque veſtium in colore, forma, & materia, ac calceamentorum ſpeciem calceos nempè completos, vel ſandalia ſecundum vniuſcujuſque exigentiam, & valetudinem determinarent: Cæteráſque auſteritates præciperent, quæ in regula expreſsè & explicitè non continebantur. *Regula ſancti Auguſt. mitis & auſtera.*

Quare certiſſimum eſt cuiuſque religionis regulam ſtrictiorem dijudicari

 non

non ex primæua regula tantum, ſed ex aliis multis reſpectibus quas proſequitur D. Thomas 2.2. q. penultima, & præcipuè ex conſtitutionibus poſt regulam factis, eatumque obſeruantia circa auſteriorem vitam de præſenti tempore. *p* Sunt enim ipſæ conſtitutiones quæ regulam ipſam magis vel minus auſteram reddunt. Quod clarè patet in Regula S. Patris Auguſtini quam quidem omnes ſequuntur Auguſtiniani, calceati & diſcalceati, quia tamen diuerſas habent conſtitutiones quæ illam magis, vel minus auſteram faciunt, ideò iſtos aliis auſteriores eſſe quis non dijudicet?

p ſanè 10. de regul. vbi Panorm. & alij. Cardin. Zabar. conſ.28.n.4. obſequ. lappus alleg 61 n. 5. & alleg. 61. n. 5. & alleg. 130. ſub n. 2. Rodriquez. de quæſt. regu. tom. 3. q. 52 art. 4.

Sed objiciet aliquis aliud eſt auſterum eſſe, aliud reformatum: diſcalceati auſteriores quidem ſunt aliis non tamen reformati appellandi ſunt, illi enim præcisè cenſendi ſunt reformati qui primam regulæ, conſtitutionum, habitúſque formam, vel lapſu temporis, vel morum corruptione detritam, reparatam poſtmodum, ac reformatam obſeruant: quod non faciunt diſcalceati, & ideò nullo modo reformati nuncupari poſſunt: Reſpondeo diſcalceatos verè auſteros eſſe, & reformatos: jam enim pro auſteris ab omnibus habentur: reformatos verò jam ſuprà oſtendi, *p* ex ipſamet ſummorum Pontificum declaratione, qui eos Ordinis Sancti Auguſtini reformatos appellant, & clariùs conſtat ex iis quæ diximus libro primo, cum de illis ex profeſſo egimus, vidimúſque eos eſſe qui primam regulæ, conſtitutionum, & habitus formam temporum lapſu ſeſe remitente Religioſorum deuotione, relaxatam, & aliquatenus deformatam, ad priſtinum ſtatum reduxerunt: vnde illorum conſtitutiones fœlicis memoriæ Vrbanus Papa VIII. ſic reformatas authoritate Apoſtolica confirmauit. *Diuinæ Majeſtatis prouidentia ad ſummi Apoſtolatus faſtigium euecti ſuper vniuerſos orbis regulares Ordines, & in eis voto religionis adſtrictos, noſtræ dirigentes conſiderationis intuitum, ad ea per quæ regularis vitæ inſtitutio olim à ſanctis viris piè, & religiosè inuenta, & conſtituta temporum lapſu ſeſe remittente Religioſorum deuotione relaxata, & aliquatenus deformata reſtrictionem, & reformationem ſuſcipiat, & in priſtinum refloreſcat ſtatum propenſis ſtudiis intendimus, &c.*

p cap. 1. paragrapho

Inſtabis diſcalceatos, totius ordinis conſtitutiones non obſeruare, ſicque dici non poſſe Ordinis ſancti Auguſtini reformatos: verum quidem eſt, tales non profiteri conſtitutiones, peculiares enim habent, eáſque rigidiores, ac auſteriores, & à ſede Apoſtolica approbatas, quod vt intelligatur ſciendum eſt ex Iordano de Saxonia lib. 2. de commun. ſpirituali, poſt factam, & datam Regulam à Diuo Patre Auguſtino conſtitutiones ab olim per antiquos Patres editas fuiſſe, quæ poſteà tempore fratris Clementis Generalis fuerunt emendatæ, & melius ordinatæ per capitula, & rubricas, cum aliqua tamen additione, & nonnulla detractione prout ſacræ religioni, & bono ſtatui ordinis congruere videbatur. Quæ poſteà per tria capitula generalia examinatę fuerunt, nam in capitulo Vrbeuentano anno Domini 1284. Primitus fuerunt in lucem productæ, & publicatæ: poſteà in capitulo florentino fuerunt per ordinem acceptatæ, & approbatæ: ſed demùm in ſequenti capitulo Ratiſponenſi vbi interfuit venerabilis Doctor frater Ægidius de Roma aliquibus additionibus, & variationibus factis ratificatæ, & confirmatæ: poſteà Domino Clementi

Clementi Papæ exhibitæ, & præſentatæ fuerunt: quas ſummus Pontifex collaudàuit, non tamen confirmauit: quod pro bono ordinis eſt omiſſum, non enim ordini expediret conſtitutiones noſtras per ſedem Apoſtolicam confirmari, quia nonnunquam ex cauſa expedit pro varietate temporis aliquid immutare, quod fieri non poſſet, ſi eſſent per ſedem Apoſtolicam confirmatæ, ſtatuta enim per ipſam ſedem ex certa ſcientia confirmata nequaquam infringi poſſunt, niſi de mandato, & voluntate ſummi Pontificis ſpeciali. *q* Iterum confirmatæ fuerunt præfatæ conſtitutiones, in capitulo Generali Ariminenſi, Pontificis Ioannis ſecundi anno ſecundo, auctę poſtea, & moderatæ in capitulo generali Papienſi ſub Pontifice Clemente ſexto in quo Thomas ab argentina in generalem totius ordinis confirmatus eſt, porrò earum reformatio in capitulo generali Romano ſub Seripando Generali indicitur, ac tandem anno 1575. opera ac ſtudio Thadei Peruſini Generalis additæ ſunt magis correctæ, & emendatæ. Quæ poſteà diligenter ab Eminentiſſimo Cardinali Sabello totius ordinis Protectore, Sanctiſſimo Domino noſtro Gregorio decimotertio oblatæ, benignè eas Apoſtolica authoritate benedixit.

q de confirmat. c. venerabiles, & de conſtit. cum M. Ferrar. & cap. cum acceſſiſſent.

Et hæ ſunt ſacræ totius Ordinis conſtitutiones, quæ diuerſis temporibus, à tot & tantis viris, doctrina innocentia, & dignitate præſtantiſſimis recognitæ & emendatæ ab vniuerſis Auguſtinianis obſeruantur, ſi diſcalceatos excipiam qui ſuas habent peculiares à ſede Apoſtolica approbatas, & confirmatas; nec tamen aliquid contra alias præfatas conſtitutiones agunt, dicitur enim in illis. *r* *Verum cum ſciamus quàm difficile ſit tot Nationum homines, quot ſunt in ordine noſtro, eaſdem vitæ, & morum leges omnino conuenire poſſe, ſciamus quoque multos eſſe, & pro tempore fore maiore Spiritus ſancti gratia afflatos, qui rigidiora ſeruare volunt, & poſſunt, & eſſe in ſeruanda religione ſeueriores. Volumus vt qualibet Prouincia, ſeu Congregatio noſtri ſacri Ordinis diffinire ſibi peculiaria aliqua ſtatuta poſſit, quæ tamen nullius ſint valoris, ſi per priorem Generalē fuerint infirmata: quæ in ſingulis capitulis Prouincialibus reuideantur, & de nouo approbentur, vel reprobentur &c.* Et Reuerendus Pater Thadeus totius ordinis Prior Generalis in Epiſtola prædictarum conſtitutionum ad vniuerſos quarumcunque Prouinciarum, & Congregationum Patres, & fratres: *Si qua verò Prouincia præter eas quæ in conſtitutionibus reformatis explicabuntur, alias velit ſanctiones habere, quæ magis ad regularis vitæ obſeruantiam, & carnis mortificationem facere videantur; modò prædictis conſtitutionibus non aduerſentur, & à R.P. Generali approbatæ ſint, non prohibemus imò admittimus, & magis ac magis admittimus.*

r parte 6. c. 14.

Permittunt ergo totius ordinis ſacræ conſtitutiones, alias ſanctiones & ſtatuta condere rigidiora, ac ſeueriora cum tamen Reuerendiſſimi Patris Generalis approbatione, & hoc fecerunt diſcalceati, quæ poſteà in vnum corpus reducta à ſancta ſede Apoſtolica, non ſolùm benedicta, ſed etiam approbata, & confirmata fuère: ſic præter generales, ſuas habent particulares conſtitutiones R. Patres Capucini, Recollecti, Excalceati Carmelitæ, aliìque omnes, qui auſteriorem vitam profitentur, & tamen veri ſunt filij S. Franciſci, Carmelitæ, ſicut & diſcalceati veri S. Auguſtini filij.

Quod verò hæ diſcalceatorum conſtitutiones aliis ſint rigidiores, ſatis conſtat, nec alia fortiori indiget probatione, quam ipſa experientia, experiatur ergo, Regularem diſcalceatorum vitam, ſi quis amplius de ipſorum auſteritate dubitet. Quæ præterea ſatis ex hoc euidens eſt quod ad alias ordinis Congregationes quantumvis reformatas, abſque ſpeciali ſummorum Pontificum diſpenſatione tranſire non poſſunt: calceati verò ad diſcalceatos, liberè & licitè ſine vlla licentia, aut diſpenſatione ingredi poſſunt: ſicque fuit definitum in capitulo generali totius ordinis, habito Romæ anno 1625. contra communitates Franciæ quæ ſe magis Reformatas, & auſteras jactabant: ſicque etiam ab initio ſemper fuit obſeruatum: congregatio enim diſcalceatorum ab ipſis Patribus Conuentualibus, & calceatis inſtituta multos ſemper habuit, habetque qui à communitatibus, aliiſque Congregationibus reformatis ad diſcalceatos tranſierunt.

s Gregorius 15. die 31. Augusti 1622. paragrapho 8.

t Clemens VIII. die 25 Septembr. 1604.

u Vrbanus VIII. die 21 Iulij 1628. paragrapho 6.

Diſcalceati verò ad alios quoſcumque, etiam reformatos tranſire non poſſunt (Carthuſianis exceptis) vt conſtat ex Bullis Pontificiis, & primò pro diſcalceatis Hiſpaniæ, *s Neque etiam cuique fratrum Recollecto diſcalceato profeſſo ad fratres calceatos eiuſdem Ordinis, ſiue ad quemcumque alium Ordinem laxiorem, ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ licentia, tranſire licitum eſſe, &c. Decernimus, & ordinamus, &c.* Secundò, in fauorem diſcalceatorum Italiæ, *t Præterea ſub eiſdem cenſuris, & pœnis præcipimus quod nullus prædictæ Congregationis profeſſus in aliqua alia Prouincia, aut congregatione Ordinis Sancti Auguſtini, aut cuiuſvis alterius Religionis, præterquam Carthuſianorum, abſque noſtra, & ſedis Apoſtolicæ, aut ſuperintendentis licentia recipiatur, & ſi receptus fuerit ſtatim prædictæ Congregationi reſtituatur, &c.* Tandem in gratiam diſcalceatorum Galliæ. *u Quod nullus prædictæ Congregationis frater profeſſus in aliquam Prouinciam, vel Congregationem tam prædicti quam cuiuſvis alterius Ordinis, & inſtituti (Carthuſianis exceptis) abſque ſedis Apoſtolicæ licentia tranſire poſſit, & qui aliter tranſierit ad Congregationem redire per cenſuras Eccleſiaſticas, & alio meliori modo à Vicario Generali compelli poſſit.*

Superuacaneum ſanè, & prorſus inutile judicarem aliquid aliud addere, niſi adhuc aliquos audirem oblatrantes, & in auſteras diſcalceatorum conſtitutiones inuehentes, qui volunt Diuum Auguſtinum non auſteram, & rigidam: ſed mitem, & facilem viam tenuiſſe, ſuiſque tenendam tradidiſſe, eoſque errare qui dicunt ſanctum Doctorem ſuoſque primæuos Eremitas, Regulam & diſciplinam rigoroſam fuiſſe ſecutos. Fateor quidem regulam ſancti Patris Auguſtini dulcedine, & manſuetudine admirabilem eſſe: ideóque omni hominum generi, Monachis, Clericis, & Monialibus communem, quam ipſe, & Monachus, & Clericus obſeruauit, aliiſque obſeruandam tradidit, hancautem auſteriores Eremitæ ſeueriorem peculiaribus conſtitutionibus fecerunt, quæ poſteà à ſancto Donato in Hiſpanias commigrante moderatiores propoſitæ fuerunt, ſanctus enim ille regulam Eremitarum Sancti Auguſtini locupletiorem, mitioremque in Hiſpaniam inuexit, quia propter nimiam ejus auſteritatem, in qua obſeruabatur, hanc multi amplecti renuebant: propterea certis illam legibus, & conſtitutio

ſtitutionibus temperauit *x* quid mirum ergo ſi diſcalceati rigidis, ac auſteris conſtitutionibus Auguſtinianam Regulam rigidam, & auſteram fecerint? Quid aſperitas puritati Regulæ officit? Cur ſimul ſtare non poſſunt? Audiant quæſo ſummum Pontificem Vrbanum Octauum in bulla authentica ſuperiùs citata quæ in Bullario ordinis Empolitano deſcribitur ζ puritatem Regulæ Auguſtinianæ, cum aſperitate vitæ conjungentem, *Et vt vita aſperitas, & obſeruantia puritatis Regulæ ſancti Auguſtini, & peculiarium congregationis prædicta conſtitutionum, abſque vllo impedimento ſeruetur; volumus quod deſuper nullatenus à Superioribus dicti Ordinis diſpenſari poſſit, ſed ſemper firma, & fixa remaneat ſtricta Regularis obſeruantia.* Auſtera ergo debet eſſe Eremitarum Regula, hoc enim ſolùm nomen (Eremitarum) auſteritatem, & aſperitatem ſonat, in habitu, victu, inceſſu, aliiſque omnibus quæ ad vitam Monaſticam pertinent. Quare concludendum eſt Eremitas diſcalceatos tanquam veros Sancti Auguſtini filios auſteram Regulam, rigidáſque conſtitutiones profiteri, provt olim à Sanctis Patribus Eremitis obſeruatum eſt, vnde non ſolùm auſteri, ſed etiam reformati Ordinis Sancti Auguſtini jure merito cenſendi ſunt.

x Marques d'Origine, ca. 12. paragrapho 1. ex Mariana l. 5. de rebus Hiſpaniæ c. 11.

ζ fol. 383. paragrapho 10.

§. I I.

De vili, & abiecto Diſcalceatorum habitu.

IN vniuerſum oſtendi ex regula, & conſtitutionibus diſcalceatos veros eſſe Sancti Auguſtini filios, cum regulam & conſtitutiones auſteras obſeruent, provt antiquitus obſeruabant Eremitæ Auguſtiniani: nunc verò in particulari de auſteritate habitus diſſerendum eſt: de forma jam priùs diximus, & ſupereſt nobis materia examinanda. Diuus Thomas *a* diſputat in communi an liceat Religioſis veſtimenta cæteris viliora deferre, & tandem iis adductis quæ parti negatiuæ fauere videtur, ſic affirmatiuè concludit. *Reſpondeo quod ſicut Auguſtinus dicit 3. de doctrina Chriſtiana in omnibus exterioribus rebus, non vſus rerum ſed libido vtentis in culpa eſt, ad quam diſcernendam attendendum eſt quod habitus vilis, & incultus dupliciter poteſt conſiderari, vno modo provt eſt ſignum quoddam diſpoſitionis, vel ſtatus humani, quia vt dicitur Eccleſiaſtici 19. Amictus hominis annuntiat de eo, & ſecundum hoc vilitas habitus eſt quandoquè ſignum triſtitiæ, vnde & homines in triſtitia exiſtentes ſolent vilioribus veſtibus vti: ſicut è conuerſo in tempore ſolemnitatis, & gaudij vtuntur cultioribus veſtimentis: vnde & penitentes vilibus veſtibus induuntur, vt patet Ionæ 3. de Rege qui indutus eſt ſacco & 3. Reg. 21. de Achab qui operuit cilitio carnem ſuam. Quandoque verò ſignum eſt contemptus diuitiarum, & mundani faſtus, vnde Hyeronimus dicit ad ruſticum Monachum, ſordes veſtium candidæ mentis inditia ſunt, vilis autem tunica contemptum ſæculi probat: ita dumtaxat ne animus timeat, nec habitus, ſermóque diſſentiat:*

& c. 2. paragrapho 1. 2. 3. &c.

a 2. 2. q. 187 ad 6.

& ſecundùm vtrumque horum competit Religioſis vilitas veſtium, quia Religio eſt ſtatus pœnitentiæ & contemptus murdanæ gloriæ. Si quis autem propter inanem gloriam vilibus, & auſteris vteretur veſtimentis, cum in ipſis ſordibus poſſit eſſe jactãtia, vt ait D.Pater Auguſtinus, quæ etiam bonis operibus inſidiatur, vt pereant. Hoc ſanè vitioſum eſſet, & maximè à Religioſa illius profeſſione alienum, qui vilem habitum quaſi ſignum ſuæ profeſſionis defert, quæ in pœnitentia rerúmque terreſtrium contemptu conſiſtit.

Quare non mirum ſi olim etiam Prophetæ, vt dicitur Hæbræorum 11. *Circumierunt in melotis, & in pellibus caprinis.* D.Joannes Marci 1. *veſtitus erat pilis Cameli, & zona pellicea circa lumbos eius,* & in decretis dicitur, *b* ſi inuenti fuerunt deridentes eos, qui vilibus, & religioſis veſtibus amicti ſunt, corrigantur: priſtinis enim temporibus omnis ſacratus vir mediocri, ac vili veſte conuerſabatur. Per veſtem autem vilem, & abjectã: nolo veſtem aliquam cilicinam, & ita auſteram intelligere, quæ inexpedirum, & inhabilem reddere poſſit Monachum ad opera, vt benè notauit B.Iordanus. *c* Sed vilem & abjectam volo, quæ ſit ex lana groſſiori, & panno viliori, paupertati, & Religioſæ mendicitati conueniente, hanc rigidam ſatis, & auſteram appello qualem deferunt diſcalceati omnes S.Auguſtini, & antiquorum Eremitarum exempla ſectantes: ſic in conſtitutionibus diſcalceatorum Italiæ. *d Cuculla autem ſeu cappa nigri tantum erit coloris, & groſſioris panni, ſine plicaturis, & colari &c.* Et in conſtitutionibus Gallicanis, *e In primis quoad materiam pertinet, habitus exterior pallium, & caputium erunt compoſita ex panno nigro, & groſſiori qui in Prouincia, & locis in quibus degimus inueniri poterit: cuius etiã lana ſi fieri poſſit eleemoſinariè collecta ſit.* Quin imò in antiquis totius Ordinis Auguſtiniani conſtitutionibus, *f* expreſsè dicitur, *fratres exceptis ſarabolis juxta carnem veſtimentis lineis non vtantur, ſed laneis tantum, quæ tanto magis honeſtati noſtræ congruunt, quanto magis fuerint viliores,* quod benè notandum eſt.

In modernis verò conſtitutionibus. *g* Præcipitur, *Ne veſtimenta fratrum ſint ex panno pretioſo, aut ſargia, vel ſtaminea nobili, ſed potius vili ſicut paupertati, & honeſtati noſtræ religionis congruit, qui enim mollibus veſtiuntur, non in Monaſteriis pauperum, ſed in domibus Regum ſunt. Pretioſum verò pannum, & Nobilem illum reputamus, qui nimis eſt charus, ſecundùm conſuetudinem patriæ, & noſtræ quotidianæ mendicitati non reſpondet.* Quis ergo non videt, etiam apud calceatos, & conuentuales veſtimenta debere eſſe ex panno vili: imò viliori juxta paupertatem, & quotidianam Religionis Eremitanæ mendicitatem.

Sic olim antiqui Eremitæ, ſic etiam Diuus Pater Auguſtinus, vt in ejus legitur officio lectione quinta diei ſecundæ infra octauam ex Sigilberto in Epiſtola ad Macedonium, *Reuerſus eſt, Auguſtinus ad agros proprios relictis, & diuenditis propriis bonis, & pauperibus erogatis, Eremum in ſolitudine ſibi elegit: & ibi cum amicis ieiuniis, & orationibus Deo vacabat: erant autem cum eo fermè centum viginti duo viri in deſpecto, ac vili habitu, qui cum incredibili humilitate ſub obedientia eius viuebant. Cum vero inquietudinem ad ſe venientium ferre non poſſet, duobus ferè miliaribus, à prædicto loco feceſſit, & ad montem quendam altiſſimum ſe contulit ad quẽ per viam valdè aridam, atq; petroſam adiri poterat ibique*

b 21. q.4.
c lib.4.de
d 1.p.c.12.
e p.2.c.12. paragrapho 4.
f cap.24. de numero & qualitate veſtium.
g 2.p.c.5.

ibique Auguſtinus habitationem, ex lapidibus iunctis cõſtrui ſibi fecit, & ſic homines euitans, cum multis ſeruis Dei qui inter ſaxa & fixuras montium receptacula ſibi fecerant, in communi vitæ ſanctitate habitabat. Sicut etiam de ſancto Fulgentio adhuc Epiſcopo vna tantum viliſſima tunica, ſiue per æſtatem ſiue per hyemem induto refert Baronius: de ſancto vero Nicolao de Tolentino lectione quinta in die feſto ejuſdem legitur, tam exactam Religioſæ vitæ rationem coluiſſe, vt aſpero veſtitu, verberibus, & ferrea catena carnem domaret: quod inſuper de B. Ioanne Bono ſcribit Conſtãtius Laudentius, his verbis, *Suo veſtimento era vna viliſſima tonica di ſtame*: ſic de aliis, & præcipuè Brictinenſibus, vt conſtat ex eorum conſtitutionibus à Gregorio nono approbatis, & ab Innocentio quarto, in bulla quæ incipit, *Quæ omnium conditoris*, &c. *Laudabiliter ſtatuiſtis vt fratres veſtri ordinis, de colore, ſeu valore veſtium minimè contendentes, ſemper in eis vilitatem obſeruent.* Provt antiqui Eremitæ ſtrictè obſeruarunt. Vnde de illis refert D. Pater Auguſtinus ſermone 5. ad fratres in Eremo, *Ipſi omino colore nigerrimo, aſperrimóque induti ſunt.* Et Ludouicus de Angelis, *b* ait D. Patrem Auguſtinum geſtaſſe caputium quod ex textura Cilicina fuiſſe videtur, cum ſuis Monachis tonſuram commendauit, his verbis, *tondeant, & cilicio caput velent.*

b de vita & laud. S. Auguſt. l. 4. c. 4.

Videtur tamen, vt quidam nobis objiciunt, quod D. Pater Auguſtinus tam auſtero habitu, & rigido non fuerit indutus, ex Poſſidio in eius vita, *Veſtis eius, & calceamenta, & lectualia ex moderato, & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum: quia his plerumque vel iactare ſe inſolenter homines ſolent, vel abijcere.* Sed facilè reſponderi poteſt ita factum ab Epiſcopo qui aliter induceretur in Monaſterio, vt Monachus enim cum ſuis fratribus vilem, & deſpectum habitum geſtabat, poſteà tamen Epiſcopus factus, veſtimentis moderatis, & dignitati Epiſcopali competentibus vtebatur: & quamvis habitum Monachalem retinuerit (*factus enim Epiſcopus Monachum ſe profiteri non erubuit*, *i*) ita tamen illum temperauit, vt nec nitidus nimium, nec abjectus plurimum eſſet, ſicut modo Religioſi vita, & doctrina celebres, facti Epiſcopi, imò etiam Cardinales non propterea mutant habitum, ſed ejuſdem religioſæ veſtis rationem retinent, quamvis non ex aſpera, & rudi ſicut prius, ſed ex moderata, & competenti materia. Quare non mirum ſi S. Auguſtini veſtimenta, nec nitida nimium, nec abjecta plurimum fuerint, ſatis tamen abjecta provt Epiſcopum Monachum decebat, cui tamen anteà cum ſuis Eremitis dum laicus eſſet Eremita, abjectioribus, vilioribúſque vtebatur. Quare non ſine cauſa D. P. Auguſtinus loquens in regula de habitu dicit, *non ſit notabilis habitus veſter*, excludit enim ab omnibus fratrum ſuorum veſtimentis, ſiue Eremitarum, ſiue Canonicorum, imò & Monialium illud omne quod vanitatem aliquam, & indecentiam habitus arguere poterat, quem voluit eſſe competentem, nec nimis nitidum, nec abjectum plurimum, abjectum tamen ſatis, & deſpectum juxta ſtatum vniuſcujuſque maximè verò Eremitarum, quorum nomen, & profeſſio rigidum quid, & auſterum ſignificant.

i S. Anton. 3. p. c. 14.

Huic autem auſteritati habitus, aliam addo quàm antiqui Patres Eremitani

profeſſi ſunt nempè quòd veſtiti dormirent ſicut Apoſtoli vt optimè notauit Reuerendus Pater Petrus de campo in ſua hiſtoria Generali Eremitarum S. Patris Auguſtini lib. 2. c. 22. quod ex vita S. Fulgentij infertur *qui nec depoſito Cingulo, ſomnum petiit, in tunica dormiebat in ea ſacrificabat, & in tempore ſacrificij mutanda potius corda quàm veſtimenta dicebat* k Baronius Tomo 6. Anno Chriſti 504. deſcribens Monachos àS Auguſtino inſtitutos eiuſdem vitæ, ac veſtitus cuius erat Sanctus Fulgentius. *Vt planè intelligas quam S. Fulgentius eſt proffeſſus monaſticam regulam, ab ipſo S. Auguſtino deriuaſſe, diuerſique Ordinis ab eo inſtitutas fuiſſe claſſes: Aliorum nempè qui in ciuitatibus degentes, Clerici cum eſſent vna ſimul degentes, cœnobitica Monachorum inſtituta ſeruarent, quibus cum idem factus Epiſcopus habitauit, aliorum verò qui procul à ciuitatibus degentes, eius eſſent vitæ atque veſtitus cuius hic vides Fulgentium eſſe cultorem, nempè vna induti tunica, eaque pellicea Zona conſtricta quàm nec ſoluerent dormituri.* Quod ſanè per multa ſæcula obſeruatum eſt vndè B. Iordanus de Saxonia circa annum 1356. in vitaſfratrum aſſignans ſignificationem, & myſteria habitus, ait bonum eſſe cum ipſo dormire, ſicut enim nullus debet aſſignari Monachus ſine charitate, patientia, & fortitudine, ſic etiam nequidem per inſtans debet eſſe abſque partibus talis habitus, quæ illa repræſentant. *Et quia ſine prædictis tribus ſignificationibus, nunquam ſe debet religioſus quilibet inuenire, in huiuſmodi ſignum debet eadem tria religionis inſignia iugiter in ſuo Corpore portare, etiam quando dormit videlicet cuculum, humerale, & cingulum* alibi etiam præfatus author ait l *quod etiam religioſus dormiens non debeat eſſe ſine cingulo patet ſupra per Ioannem Caſſianum, & etiamſi conſtitutiones noſtræ illud non exprimant, tamen hoc ſupponunt cum cingulus de ſubſtantia habitus noſtri fore demonſtretur.* Vnde infert R. Pater de Herrera m. Quod tempore B. Iordani de ſaxonia tenebantur fratres Auguſtiniani, ex ſuis conſtiturionibus dormire induti habitu Auguſtiniano. Et de facto in antiquis conſtitutionibus ab anno 1284. cap. 24. de numero, & qualitate veſtium ſic habetur *cum cuculla quoque, vel ſcapulari, vel caputio paruo quilibet dormiat, extra cellam nullus ſine cuculla, vel ſcapulari exeat.* Sic de S. Patricio legimus quod nunquam veſtitum de nocte detraxit, nec etiam S. Germanus Altiſiodorenſis Epiſcopus qui ſemper cum habitu, & corrigia dormiebat, vt refert Reuerendus Pater Sraybanus, in ſuo templo Eremitano: Sic etiam R. Patres diſcalceati Galliæ cum habitu, aut tunica dormiunt, non autem cum tunicella vt falſo quis illis imponit. Dicitur enim in earum conſtitutionibus. *n Præcipimus fratribus noſtris cubare ſaltem cum tunica nigra, & ſcapulari albo &c.* tunica autem eiuſdem eſt formæ, & rationis cuius eſt habitus, cum quo etiam maior Religioſorum pars ob majorem corporis mortificationem dormire ſolet, alij verò infirmiores præter albam tunicellam, nigram etiam tunicam ſemper retinent. Ex prædictis ergo euidenter concluditur vilem fuiſſe, & abjectum primæuorum Eremitarum habitum, ex panno videlicet rudi, & auſtero, qualem modo deferunt diſcalceati omnes, tanquam veri filij S. Patris Auguſtini, & exactiſſimi Sanctorum Patrum imitatores qui olim ſub tanto, & cum tanto duce vitam Monaſticam in Eremis egerunt.

k Author vitæ S. Fulgentij cap. 18.

l lib. 1. c. 15.

m In reſpon. pacif. 4 ad paragr. 4. fol. 101.

n part. 2. c. 3

§. III.

§. III.

De paupertate, & modo viuendi, auſtero diſcalceatorum.

MOlles quidam, & delicatuli non ſolum habitum vilem, & deſpectum, verum etiam, paupertatem, rigidamque Auguſtinianæ vitæ diſcalceatorum rationem, ita abhorrent, & impugnant, vt velint nec exactam paupertatem, nec auſterum viuendi modum fuiſſe apud antiquos Eremitas Auguſtinianos, ſed quàm hoc ſit ab omni veritate alienum, ſatis ex ſequentibus conſtabit: ſi prius cum D. Thoma præſupponamus ſtatum Religionis eſſe quoddam exercitium, & diſciplinam per quàm peruenitur ad perfectionem charitatis, ad quod quidem neceſſarium eſt quod aliquis affectum ſuum totaliter abſtrahat, à rebus mundanis, dicit enim Auguſtinus ad Deum loquens *minus te amat qui tecum aliquid amat quod non propter te amat* vnde libro 83. Quæſtionum, dicit quod nutrimentum charitatis eſt diminutio cupiditatis: Perfectio, nulla cupiditas: ex hoc autem quòd aliquis res mundanas poſſidet, allicitur animus eius ad earum amorem, & Chriſoſtomus dicit ſuper Math. quòd appoſitio diuitiarum maiorem accendit flammam, & vehementior fit Cupido quare vbi nullæ ſunt diuitiæ, ſiue in communi ſiue in particulari ibi nulla cupiditas eſſe poteſt, & inde eſt quod ad perfectionem charitatis acquirendam, primum fundamentum eſt voluntaria paupertas, vt aliquis abſque vllo proprio viuat dicente Domino *ſi vis perfectus eſſe vade, & vende omnia quæ habes, diſtribue pauperibus, & ſequere me.* Ideſt nihil tibi reſerues, ſed quidquid habes, diſtribue pauperibus, & ſequere me pauperem nihil omnino poſſidentem.

o 2.2.q.186. ad 3.

Lib.10. confeſſion.

Qualis autem fuerit paupertas Chriſti Domini, & Apoſtolorum, & an aliquod habuerint proprium, ſiue in communi ſiue in particulari celebris eſt difficultas, & inter doctores ſcolaſticos, & poſitiuos accerrima contentio: quorum aliqui aſſerunt Chriſtum Dominum in hoc mundo, & ipſius apoſtolos, atque Diſcipulos, nihil habuiſſe proprium, neque in particulari, nec in communi: Hanc ſententiam tenuit, & ſecutus eſt Nicolaus tertius in cap. Exiit de verb. ſigniff. in 6. explicando regulam fratrum Minorum.

An Chriſtus & Apoſtoſ. aliquid habuerint, ſiue in communi, ſiue in particulari.

Sed contrariam tenuit, & mordicus conatus eſt deffendere, ac determinare Ioannes 22. in Extrauag. *ad conditorem* de verb. ſigniff. hic enim ſummus Pontifex determinauit, & dixit Chriſtum Dominum eiuſque Apoſtolos, atque Diſcipulos in hoc mundo rerum aliquarum Dominium habuiſſe, & proprium aliquod in communi. Hæc vtraque opinio ſuos habet patronos, & deffenſores Doctores grauiſſimos qui in vtramque partem acerrimè diſputant. Dicam breuiter quid ſentiam cum Ludouico Miranda *p* Qui has præfatas ſententias ad pacem ſiue concordiam cum hac diſtinctione reducere conatur.

p In man. Prælat.to.1. q.11.ar.3.

 Chriſtus,

Chriſtus, & ſancti Apoſtoli duobus modis conſiderari poſſunt, primò in quantum fuerunt ſingulares perſonæ, & ſic vt viam perfectionis oſtenderent, per aliquod vitæ ſuæ tempus nullatenus negari poteſt, quod nullius rei habuerint proprium: neque in particulari neque in communi. Hoc verbis expreſſis docuit Nicolaus I I I. quod poſteà approbatum fuit, & confirmatum à Clemente quinto in Conſilio generali Viennenſi, & habetur in clementina *Exiui* de verb. ſigniff. & ab aliis quampluribus Romanis Pontificibus imò verò (vt dicitur) ab eodem Papa Ioanne X X I I. licèt poſteà propter quemdam peculiarem reſpectū ipſam reprobauerit, & contrariam deffinierit. Probatur hæc ſententia ex plurimis ſacræ Scripturæ locis Math. 8. & Luc. 9. Vbi refertur de ſe dixiſſe Chriſtum Dominum, *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet.* Imò quod Chriſtus initio vitæ ſuæ tanquam pauper, & mendicus, nulliuſque rei habens proprium mendicarit, ex eodem Euangelio ſatis colligitur, & ex actibus Apoſtolorum: nec non Epiſtolis D. Pauli, multique tradunt Doctores, & maximè contemplatiui, quod eleemoſinam multoties petierit, atque de eiſdem eleemoſinis collectis vixerit, ergo pro illo ſaltem tempore nullius rei habuit Dominium, neque proprium: quod magis confirmatur ex Matth. 11. & Lucæ 10. quando prædicare miſit Apoſtolos ſuos, & diſcipulos tanquam veros Chriſti pauperes *ſine baculo, ſine calceamentis*, dixitque illis, *Nolite poſſidere aurum, neque pecuniam in zonis veſtris*, & innuens illis qualiter de eleemoſinis deberent viuere ſubdit, *In quamcumque domum intraueritis, primum dicite pax huic domui, & ſi ibi fuerit filius pacis requieſcet ſuper illum pax veſtra, ſin autem ad vos reuertetur: in eadem autem domo manete edentes, & bibentes quæ apud illos ſunt, dignus eſt enim operarius mercede ſua.* Ex quibus locis colligitur eximia Chriſti paupertas, ſuorumque Apoſtolorum, & diſcipulorum, & quomodo per aliquod vitæ ſuæ tempus, nullius rei proprium, atque Dominium tam in particulari, quam in communi habuerint.

Si tamen Chriſtus, & Apoſtoli conſiderentur vt perſonæ publicæ, nullus etiam negare poteſt, quod alio tempore, & in quibuſdam aliis caſibus, ſiue occaſionibus, cum debilibus, & infirmis atque imperfectis ſe conformando, & (vt verbis Nicolaï I I I. vtar) infirmorum imperfectionibus interdum conſentiendo, diuitias & loculos habuerint, & aliquarum rerum proprium, & Dominium: ſed in communi. Hæc ſententia quam olim deffendit, & determinauit Ioannes X X I I. Fundatur in plurimis ſacræ Scripturæ locis, ſed præcipuè Ioan. 12. vbi dicitur Iudam Chriſti diſcipulum habuiſſe loculos, quibus ſibi oblata recondebantur, vt exindè poſteà emeret neceſſaria, quod poſteà factum fuiſſe refertur Ioannis 4. cum ejus diſcipuli abierunt in Ciuitatem, vt cibos emerent: & confirmatur ex eo quod Chriſtus dixit ad Philippum, *Vnde ememus panes, vt manducent hi?* His & pluribus aliis Scripturæ locis colligitur Chriſtum Dominum, & diſcipulos ſuos interdum: & pro aliquo tempore pecunias habuiſſe: quibus ſibi neceſſaria emerent, & aliquarum rerum Dominium in communi: quod euidenter probatur in Actibus Apoſtolorum vbi de eiſdem Apoſtolis dicitur, quod habebant, atque apud ſe reſeruabant ea quæ à primi

Ioann. 6.

à primitiuæ Eccleſiæ fidelibus afferebantur, vt in omnium neceſſitates expenderentur, *quorum erat Cor vnum, & anima vna: neque quiſquam eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia, &c. Quot quot enim poſſeſſores agrorum, aut domorum erant vendentes, afferebant prætia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum, diuidebatur autem ſingulis prout cuique opus erat.* Sic fecit Barnabas qui diuendito agro ſuo attulit prætium, & poſuit ante pedes Apoſtolorum.

Quare ex his concludendum eſt Chriſtum Dominum, & Apoſtolos aliquarum rerum Dominium habuiſſe in communi, qui etiam aliquando nullius rei proprium, ſiue in communi, ſiue in particulari habuerunt: & ſic duas iſtas opiniones quæ aliàs videbantur contrariæ concordat Miranda citatus cum doctiſſimo Cardinale Turrecremata, *q* Magiſtro Soto, *r* Eminentiſſimo Card. Bellarmino, *s* Suare, *t* & aliis.

Vel etiam dici poteſt Chriſtum Dominum, & Apoſtolos nuſquam quidem habuiſſe bona immobilia, ſiue in communi ſiue in particulari, habuiſſe tamen mobilia in communi, vt aſſerit Sanctus Antoninus, *u* non enim poſſidebant redditus, agros, vineas, domos, & ſimilia: ſed ijs diuenditis eorum prætia in communi reſeruabant, vt ſingulis pro vt cuique opus erat distribuerentur: ſicut & de eleemoſinis, alijſque bonis mobilibus. Et hoc modo intelligendi ſunt iſti duo ſummi Pontifices qui ſibi contrarij videntur nempè Nicolaus III. & Ioannes XXII. quorum primus negat Chriſtum Dominum, & Apoſtolos aliquid vnquam habuiſſe proprium ſiue in communi ſiue in particulari, quod intellige de bonis immobilibus: alius verò aſſerit habuiſſe in communi, nempe bona mobilia.

q lib. 2. ſum.
r lib. . de iuſt. & iure q. 1. art. 1.
s lib. 4. de S. Pontif. c. 14.
t tom. 2. in 3. p. q. 30. a. d. 28. ſect. 2.
u in ſum. p. 4. c. 4. paragrapho 20. 21. & 23.

Chriſtus & Apoſtoli nũquã habuerunt bona, immobilia, habuerunt tamen mobilia in communi.

Hanc autem Apoſtolicã viuendi formam, ſecutus eſt D. P. Auguſtinus etiam in Monaſterio Hipponenſi vbi erat ſumma paupertas, vt notant Marques de origine fratrum Eremitarum c. 23. §. 5. & Poſſidius in ejus vita cap. 5. Ibi enim *Cum Dei ſeruis viuere cœpit ſecundum modum, & regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam maximè vt nemo quidquam, proprium in illa ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur vnicuique prout cuique opus erat.* Et hoc in primis præcipitur in regula cap. 1. *Et non dicatis aliquid proprium ſed ſint vobis omnia communia, & diſtribuatur vnicuique veſtrum à prepoſito veſtro victus, & tegumentum non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes: ſed potius vnicuique ſicut vnicuique opus fuerit. Sic enim legitis in actibus Apoſtolorum, quia erant illis omnia communia, & diſtribuebatur vnicuique ſicut cuique opus erat.* Quod etiam ipſe ita exactè obſeruauit, vt patrimonio ſuo diuendito nihil ſibi reſeruauerit: ſed omnia pauperibus diſtribuerit. *x* *Non attuli aliquid nec veni ad hanc Eccleſiam niſi cum his indumentis quibus illo tempore veſtiebar, & quia hic diſponebam eſſe in Monaſterio, cum fratribus cognito inſtituto, & voluntate mea Beatæ memoriæ ſenex Valerius, dedit mihi hortum illum in quo nunc eſt Monaſterium: cœpi boni propoſiti fratres colligere compares meos nihil habentes, ſicut nihil habebam, & imitantes me, vt quomodo ego tenuem paupertatem meam vendidi, & pauperibus erogaui. ſic facerent, & illi qui mecum eſſe voluiſſent, vt de communi viueremus: commune autem nobis*

Summa paupertas S. Auguſtini in Monaſterio, Hyppon.

x ſerm. 51. de com. vita Cleric.

erat magnum,& uberrimum prædium ipſe Deus.

Ex quibus verbis ſole clarius conſtat primò D. Auguſtinum non ſolùm Monachum,ſed etiam Epiſcopum factum paupertimum ſemper fuiſſe, itavt nihil haberet proprium, quod amplius confirmatur ex propriis illius verbis: *ſic enim videtis quia ante me multi fuerunt Patres quos ſequi, & imitari debemus non tamen ſicut ego ſecundùm Apoſtolicam vitam alios viuere docuerunt, caput igitur, & principium omnium veſtrum ſecundum Apoſtolicam vitam meipſum dicere non erubeſco, non tamen nos pigeat, eos ſequi, & imitari in omnibus attendentes omnia communia habere, & poſſidere: quia in celſitudine paupertatis viuentibus, non licet niſi vt vnum ſit cor, vnà ſit anima, & omnia communiter poſſideant: vnde agrorum pretia ponebantur ante pedes Apoſtolorum, tanquam pedibus conculcanda, quia ipſi ſancti Apoſtoli, & amici Dei indigna reputabant agrorum pretia manibus contrectari: vnde etiam in veteri lege Leuitis præcipiebatur nihil in terra eorum poſſidere. Non ergo habere debemus temporalia ad poſſidendum. Nec ego qui Epiſcopus ſum habere debeo, niſi tantum ad diſpenſandum, quia bona Eccleſiarum patrimonia pauperum ſunt.* Et infrà loquens de Monaſterio à Valerio ſibi conceſſo. *Et placuit Sancto Epiſcopo mihi condeſcendere, & ſic cum eiſdem in omni paupertate viuere cœpi, non manducans carnes, niſi dum hoſpites veniunt ſed tantum olera, & legumina abſque oleo vel Butyro, ſicut ante vobiſcum cum gaudio facere conſueueram. Igitur fratres mei licet in Cathedra Epiſcopali me videatis, paupertatem tamen mihi charam ſponſam tenere congratulor, quia eſt ipſa Chriſti ſponſa ſanctorum poſſeſſio, beatorum vita, fidelium ſecuritas, Clericorum ornamentum, Monachorum vita, nobilium pulchritudo, diuitis magnificentia. Hæc enim eſt illa ſancta paupertas quam qui tenet & amat, nulla indigentia laborare poteſt. Nec mirum fratres quia ſibi datur omnium Dominum poſſidere.* Nec etiam mirum videri debet, ſi eam ſic dilexerit, vt ſine illa viuere & mori noluerit. De ipſo enim dicit Poſſidius in ejus vita, *Teſtamentum nullum fecit, quia vnde faceret pauper Chriſti non habuit.*

ſerm. 21. ad fratres in Eremo.

Laus paupertatis.

Colligitur ſecundò fratres Eremitas, in horto quem pro Monaſterio conſtruendo B. Valerius dedit Diuo Patri Auguſtino, ſolis eleemoſinis vixiſſe, ſine redditibus, & bonis immobilibus: non ſolum in particulari ſed etiam in communi: ſicut modo faciunt Franciſcani, vt optimè notauit Marques *a* & fatetur Nauarrus. Quare non benè Aluarus Pelagius, *b* Et Leſſius *c* Dixerunt S. Auguſtinum voluiſſe Fratres ſuos bona habére in communi, & paupertatem in particulari, vt modo ab Auguſtinianis Calceatis obſeruatur. Malè etiam ſcripſit Thomas Bzouius. *d* Vſque ad tempus S. Franciſci, & Dominici, ſemper Religioſos poſſeſſiones habuiſſe, & bona ſtabilia in communi, conſtat enim ex verbis ſuprà citatis in ipſo principio Ordinis Auguſtiniani, Fratrum Eremitarum, extremam fuiſſe paupertatem in communi & in particulari: Qualem poſteà fratribus ſuis præcepit Diuus Franciſcus, vnde malè quidam paupertatem diſcalceatorum S. Auguſtini Franciſcanam nuncupant cum vere ſit Auguſtiniana, & antiquorum Eremitarum paupertati maximè conformis.

In horto B. Valerij paupertas Eremitarum.

a de orig. c. 6 paragrapho 2. c. 23. paragrap 3.
b l. 2. de planctu Eccleſiæ.
c lib. 2. de juſt. c. 41. dub. 2. n. 22.
d lib. 9. ſign. 35. c. 5.

Confirmatur

Confirmatur ex Bullario Auguſtiniano Magiſtri fratris Laurentij Empoly fol. 389. §. 8. in quò refert anno 605. Bonifacium 3. Conceſſiſſe Eremitis S. Auguſtini in Eremo degentibus ad inopias ſubleuandas, quibus tunc premebatur Eremus, quod poſſent immobilia, & fructifera bona ſibi à fidelibus relicta poſſidere, ex quibus infertur ex voto eorũ, & proffeſſione, nulla bona ſtabilia etiam in communi habuiſſe: vnde ob nimiam tunc temporis illorum paupertatem ad ſedem Apoſtolicam recurrerunt vt pro ſua benignitate in poſſidendis reditibus diſpenſarentur. Hanc autem diſpenſationem fuiſſe tantum ad tempus certiſſimum eſt ex eo quod poſtea legimus eos nullas poſſeſſiones, & reditus habuiſſe in communi, vt conſtat ex Bulla Gregorij noni *e* in fauorem fratrum de Brictinis Ordinis S. Auguſtini qui ſolum hortum retinere poterant, ſic enim habetur §. 8. *Nec extra Eremum poſſeſſiones præter hortum, & ſyluam habere præſumant*, & propterea in capitulo Generali vnionis diuerſorum Eremitarum Ordinis S. *A*uguſtini, cum timerent fratres Eremitæ *A*uguſtiniani, ne in ciuitatibus viuentes à ſuis benefactoribus, bona ſtabilia acceptare cogerentur, ab Alexandro I V. Inſtanter petierunt, ne ad recipiendas vllas poſſeſſiones cogerentur, ſed conſuetam tam in communi quam in particulari paupertatem obſeruare tenerentur; vt conſtat ex bulla Alexandri I V. *f Petentes vt per gratiam vnionis, & conformitatis huiuſmodi eis iuxta conceptum votum paupertatis ſpontaneæ, perpetua poſſeſſionum terreſtium abdicatio remaneret.* Quod ſanè fuit eis conceſſum, *& quod non cogamini ad recipiendas poſſeſſiones aliquas, vel habendas decernens perpetuo liberos, & exemptos. g* Ex quibus concluditur quod vſque ad tempora Alexandri I V. imò, & poſteà in Ordine Auguſtiniano abſque bonis immobilibus vixerint: nec abſque diſpenſatione habere potuerint. Vndè vt notat Marques citatus ſi hodie Auguſtiniani habent bona ſtabilia poſſunt dicere illud Euangelij, *h Ab initio autem non fuit ſic.* Vixiſſe autem poſt hanc generalem vnionem ſine reditibus, ex quotidianis Eleemoſinis ex eo conuincitur quod cum in Germania quidam obſtarent propagationi Ordinis Auguſtiniani in oppidis, ac ciuitatibus ablegantes eos ad Eremum, Clemens Papa I V. Eorum ſuſcepit patrocinium ſcribens ad Epiſcopos, alioſque fideles hoc modo.

e Quæ incipit o. noiſi conditoris 3. Id. Mart. anno 1235.

f quæ incipit licet Eccleſiæ Catholicæ anno 1256. Idus Aprilis paragrapho 4.

g paragrapho 5.

h Math. 19.

CLEMENS PAPA Seruus ſeruorum Dei Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus Prioribus, Decanis Archidiaconis, & aliis Eccleſiæ prelatis, ac clericis per Alemaniam ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Hos qui relictis beneficiis, & gloria mundi huius in habitu, & ſpiritu paupertatis, ſe in ſui creatoris obſequium conuerterunt, conuenit nos non habere infeſtos. Sed potius fauorabiles ac benignos: ſane dilecti filij Generalis, & alij fratres Eremitarum S. Auguſtini nobis ſignificare curarunt, quod non nulli veſtrum aſſerentes quod ydem priores, ac fratres debent in locis duntaxat ſolitariis habitare, eos in ciuitatibus, caſtris, & villis non permittunt morari, non conſiderantes vt conuenit quam difficilè foret ipſis quos oportet diebus ſingulis ſuſtentationis ſuæ pabulum mendicare, in locis

habitare remotis. Quia verò ſunt ijdem Priores, ac fratres cô maioris fauoris beneuolentia confouendi, quo non minima paupertate grauati, maximè dignoſcuntur aliorum beneficiis indigere vniuerſitatem veſtram rogamus, &c. Datum Viterbi 3. Calend. February Pontificatus noſtri anno 3.

Præterea in inſtrumento donationis cujuſdam capellæ Patribus *Auguſti*nianis ſacta in ciuitate Ratiſponenſi ſub die 6. Kalend. *Auguſti* anno 1267. dicitur eos viuere in extrema paupertate. *Nos Albertus Magiſter Ciuium, Conſilium, & Vniuerſitas Ciuitatis Ratiſponenſis moti miſericordiæ viſceribus, & pietatis ſuper dilectos filios fratres Eremitas Ordinis Sancti Auguſtini nobiſcum ſub extrema paupertate patienter in aduerſis tolerandis laudabiliter commorantes*, &c.

Monaſt. Auguſt. fol. 133.

Sed omnem penitus contr[o]uerſiam dirimit Iordanus de Saxonia, *i* Auguſtinianus qui anno 1410.& ex antiquis conſtitutionibus ordinis c.44.ſic refert; *Cum eos qui ad Dei cultum de ſæculi perplexitate liberi conuolarunt, quod feliciter de humana ſolicitudine ſeculo reliquerunt, in religione non deceat occupare: præſenti conſtitutione ſtatuimus,& præcipimus inuiolabiliter obſeruari. Nulli fratres noſtræ religionis extra circuitum loci quem inhabitant poſſeſſiones aliquas per ſe, vel per aliquam aliam perſonam poſſideant, ſed fidelium eleemoſinarum largitione contenti, quaſi alieni ab occupatione ſæculi, Miſſis,& orationibus, prædicationibus, ac ſacræ ſcripturæ lectionibus Deo qui non niſi in pace colitur ſtudeant, humiliter deſeruire.*

i l.de vit. frat.de cōm. bon.temp. l.3.c.8.

Auguſtiniani ſolis eleemoſinis viuere debent.

Poſt hæc quid amplius dicendum ignoro, cum Regula, & conſtitutiones Ordinis bona omnia ſtabilia, & immobilia fratribus interdicant, ſoliſque eos quotidianis fidelium eleemoſinis victitare permittant. Quod ſi modo ſtabilia in communi poſſideant hoc faciunt ex permiſſione legis communis, vtile tamen & conueniens non eſt, vt ait ſuprà citatus Iordanus, *k* ſi poſſideant, quamvis enim Regula ſancti Auguſtini ſit communis tam poſſidentibus bona ſtabilia in communi, quam non poſſidentibus: conformius tamen eſt regulæ non habere quam habere, quia fundatur ſuprà Acta Apoſtolorum qui nihil habebant, nec volebant quod fideles bona ſtabilia vllo modo haberent. Et ideò primis temporibus naſcentis Eccleſiæ omnia inter fideles erant, communia: quæ Apoſtoli juxta vniuſcuiuſque neceſſitatem,per diaconos diſtribuebant. Et vt optimè dicitur, *l Futuram Eccleſiam in gentibus Apoſtoli præuidebant, idcircò prædia in Iudæa minimè ſunt adepti, ſed pratia tantummodo ad fouendos agentes.*

k lib.3. c.5. c.7.& 8.

Act.4.

l 12.q.1.c. futuram Eccleſiam.

Habuiſſe autem poſteà bona immobilia, conſtat, cum enim Euangelium vniuerſum orbem regionatim peragraſſet, multumque auctus eſſet fidelium numerus, talis rerum communio diutiùs non potuit ſeruari, nondum tamen Eccleſiæ erant locupletes, quia fideles propter Chriſtianiſmi Corycæos, & hoſtes metu perſecutionum non audebant ſe profiteri. Temporibus itaque Vrbani primi anno reparatæ ſalutis ducenteſimo vigeſimo, Eccleſia Romana prædia ſeu bona immobilia poſſidere cœpit, & ea ſub pœna excommunicationis dictus Vrbanus alienari vetuit. *m* Tandem cum inter turbines,& aduerſa mundi ſuccreſceret Eccleſia, eó vſque peruenit vt non ſolùm gentes,

m can. videntes 12. q.1. Burchard. Vormatien. l.3. c.3.

ſed

ſed etiam Romani Principes qui penè totius orbis Monarchiam tenebant, ad fidem Chriſti, & Baptiſmi Sacramenta concurrerent, cum quibus vir religioſiſſimus Conſtantinus Magnus anno Chriſtiano 315. à ſancto Syluestro Luſtricis ſacris initiatus, & primus fidem veritatis patenter adeptus, Idolorum templa claudi juſſit, & omnes fieri Chriſtianos: *n* & vbique terrarum Eccleſias ædificari, *o*. & ex publicis tributis per ſingulas ciuitates certum vectigal deduxit, quod Clericis pendi voluit. Permiſit prætereà Eccleſiis liberè donari, & legari. *p* Prohibens ne Eccleſiæ abſque congrua dote ædificarentur. *q* Denique idem Præfatus Princeps donaria immenſa contulit, & fabricam templi primæ ſedis Beati Petri Principis Apoſtolorum inſtituit, adeò vt ſedem Imperialem quam Romani Principes poſſederant relinqueret, & Beato Petro ſucceſſoribúſque ſuis profuturam concederet: vnde factum eſt, vt facultates Eccleſiæ non vulgarem auxeſim, citò caperent: tum fideles pietate cauſæ commoti pro ſe quique patrimonia ſua, in Eccleſias conferebant, vt ſucceſſu temporis, ducatus & principatus Eccleſiæ accederent. Ex his bonis quatuor partes factæ fuerunt: *r* Vnà ex his quartis fuit deputata alimentis Epiſcoporum, altera fabricæ, tertia pauperibus, & peregrinis: & vltima pro Victu Clericorum: ſed iſtæ quartæ in deſuetudinem abierunt: & indè Originem traxerunt beneficia Eccleſiaſtica ſic dicta à benefactis fidelium, qui patrimonia ſua in Eccleſiam contulerunt: & ſtipendia Miniſtris Eccleſiæ conſtituerunt.

n Theodor. l.1. c.16.
o Niceph. l. 6.c.49.
p l.1. C.de ſacroſ. Eccleſiis. can. futuram 15. dicta.12. q.1.
q cap. ad audientiam extr.de Eccleſ. ædific. vel repar. Nouella de Eccleſ. titu. 113.c.7.
r 12. q.2. can. Volteranæ, can. quatuor can. conceſſo.

Sit ergo certiſſima concluſio quod ex Regula, & conſtitutionibus antiquis, Fratres Eremitæ ſancti Auguſtini nulla bona ſtabilia, & immobilia habuerunt quamvis poſteà, & modò iuſtis de cauſis habeant, & laudabiliter poſſideant: Vnde cum Auguſtiniani diſcalceati primæuam illam viuendi formam antiquorum Eremitarum à Diuo Patre Auguſtino præſcriptam, ſumma cum paupertate retineant verè ſancti Auguſtini filij cenſendi ſunt, ſtricta enim, & rigida eorum paupertas ſtat optimè cum puritate regulæ, quæ de bonis immobilibus, & fundis in communi non poſſidendis intelligenda eſt. Nam quamvis vt ſuprà diximus ex Iordano de Saxonia tam ea poſſidentibus, quam non poſſidentibus ſit communis, cum tam pro Eremitis quam Canonicis, & Monialibus facta fuerit: conformius tamen eſt regulæ non habere quam habere, ſtrictam ergo & ſummam paupertatem Euangelicam colunt diſcalceati non ſolùm cum Capucinis vt quidam vociferantur ſed cum antiquis Auguſtinianis. Fateor tamen nunc etiam ob nimis multiplicatum mendicantium numerum, & maximam horum temporum miſeriam, bona ſtabilia, & immobilia eos habere poſſe: imò à principio pro tribus tantummodo Religioſis in primo Villarisbenedicti Conuentu, certum aliquid habuerunt. Et ex conceſſionibus Regiis fœlicis memoriæ Henrici IV. Nauarræ & Galliarum Regis, Ludouici XIII. & XIV. hodie fœliciter regnantis, quaſcunque poſſeſſiones ſibi à Chriſti fidelibus, vbicunque oblatas (vt ſuperiori libro vidimus recipere & emere poſſunt: in locis tamen vbi ex ſolis eleemoſinis ſuſtentari valent ad exactam Euangelicæ paupertatis obſeruantiam tenentur, neque bona immobilia poſſident, quamvis etiam habere poſſint, quod

in pluribus eorum conuentibus obſeruatur.

Hac præſuppoſita antiquorum Eremitarum Euangelica paupertate, nullus eſt qui non inferat vitam illorum,victúſq; rationem aſperrimã fuiſſe,de ſeipſó

s ſerm.4. ad fratres in Eremo. ſuiſque Eremitis ſic loquitur Diuus *Auguſtinus*. s *Non enim ſæculum reliquimus vt delicatè paſceremur in Eremo, & licet in Eremo non ſemper comedatis lac, butyrum, caules, vel legumina, licet hæc non ſumatis niſi tantum diebus ſolemnibus, & illis quibus viſitamini à ſancto ſene Epiſcopo Valerio, ſed cunctis diebus aliis herbas crudas, panem hordaceum, & aquam ſumatis,non tamen ſufficit tantum corpore abſtractum, ſed etiam mentem illæſam ſeruare debemus* Hunc etiam viuendi modum ſeruauit ſanctus *Auguſtinus*, etiam Epiſcopus ſemper enim *Menſa vſus eſt frugali, & parca* ex poſſidio, *quæ quidem inter olera, & legumina, etiam carnes aliquando propter hoſpites, vel quoſque infirmiores continebat.* Sic etiam Diuus Fulgentius, vt ait *Author* vitæ illius, *huic Beatiſſimo Sacerdoti nullus aliquando extorſit cuiuſlibet generis carnes accipere, ſed ſola ſimpliciter olera, ptiſanas, & oua quando iuuenis fuit, ſine oleo:poſtquam verò ſenuit ſuperfuſo oleo manducauit:à vino autem ſemper ſanus abſtinuit. Si quando verò compellente infirmitatis neceſſitate vino M dico vti compulſus eſt: calicibus plenis aqua ſuperfundens quidpiam meri, nec ſaporis eius, nec odoris jucunditate fruebatur.*

Ex quibus manifeſtè conuincuntur illi qui dicunt hanc ſummam auſteritatem ab Auguſtino ſuſceptam, & primis ſuis Eremitis inditam non eſſe,cum vita Eremitica nihil aliud redoleat quàm auſteram vitæ rationem, rigidumque viuendi modum, quare diſcalceati ejuſdem Ordinis, qui hanc aſperam vitæ Normam profitentur, rectè illorum ſequi veſtigia dicuntur, & ſiquis eorum conſtitutiones à ſancta ſede Apoſtolica confirmatas, ſiue Galliarum,ſiue Hiſpaniarum,& Italiæ attentè peruoluat nihil niſi auſterum,& rigidũ obſeruabit, habitum vilem,& abjectum,continuas mortificationes,& abſtinentias,jejunia ferre quotidiana, frequentes diſciplinas, ciliciorum, ferreorumque cingulorum vſum,abſque iis quæ intrinſecus latent, quid auſterius quam hyemis tempore ſuper glaciale ſolum nudis pedibus ambulare? Quæ major paupertas quam itinerando victum ſuum oſtiatim mendicare? In via nec aurum nec pecuniam portare? & ſimilia quæ hic referre nimis eſſet longum,nauſeámque & moleſtiam vitæſuauis, & mitigatæ amatoribus afferrent.

t 2.2.q.184. In his autem auſteritatibus ſcio equidem cum Diuo Thoma, t perfectionem ſtatus Religioſi non conſiſtere eſſentialiter, ſed in ſola charitate, vnde dicit Abbas Moyſes in collationibus Patrum, jejunia, vigiliæ meditatio Scripturarum, nuditas ac priuatio omnium facultatum, non perfectio ſed perfectionis inſtrumenta ſunt. Quia in ipſis non conſiſtit diſciplinæ illius finis,ſed per illam peruenitur ad finem: & ſuprà præmiſit quod ad perfectionem charitatis iſtis gradibus aſcendere nitimur quare Dominus noſter juueni poſtulanti quid ſibi vlterius poſt obſeruantiam mandatorum faciendum eſſet, vt

Math.19. vitam æternam haberet, reſpondit illi, *ſi vis perfectus eſſe vade, & vende quæ habes, & da pauperibus*, oſtendens his verbis modum, & viam certam acquirendi hanc perfectionem, aliud autem ſubdit in quo perfectio conſiſtit,

ſcilicet,

ſcilicet, quod dicit, *& ſequere me*, quare Hyeronimus ſuper Mathæum dicit, quod non ſufficit tantum relinquere, ideò Petrus jungit quod perfectum eſt, id eſt, ſecuti ſumus te: Ambroſius autem ſuper illud Lucæ 5. *Sequere me*, dicit, *ſequi iubet non corporis greſſu, ſed mentis affectu*, quod fit per charitatem. Et propterea ex ipſo modo loquendi apparet quod conſilia ſunt quædam inſtrumenta perueniendi ad perfectionem, quæ eſt charitas ad quam ordinantur, ſicut & præcepta: quamvis diuerſo modo, nam præcepta alia à præceptis charitatis ordinantur ad remouendum ea quæ ſunt charitati contraria, cum quibus ſcilicet charitas eſſe non poteſt, conſilia autem ordinantur ad remouendum impedimenta actus charitatis, quæ tamen charitati non contrariantur: ſicut eſt matrimonium, occupatio negotiorum ſæcularium, & alia hujuſmodi: Vnde Auguſtinus dicit in Enchiridio, *Quæcunque mandat Deus, ex quibus vnum eſt non mechaberis, & quæcunque non iubentur ſed ſpeciali conſilio monentur, ex quibus vnum eſt bonum eſt homini mulierem non tangere, tunc rectè fiunt cum referuntur ad diligendum Deum, & proximum propter Deum*. Quare concludendum eſt perfectionem vitæ Chriſtianæ debere ſpecialiter attendi ſecundùm charitatem, vnumquodque enim dicitur eſſe perfectum, in quantum attingit proprium finem, qui eſt vltima rei perfectio, charitas autem eſt quæ nos vnit Deo, qui eſt vltimus finis humanæ mentis: quia, *qui manet in* 1. Ioan. 4. *charitate in Deo manet, & Deus in eo*, & ideò ſecundùm charitatem principaliter, & eſſentialiter attenditur perfectio Chriſtianæ, & Religioſæ vitæ: *Et ſuper omnia charitatem habere debemus quæ eſt vinculum perfectionis.* Ad Coloſſ. 3. 1.

EPILOGVS ET CONCLVSIO HVIVS OPERIS.

Ad Beneuolum Lectorem.

Tandem implicatiſſimos difficultatum Auguſtinenſium nodos explicauimus: ſcyllas & charybdes nobis obuias ſuperauimus, ſpinas & tribulos, eorumque ſtimulos, qui noſtro inſidiabantur calcaneo, illæſo pede, quamvis nudo calcauimus, & auerruncauimus: dum Superioribus libris oſtendimus, ac ſole meridiano clarius probauimus, hujus ſacræ Eremi Auguſtinianæ præter calceatos, cultores etiam, & habitatores fuiſſe diſcalceatos, ab ipſo Diuo Patre Auguſtino inſtitutos: ſemperque in ordine aliquos fuiſſe, donec ſic volente Deo peculiaris apparuit eorundem congregatio, ab ipſis calceatis ſanctè, ac piè inſtituta. Horum vidimus inſtitutionem Bullis Pontificiis, & Reuerendiſſimorum totius Ordinis Generalium authoritate confirmatam: fœlicem progreſſum in Hiſpaniis, Indiis, inſulis Philippinis, Iaponia, Italia, Gallia, Germania, aliiſque Regionibus: Itemque viros ſcientia, ac pietate Illuſtres, virtutibuſque, & miraculis claros

Quare ſtupendum prorſus fuit aliquos tam obcæcatæ mentis fuiſſe, vt illos nothos eſſe ac ſpurios ſancti Auguſtini filios: eóſque nec habitum, nec vota, nec Regulam, nec conſtitutiones, nec viuendi formam à 1200. & amplius annis ab Auguſtino præſcriptam habere proclamauerint: quorum errores, & mendacia vt detegerentur, cunctis que manifeſtarentur diſcalceatos omnes veros eſſe ſancti Auguſtini filios, in habitu, tunica, ſcilicet, caputio, pallio, & ſandaliis, regula, conſtitutionibus, & forma viuendi ab ipſo Auguſtino præſcripta, ſuiſque primæuis Eremitis obſeruata probaui: & ideò tales eos declaraſſe S.R.E. Cardinales Protectores, ſacram Regularium Congregationem, ac ſummos Pontifices in ſuis Bullis authenticis.

Ex quibus hæc certiſſima ſequitur demonſtratio, illi ſunt veri S. Auguſtini filij qui habitum, regulam, conſtitutiones, & formam viuendi ab Auguſtino præſcriptam habent, & obſeruant: ſed diſcalceati hæc omnia habent vt oſtendimus quid inde infertur? quid aliud concludi poteſt. Tu ipſe Candide, & beneuole lector concluſionem elicias? Ergo diſcalceati ſunt veri filij Sancti Auguſtini: Sic enim concluſum eſt à ſummis Pontificibus, ab Eminentiſſimis Cardinalibus totius Ordinis protectoribus, à Sacra regularium Congregatione, imò ab ipſis Reuerendiſſimis Generalibus totius Ordinis Auguſtiniani, qui hanc diſcalceatorum Congregationem inter veras Auguſtinenſes Congregationes admittunt vt conſtat ex illo myſticæ Auguſtinenſis. Eremi Sacro gloriæ, decoriſque Theatro Romæ in lucem edito anno 16.4. in quò ad latus dexterum S. Patris Auguſtini, hæ diſponuntur congregationes, congregatio Auguſtinenſium eremitarum, Illicetana, Carbonaria, Ianuenſis, S. Pauli primi Eremitæ, Peruſina quondam, nunc S. Mariæ de Populo dicta, Montis Ortonij, & vltimo loco *Congregatio Auguſtinenſium Eremitarum diſcalceatorum, Andreas Diez Hiſpano homine inuentore per Hiſpanias vulgata Originem habuit Anno* 1594. *Ardua vita diſciplina* ad Siniſtrum verò ponuntur aliæ congregationes dulcetana, Zampana, nunc Calabrica, Lombardica, Alemanica, Dalmatica, & de colorito. Vera eſt ergo hæc diſcalceatorum congregatio, Auguſtinenſium Eremitarum Congregatio, aut aliæ congregationes veræ non ſunt, quæ tamen tales habentur: hoc ſane omnes fateri debent, neque aliter dici poteſt, ab ipſis enim Reuerendis Patribus Conuentualibus, & calceatis ſuam duxerunt Originem diſcalceati: Vocem habent in capitulis Generalibus, quorum bullæ inter Auguſtinianas in Ordinis Bullario reconduntur, qui confraternitates cinturatorum, & cinturatarum in ſuis Eccleſiis ſeruatis ſeruandis erigere poſſunt, erectaſque habent: & tandem tanquam veri filij S. Auguſtini ad Miſſionem Affricanam, maximè verò in diœceſi Epiſcopatus Hipponenſis S. Auguſtini authoritate Apoſtolica deputati ſunt. Quid quid autem ſiue de habitu ſiue de forma viuendi diſcalceatorum dixi fateor, iterumque proteſtor me nuſquam aliorum habitum, & normam viuendi in aliquò lædere voluiſſe, hoc vnum in mentè habui ſolam videlicet diſcalceatorum habitus, & vitæ deffenſionem, ſcio vtique alias eſſe Ordinis S. Auguſtini Congregationes, auſteras, & reformatas non inficior, has laudo, & approbo, eiſque congratulor, eorum habitum, & cal

& calceamenta non condemno, ſicut nec ipſi diſcalceatorum ſandalia rejicere debent, habitus enim verus, & eſſentialis Auguſtinianus in ſola conſiſtit cuculla nigra ſiue tunica corrigia præcincta, cætera verò accidentalia ſunt, quòd ergo ſimul accepimus cuſtodiamus, hinc fiet vt in ſandaliis diſcalceatorum fortitudinem amare debeant calceari, quorum calceamenta non reprobant diſcalceati. Sunt etenim omnes Auguſtiniani, verique S. Auguſtini filij, & quò plures habebit filios S. Pater Auguſtinus, eo major eueniet illi gloria accidentalis.

Memini me olim legiſſe tres Cimmericorum regis filios de paterno regno contendentes judicem elegiſſe Ariopharnem Thracum regem, hic iubet Patris cadauer ſepulchro erui, arbori alligari, & eos arcu contendere: Vt qui Patris cor tranſfixiſſet, is tanquam filius legitimus in regnum ſuccederet, ex illis enim tribus filiis vnus tantum ex propria matris iam defunctæ confeſſione legitimus erat, quis autem ille eſſet ignorabatur, & quilibet illorum paternum regnum hæreditario iure tanquam legitimus prætendebat. Primogenitus gultur, ſecundus medium pectus corde illæſo tranſfixit. Superat minimo ſpes regni, vicit pietas, & ſe regno cedere malle, dum in patris cadauer, pietate ſuperior eſſet profeſſus, Iaculari detrectauit: Huic Thrax regnum adiudicauit, quia naturæ propenſione ſe, & vere filium, & virtute præſtantiorem oſtendiſſet. Quis iſte rex tres habens filios de paterna hæreditate litigantes? niſi Diuus Pater Auguſtinus qui plures habet filios acriter inter ſe contendentes, quinam ſint veri filij, & hæredes. Hanc filiationem Canonici prætendunt, è contra Eremitæ calceati, & diſcalceati ſibi vendicant, Illi autem Soli veri filij, & hæredes reputabuntur, non qui paternum Corpus ſagittis tranſfigunt cum alios veros eſſe S. Auguſtini filios inficiantur: Quos tamen ipſe in Domino parturiit, corporique ſuo Myſtico Auguſtinianæ religionis vniuit, ſed hi ſolum qui Auguſtinianum Corpus iaculari detrectant non negantes alios veros eſſe S. Auguſtini filios: Dum enim alios veros eſſe filios fatentur, ſeipſos etiam veros filios, & legitimos, & virtute præſtantiores manifeſtant. *Tres Cimmeric. Regis filij, de paterno regno contendunt.*

Dicam quod olim fœl. mem. Sixtus IV. de Ordine Auguſtinenſi protulit in Bulla controuerſiarum inter Canonicos regulares Lateranenſes, & Fratres Eremitas de habitu, & imagine S. Auguſtini. *Ordo à B. Auguſtino datus idem eſt, in omnibus*, Canonicis, calceatis, & diſcalceatis, *licet inſtituta particularia aliqualiter differant non diuiſus non factioſus, non contaminatus, ſed vnicus, pacificus, integer, & immaculatus eſſe debet.* Multos ſiquidem habet filios, & pater eſt multarum gentium Diuus Auguſtinus, in cuius rei confirmationem Beatiſſima Veronica Monialis Ordinis S. Auguſtini in Monaſterio S. Marthæ Mediolanenſi mirabilem hanc habuit Viſionem, vt refert Iſidorus de Iſſolanis Ordinis Prædicatorum, in vita illius lib. 5.c. vltimo Diuus Pater Auguſtinus Pontificio habitu ornatiſſimus, veſtemque habens interiorem rubri coloris, medius inter Sanctos Nicolaum Tolentinatem, & S. Guillelmum, Sacerdotali more indutus, coronatuſque præcedebat, Mitra aurea, & lapidibus prætioſis nimium radiante, ædiculam auream incredibili ornatu manu

tu manu geſtabat : non capit humana mens , quæ fuerit ea pulchritudo eximius ſplendor , præclara magnificentia : Hos primum ſequebatur copioſus Eremitarum numerus, deindè Canonicì regulares albis veſtibus induti, poſt quos turba magna religioſorum coloris griſei ſub obſcuri, quo plerique Ordines veſtiuntur ſub Auguſtini regula militantes : Cuius ſectatores, vt ait idem Iſidorus de Iſſolanis iuxta viſionem B. Veronicæ lib. 5. c .14. diuerſorum Ordinum religioſorum nnmerum excedere videbantur.

Quotquot ergo filij ſumus S. Patris Auguſtini, ſub tanto patre in vinea Domini laboremus, copioſam mercedem, & amplam hęreditatem recepturi magnum nempe, & vberrimum prædium Deum ipſum. Neque alicui durum videri debet, ſi Dominus vineæ vltimis qui ad hanc hora vndecima profecti ſunt, tot prœmij, & mercedis dederit, quot primis qui ſummo manè, hora tertia, ſexta, & nona venerant : Licèt enim vineæ patrono facere quod vult,
a Math. 20. & nouiſſimos conſtituere primos, & primos nouiſſimos. a Sit ergo nobis
4. c Coloſſ. 1. omnibus cor vnum, & anima vna in Deo : pax Chriſti exultet in cordibus
4. noſtris. c Et Deus pacis, & dilectionis erit nobiſcum, & dabit nobis pacem ſempiternam.

S. VLTIMVS.

AD REVERENDOS PATRES DISCALCEATOS Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini.

PARAENESIS

a Geneſis 37. SACRÆ referunt Hiſtoriæ a Iſraëlem ſuper omnes filios ſuos dilexiſſe Ioſephum, eique tunicam polymitam feciſſe : Quare videntes Fratres eius, quod à Patre plus cunct s filiis amaretur: oderant eum nec poterant ei quidquam pacificè loqui : cumque à Patre miſſus fratres ſuos in Sichem quæreret, eóſquein Dothain inueniſſet, illum tunica talari, & polymita nudantes, in ejus tamen majorem gloriam,eorúmque ſalutem malè acceperunt, & Madianitis vendiderunt. Hæc eſt vera & Germana (Reuerendi Patres) Diſcalceatorum Sancti Auguſtini figura:quis enim i'te Iſraël vir videns Deum, & Pater multarum gentium? Niſi Diuus Pater Auguſtinus : tot Religionum parens, qui multos habens filios, diſcalceatis quos plus aliis amare videtur eis habitum, & tunicam talarem dedit : vnde quidam fratres inuidi,eos oderunt : nec quidquam poſſunt eis pacificè loqui : quare à Patre miſſi ad quærendos, & reformandos fratres verbis, & ſcriptis à quibuſdam malè tractati, tunica talari ab Auguſtino conce ſſa

conceſſa eos ſpoliare voluerunt, & quaſi non eſſent veri Sancti Auguſtini filij extra ordinem ejicere, auſu temerario prætenderunt: in vanum tamen, & in majorem illorum confuſionem, & gloriam iſtorum: vt in hoc opere quiſque videre poteſt. Quod ſanè citiùs in lucem editum pertuliſſem, niſi longo tempore juſtis de cauſis intermiſſum fuiſſet: ſed quia adhuc in eos inuidi quidam, & maledici oblatrabant, hoc jam inchoatum opus de expreſſo ſuperiorum meorum mandato, omni diligentiâ compleui. Parcite ſi de ijs quæ ad veſtras Congregationes ſpectant, forſan minus quam par eſſet dixerim, ſcio vtique majora dici potuiſſe quæ proculdubio non reticuiſſem, ſi eorum omnium notitiam habuiſſem. Cauſa tamen communis eſt, & ideò ſpero aliquos ex vobis, & doctiores, & eloquentiores quæ hic deſunt ſuppleturos.

Nec vacat myſterio triplicem eſſe Diſcalceatorum Sancti Auguſtini Congregationem Hiſpanicam, Italicam, & Gallicanam: vt enim ait Diuus Pater Auguſtinus, *b vt benè noſtis fratres chariſſimi tria Monaſteria apud Hipponem Dei gratia merui laudabiliter, ad honorem Sanctiſſimæ Trinitatis conſtruere*: Sic & in honorem ejuſdem Sanctiſſimæ Trinitatis, tres ſunt Congregationes, vnà tamen ſola: ſicut tres ſunt perſonæ, & vnus Deus: ab Hiſpanica proceſſit Italica, vt ab vtraque Gallicana: vt filius à Patre procedit, & Spiritus Sanctus ab vtroque: Triplex eſt Congregatio fateor vna tamen, & eadem Congregatio, quia eadem vnio amor & charitas inter eas intercedit. Quare vnà ſine aliis ſtare non poteſt, & qui vnam lædit cæteras offendit: nunquam ergo aduerſus eas, quiſque ille ſit gloriæ alienæ obtrectator, præualere poterit: ſunt enim omni adamante ſolidiores omni candidiores ebore, quas nec diſſoluere poterunt, aut machinæ, aut rauco fulgura miſſa ſono: cum reuera veriſſimum ſit illud commune pronunciatum funiculus triplex difficile rumpitur. *c* Inuehatur modo quantum voluerit aduerſarius noſter, obloquatur, intorqueat contumelias, imponat calomnias, effundat furorem odium, & maledicta congerat: nihil prorſus indè referet apud viros cordatos niſi ſiniſtram æmulatoris opinionem.

b Ad fratres in Eremo ſerm. 14.

c Eccleſ. 4. 11.

Vos enim eſtis, vt ait Diuus Auguſtinus. *d Illa Apoſtolica forma ſanctaque Congregatio à mundo, corde, & opere ſegregata: qui Dei virtute jam percuſſiſtis Duces Moab, Satrapas, & tyrannos Hyeruſalem, & Aegyptiorum Hyppocritas iam vulneraſtis ad mortem: vos eſtis vinea mea electa in medio Eccleſiæ Paradiſi plantata Chriſti redempta ſanguine, & irrigata: ad hanc vineam ego ſolum Dei virtute, vos congregaui, & operarios meos vos feci, vt laborantes in ea vſque ad finem dignum fructum recipiatis in tempore ſuo. Ad hanc vineam vos elegi, ad hanc Dei hereditatem vos conuocaui*, tanquam omnia habentes, & nihil poſſidentes: vos eſtis diligentiſſimi hujus ſacri Eremi cultores, hujus Paradiſi Terreſtris coloni. Ex hac Eremo, & Paradiſo quatuor flumina exierunt vniuerſam terram irrigantes, tot videlicet Sancti Patres qui doctrina, ſanctitate, ſapientia, & charitate velut quatuor fluminibus, Gallias, Hiſpanias, Italiam, & Germaniam irrigarunt, propagines ergo veſtras, & palmites per vniuerſum orbem extendite, attendite ad petram vnde exciſi eſtis, inſpicite, & ſecundùm

d Ad fratres in Eremo ſerm. 21.

exemplar quod vobis in monte monſtratum eſt, antiquorum Patrum Eremitarum in deſertis, & ſolitudinibus degentium, ſpiritum renouantes, celeberrimum vbique terrarum diſcalceatorum Auguſtinenſium nomen reddite.

Túque ô ſanctiſſimè Pater tot Sanctarum Religionum Parens memento congregationis tuæ quam poſſediſti ab initio, hanc rege, & protege filióſque tuos in ſtrictiſſima ſemper puritatis Regulæ obſeruantia conſerua: vóſque obteſtor diſcalceatorum æmulos vt de cætero ab his inanibus, & futilibus controuerſiis abſtineatis, quæ pacem, & fraternam concordiam dirimunt. Si Spiritu viuimus, Spiritu, & ambulemus: non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes: *e* vt gratia Domini noſtri IESV CHRISTI, & charitas Dei, & communicatio Spiritus ſancti ſit cum omnibus nobis, *f* cui laus honor, & gloria Beatæ Virgini Mariæ, & Sancto Patri Auguſtino in ſæcula ſæculorum, Amen.

e ad Galat. 5.
f 2. Corint. 13.

Et hæc omnia quæ his duobus libris continentur S. R. E. Iudicio, & cenſuræ volens, lubénſque ſubijcio.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ERRATA, SIC EMENDA.

In Epiſtola Dedicatoria p. 2. linea 3. ſplendiſſimis c. ſplendidiſſimis

PAg. 3. lin. 13. Sacramentorum, corrige, Sacramento. & l. 18. principum, c. principium, pag. 4. l. 11. Congregationis, c. Congregationes. p. 6. l. 15. Banonius, c. Baronius, p. 7. l. 19. lætitiæ, c. lætitia, p. 2. l. 31. frarribus, l. fratribus. p. 13. l. 12. facutates, c. facultates, p. 20. l. 30. Bergonenſis, c. Bergomenſis. & l. 38. Barcinonæ, c. Barcinone. p. 23. c. 30. congregæta, l. congregata, p. 24. l. 2. Auguſtiniana, c. Auguſtinianæ, p. 34. l. 24 fumulatur, c. famulatur. p. 44. l. 10. & 45. l. 38. anno, c. annum. p. 55. l. 32. ſubjaciant, c. ſubjaccant. p. 57. l. 30. hinc, c. huic. & l. 38. Hiſpaniæ, c. Hiſpania. p. 59. l. 4. Monaſterij, c. Monaſteria. p. 61. l. 1. eidem, c. eiſdem, & l. 8. eaſdem, c. eoſdem. p. 64. l. 0. egregiſque, c. egicgiique, & l. 4.. haberunt, c. haberent. p. 69. l. 11. officiis, c. officij, p. 78. l. 17. ficti, c. fieri. p. 82. l. 24. Ecclefra, c. Eccleſia. p 83. l. 16. obtinuere c. obtinere. p. 93. l. 18. venerabili, c. venerabilis, & l. 23. correſcarunt, c. corruſcarunt, & l. 24. præpagarunt, c. propagarunt. p. 100. l. 15. ſatisfactionem c. ſatisfactione. & l 30. aſſupſerunt, c. aſſumpſerant, p. 103. l. 42. contantes, c. cantantes. p. 104. l. 39. inqui, c. inquit, p. 106. l. 21. abſcinderunt, c. abſciderunt. p. 107. l. 16. veneralibus c. venerabilibus. p. 115. l. 5 veſtigias, c. veſtigia. & l. 13. Papæ, c. Papa. p. 116. l. 6. validus, c. validas. p. 1 4. l. 18. calommatorem. c. calumniatorem. p. 127. l. vltima inxtanter, c. inſtanter. p. 134. l. 18. cede, c. cedo. p. 136. l. 7. trangerent, c. tangerent. p. 142. l. 34. quingintos, c. quingentos. p. 134. l. 34. aſttim, c. ſtatim. p. 144. l. 15. forriter c. fortiret. p. 148. l. 18. reliquierit. c. reliquerit. p. 150. l. 8. aliiſque, c. aliique. p. 155. l. 20. teregit, c. tetigit. & l. 37. ſpelire, c. ſepelire. p. 158. l. 35. exercitis, c. exercitijs. p. 166. l. 12. ſcropulis. c. ſcrofulis. p. 168. l. 7. 1696. c. 1596. p. 171. l. vltima 1696. c. 1596. p. 177. l. 37. odre c. ordre. p. 179. l. 22. eette, c. ſept p. 181. l. 34. immutatibus c. immunitatibus. p. 182. l. penulti. adhuc, c. adhunc p. 185. l. 9. Pilio. c. filio. p. 200. l. 32, exemlaire. c. exemplaire. p. 204. l. 11. dictac. dicto. p. 205. l. 29. Sabaudæ. c. Sabaudiæ. p. 207. l. 26. inuenemus c. inueniemus. p. 210. l. 22. intrumento c. inſtrumento. p. 213. l. 38. conuentum. c. conuentuum. p. 216. l. 20. Romæ. c. Romæ apud, & l. 21. conuentum c. conuuentuum. p. 219 l. 39. ſumnorum c. ſummorum. 226. l. 24. legilatorem. c. legiſlatorem, p. 231. l. penult. hypponenem. c. hyponenſem. p. 235. l. 17. inutraque. c. vtroque & l. 24. ſæcularis. c. ſæculares. p. 277. l. 37. communicationem. c. excommunicationem p. 278. l. 14. haut. c. hanc. p. 279. l. 36. cenſenri. c. cenſeri & in penult. eum c. cum p. 280. l. 14. ſtrictori. c. ſtritiori. p. 282. l. 1. patres c. patris. p. 283. l. 30. ingredinem. c. nigredinem p. 285. l. 15. fratres c. fratris p. 286. l. 11. ſuis. c. ſui & l. 24. vniuerſas. c. vniuerſos. p. 302. l. 31. ſernarent. c. ſeruarent. p. 307. l. 6. ſanctæ c. ſancti. p. 315. l. 4. palliis c. pallijs. p. 317. l. 18. cœtanus. c. cœtaneus. p. 327. l. 8. teſſet. c. eſſet. p. 331. l. 28. Apoſtolo. c. Apoſtoli. p. 333. l. penu.. conſequentium c. conſequentiam. p. 335. l. 18. exeutiſſe. c. excuſiſſe p. 336. l. 26. probabilibus, c. probabilius. p. 344. l. 22. erant. c. erat. p. 364. l. 36 probabatur, c. probatur. p. 367. l. 37. diuitia. duritia p. 369. l. 27. confeſſionem c. confeſſionū. p. 371. l. antepen. aurem. c. autem, p. 373. l. 26. ſtani. c. ſtatut. ibid. l. 32. ordinis, c. ordine. p. 376. l. 5. præſcriperunt, c. præſcripſerunt p. 391. l. vlt. nutiant c. nutriant. p. 394. l. 17. ſane. c. ſanæ. p. 407. l. 29. vniouis. c. vnionis.

Cætera Beneuolo Lectori Corrrigenda remitto